DE SANCTISSIMI PONTIFICIS PAULI 4. INCULPATA VITA, DISQUISITIONES...

Francesco Maria Maggio

Digitized by Google

8
9 E
22

Digitized by Google

IOANNES-PETRVS CARAFA
THEATINI ORDINIS CONFVNDATOR
A SOCIETATE IESV DEFENSVS ET ILLVSTRATVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE SANCTISSIMI PONTIFICIS PAVLI IV. INCVLPATA VITA,

DISQVISITIONES HISTORICÆ,

A P. D. FRANCISCO-MARIA MAGIO CLERICO REGVLARI PANORMITANO,

CLARORVM SCRIPTORVM E SOCIETATE IESV TESTIMONIIS AC ELOGIIS EXPLICATÆ.

TOMVS PRIMVS.

SIVE

IOANNES-PETRVS CARAFA,

I. Theatinus Epiſcopus *par. I.*
II. Vnà cum S. Caietano Clericorum Regularium Inſtitutor *par. II. III. IV. & V.*
III. S. R. E. Cardinalis *par. VI.*

VIRGINI DEI MATRI MARIÆ IMMACVLATE CONCEPTÆ.

Ex Libris S. Mariæ in Campitello

NEAPOLI, Typis Nouelli de Bonis Typog. Archiep. MDCLXXII.

SVPERIORVM FACVLTATE.

Digitized by Google

VOTVM
ET IVRAMENTVM

Pro Immaculata Conceptione Beatiſs. V. Dei Matris Mariæ
Emiſſum à ſingulis PP. Clericis Regularibus Panormi
An. 1666. & Neapoli in Domo Receſsus An. 1671.

TAM voueo, quàm iuro mori, aut tormenta ſubire
Omnia, ne admittam in Virgine Crimen Adæ.
Nec loquar ad populum, illam quin ſine labe ſalutem,
Hiſpanò vt ſtatuunt edere more Patres.
Si quod Opus ſcribam, voueo laudare Mariam,
Labis Adæ immunem, vt claudat & ornet Opus.
Quaslibet immò Theſes, laude hac præeunte, tuebor.
Ducere cum hac cunctos, claudere & opto, dies.
Corde hanc, ò vtinam: noctuque diuque deinceps,
Æger, & incolumis, ſemper in ore geram.
Tùm Scapulare feram Conceptæ Virginis, orans,
Numine vt, Inferni liber ab igne, fruar.

Digitized by Google

BEATISSIMAE
DEIPARÆ MARIÆ
VIRGINI,
SANCTISSIMI D. N.
IESV CHRISTI MATRI,
INTAMINATAE, ILLIBATAE,
IMMACVLATE CONCEPTAE,

Quæ Clericorum Regularium, & Theatinarum Sanctimonialium es Patrona,

Humillimè Author volumen ſuum & ſe ipſum D. D. D.

Qvicquid in hoc Opere elaboraui; quicquid meo calamo vel edidi, vel excripſi; quicquid typis impreſsi: & vt paucis expediam, ac cuncta verbo complectar; quicquid habeo, quicquid valeo, quicquid ſum: ingenium, animum, mentem, cor, facultates, vires, & corpus; per Te, Sanctiſsimi Domini mei Ieſu Chriſti Genitrix, Vni Deo, ac Venerabili Euchariſtiæ Sacramento, cuius ſolius Gloriam & Honorem cupio & quæro, dicatum & ſacrum eſto. Neque enim quicquam me vnquam niſi Dei Gloria impulit ad ſcribendum, ad conandum exſtimulauit, ac vehementer incendit, vt in Ioannis-Petri Carafæ vitam ſedulò excutiendam & explicandam incumberem. Nam ſupra quàm verbis exprimi queat, ipſum colo, veneror, & honoro, ac fero quidem in oculis & in corde, quòd cum S. Caietano Clericorum Ordinem primus omnium excitauit: & quòd plenus fide ac fiducia in Deum, nouum & admirabile vitæ genus veluti deportauit è Cælo, ac in terris edocuit; inſtituitque ſodales ſuos, vt Mundi opibus ſpretis, cenſibus, redditibus, prædijs ablegatis, nihil omninò quærant, nihil emendicent, nihil curent: ſed vni Dei Prouidentiæ, ac Tibi, quæ es Prouidētiæ Domina, abiectis cogitationibus ac ſolicitudinibus inanibus, innitantur. Quod equidem inſtitutum ſic adamo, & amplector, & conſtitutione expreſſum exoſculor, & ad dies feliciùs traducendos miro modo conducere ſic experior, vt nihil propemodùm in hac vita mihi carius, nil iucudius, nil antiquius ſit, quàm nihil poſſidere, nihil quærere, nihil cupere, nihil à quoquā velle; & omnia mihi tamen adeò abundè ſubminiſtrari & affluere, vt nemo vitæ meæ rationes, & hoc ſeceſſui deſtinatum, in quo verſor, Aſcete-

rium

Digitized by Google

rium nouerit, qui Dei Prouidentiam, & Tuũ, ò Domina, mirificè Patrocinium non agnoſcat. Quod ne dum in hac domo recentiùs inſtituta, ſed & inter Turcas, & Arabes, Perſas, Armenios, Iberes, Colchos, & Tataros, cùm in Miſſione verſarer, plures annos expertus ſum. Deindè tàm Carafæ quàm Thienæo quàmmaximè debeo; quòd Ordinem ipſi ſuum Apoſtolica Paupertate condecorauerint: & quòd in prima hac Clericorum Congregatione pro virili conati fuerint (cùm impij Nouatores Sacramenta & Cærimonias abrogarent) Venerabilis Euchariſtiæ Sacramenti Miniſtros ſic inſtituere & efformare, vt eius cura & cultus, Templorum nitor, Diuinorum Myſteriorum frequentia, & Rituum ſacrorum peritia vbiuis locorum ac gentium augeretur. Carafæ item vehementiſſimè obſtrictus ſũ, quòd Tui Cultus peregregiè ſtudioſus, ac Tuę Immaculatę Cõceptionis aſſertor, cùm iuſſu Pontificis Romanum Breuiarium emendaret, primus illi omnium Officium Conceptionis inſeruit. Quin Congregationis Concilij, vt continuò Pontifici à conſilijs eſſet, in ipſa Vrbe Pręfectus pluries Tridentum ad Patres literas dedit, & ab ſe elucubratos cõmentarios miſit; vt ne Te Deiparã Virginem ſub communi Regula peccati originalis enumerarent, ſed ab ea prorſus excluderent: eò quòd Angelorum Domina, & Dei Mater futura, ſingulari prouidentia & gratia præſeruata, omninò pura & immaculata concepta fueris. Quod egregiè præſtitit & obtinuit: cùm Lutherus, per ſummam blaſphemiam, impiè teſtari nõ erubeſceret, ſe nihil magis odiſſe, quàm feſtum Chriſti Corporis, Tuæq; illibatę Cõceptionis. Age ergo Sãctiſſima Dei Mater immaculata, Domina mea Puritatis & Prouidẽtiæ, per Ioannis-Petri Carafæ tàm ſtudioſi Clientis Tui virtutes & merita, me & hanc Domum meam, Venerabili Euchariſtiæ Sacramẽto, & puriſsimo Tuo Cõceptui ſacrã, tuere, protege, & foue, vt quotquot hìc Tui Obſequio addicti ſumus, labes eluere, virtutes adipiſci, ac ita religioſè viuere, & Te nobis adſtãte mori poſſimus, vt æternùm decantemus omnes in Cælis:

LAVDETVR SANCTISSIMVM EVCHARISTIÆ SACRAMENTVM; ET SIT BENEDICTA SEMPER AB OMNIBVS B. MARIÆ VIRGINIS PROVIDENTIA, PVRITAS, ET IMMACVLATA CONCEPTIO.

✠

EMINEN-

Digitized by Google

EMINENTISS. AC REVERENDISS. PRINCIPI

D. PASCHALI ANTONIO ARAGONIO,

S. R. E. CARDINALI,

ARCHIEPISCOPO TOLETANO &c.

Clerici Regulares Neapoli Commorantes Felicitatem.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

EXcellētiſſimus Prorex, Segorbiæ & Cardonæ Dux, frater tuus verè germanus, Heros huius ſeculi pręſtantiſſimus, his diebus à nobis, tanto omniū mœrore ac dolore diſceſſit, vt nemo Noſtrum abeuntem illum verè non fleuerit; nemo hodiè non deprædicet eius Geſta. Quippè vniuerſum Regnum ita communiuit, ita cōdecorauit & auxit; noſtrāq; Vrbem Neapolitanam tot monimētis inſignibus illuſtrauit, vt facilè diligenterque omnia à nobis enumerari minimè queant: cùm Præſidia, Armamentaria, Noſocomia, Pauperum Hoſpitia, Puerorum Collegia, Balnea, Religioſorum Virorum ac Sanctimonialium Gynæcea, Aſceteria Virginum, & Dei Eccleſias excitauerit. Statuas & Fontes erexit: Vias & Areas explicauit, ornauitque ad delicias: conſtruxitque mirificè maris ſinum, in quo Naues atque Triremes tutiùs ac ſecuriùs fido veluti in littore conquieſcerent. Ad hæc, vt cauſas expediant, ac iuſtiùs ſententiam ferant, annua ſtipendia, quæ Iudicibus anteà deerant, aſſignauit. Neapolitanæ Vrbis ac Regni, & multa alia longè diſſita Propugnacula reſtaurauit. Militiam & Nobilium Seminarium, vt multò plures milites ad Regni cuſtodiam excubarent, & pauperes nobiles alerentur, annuis prouentibus auxit. S. Ianuarij thecam, vbi eius venerandum Caput & Sanguis diligētiùs aſſeruatur, oſtijs ac ſeris argenteis; ac Templa omnia, ad quæ fideles ex toto terrarū Orbe peregrinationes inſtituunt, facilioribus vijs, & ampliſſimis muneribus munificentiùs exornauit: & ad multa alia vel prægrandes lampades ex argento, vel altarium veſtes ex auro textili, vel inſigne aliud donariū miſit. Sed & præſertim Domum Lauretanam cupiebat inuiſere: & cùm per Regni regimen non liceret, ad eam huiuſce Operis Auctorem ſuum ipſe Confeſſarium ac Theologum allegauit, prægrandem globum lapideum afferentem, vbi innumeri ſmaragdi ſupra 127. enati conſpiciuntur,

quos

quos nullus adhuc ritè gemmarius æſtimauerit. Sed & noſtro præſertim Clericorum Regularium Ordini multa & illuſtria beneficia ſanè contulit, quæ referre ſingula longum eſſet, & admodùm difficile enumerare. Nam præſertim Eremum Theatinam fundauit; opus ſanè & admirabile & arduum, & quod multi veluti ſupra humanas vires ac impoſſibile etiã viri prudentes arbitrabantur. Verùm ipſe indole generoſior omnem difficultatem eiecit; à Venerabili Matre Noſtra, vt eius vitæ compendium innuit, veluti digito præmonſtratus. Tùm Domum duodecim Sacerdotũ, pro Patrum Theatinorum & omnium Receſsu, ſuo fauore conſtituit, à Sanctiſſimo P. N. Clemente X. Diplomate comprobatam: apud quem vehementiſſimè inſtitit, vt primo loco noſtri Ordinis Conditorem Caietanum in Sanctorum album ritè referret; ac Conceptæ Virginis Scapularium, quod noſtra Mater diuinitùs olim acceperat, approbaret: & illud noſtri homines, vbiuis locorum ac gentium, vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, Religioſis ac ſæcularibus, benedicere atque diſtribuere poſſent. Neque parum nobis omnibus honorificum fuit, quòd ſibi, vt dixi, è noſtro Ordine Confeſsarium, omninò delegerit, quem libenter audiret atq; conſuleret; & cuius, pauperibus & egenis, aut ſuaſu, aut rogatu, multa cõferret. Quo tamen Sacerdote, cùm ipſe abſcedere debuit, & ſi percarum haberet, in hac Vrbe dimiſso, ne à recens inſtituto Receſsu cupidũ quietis abſtraheret, nec Sãctimonialibus Eremicolis acceptiſſimum miniſtrũ auferret; nullo prorſus inſtante, rogante nemine, germanum eius fratrẽ D. Hieronymum Magium, egregium Oratorem, & in Scholaſticis diſciplinis explicãdis præſertim ſacra Theologia celeberrimũ, adſcitũ in Cõfeſsariũ & Theologũ, ſecum in Hiſpaniam deportauit. Nos verò ſingulos tot Gratijs Fauoribus atque Beneficijs identidem honeſtauit, vt nobiſcum agre viſus fuerit, non vt Princeps ac Prorex, ſed vt amantiſſimus Pater, atque Religioſiſſimus Theatinorum Hominum & Theatinarũ Virginum Rector ac Moderator. Quæ omnia, Princeps Eminentiſſime, ſummatim enumerauimus, cùm tibi plurimùm accepta referri debeant: qui huius Regni olim Prorex, antequàm hinc abires, Toletanæ Eccleſiæ ampliſſimo Sacerdotio adauctus, & grauiſſimis muneribus iſthic in Hiſpanijs exornatus, vt Theatinum Ordinem foueret atq; protegeret, & Theatinã Eremũ noſtrã, in qua multa aureorum millia flagrantiſſimè impenderas, numeris omnibus vt abſolueret, ipſum fratrem tuum modis omnibus incendiſti. Quocirca cùm hæ Diſquiſitiones Hiſtoricę, pro more ſuo ab Auctore Diuæ Virgini nuncupatæ, communi Ordinis ſumptu, ac noſtrũ omnium inſtantia impreſſæ eſsent, tuo Nomini inſcribendas eſse decreuimus, qui Ioannis-Petri Carafæ, vt Animi Dotes habes & Purpuram, ita Virtutes omnes atque præſertim Innocentiam ac Sapientiam imitaris: vt perpetuò apud omnes extarent, erga Te & Fratrem tuum humillimi & gratiſſimi Theatinorum amoris, ſtudij, & obſequij monimentum.

ILLV-

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMIS AC REVERENDISS.

E CARAFÆO GENERE

ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS,

CLERICORVM REGVLARIVM EX ORDINE ASSVMPTIS,

Qui cum laude hodie in vtraque Sicilia præſunt, & Eccleſias adminiſtrant.

POſtquàm Venerabili Euchariſtiæ Sacramẽto, & immaculatè Conceptæ Virgini Deiparæ Volumen hoc obtuli, & humillimè conſecraui; conuertor ad vos, & vnà omnes in hoc Operis veſtibulo veneror, Antiſtites illuſtriſsimi: qui ex ipſo ſanctiſsimi Pauli IV. ſiue Ioãnis-Petri Carafæ Genere exorti, & in noſtro Theatino eius Ordine à pueris educati, ac Virtutibus & diſciplinis exculti, mirum in modum, vtramque Siciliam, veſtro hodiè Virtutum fulgore, condecoratis. Ecce hìc, ob omnium oculos, egregium exemplar exponimus, quod vos inſigniter hactenus expreſſiſtis: aut quo Anteſignano, vel Duce, ad Virtutem, Famam, ac Gloriam, atq; Beatitatem, tutò incedere ac percurrere ualeatis. Scilicet, in Ioannis-Petri Carafæ Geſtis, poteſtis, ſi lubet, velut in lucidiſsimo ſpeculo, aut quales ſitis, aut quales ſaltem eſſe debeatis inſpicere, ac penè oculis intueri. Veſter enim in quocunque ſtatu Ioannes-Petrus is fuit, vt eius vnius imitatio, aut ſecularis, aut Clerici, Epiſcopi etiam, & Religioſi Ordinis Conditoris, aut iterum ad animarum curam extracti, ac inſulis exornati, & ad ſummam dignitatem aſſumpti, ad omnem quidem perfectionem facilè vos euehere ac perducere poſsit. Quod, ſi minùs mihi fidem habetis, Veneta illa ac florentiſſima Academia, in præfatione de Epiſtolis Clarorum Virorum, in lucem editis Anno 1559. luculenter atteſtatur his verbis: Si quis, *inquit,* vniuerſæ Vitæ curſum Pauli Quarti, Põtificis omnium Maximi, atque Optimi, animo percurrerit, ita multa reperiet, atq; ita præclara, in omni genere laudis ab eo geſta, vt inde omnium Virtutum egregia capi documenta facilè poſsint. Quo mirandum non eſt, ſi eum omnes boni rectèque intelligentes admirantur, colunt, ampliſsimis laudibus exornant. Nec dubium eſt, quin omnes homines, quicunque in omni ætate futuri ſunt, non modò Merita illius erga Genus Humanum propè innumerabilia prædicent, atque extollant: verùm etiam pijs & Chriſtianis honoribus afficiant, qui conferri ſolent in eos, quorum conſilijs atq; inſtitutis, patefacta in Cælum via eſt, veræque ac ſolidæ felicitatis ratio demonſtrata. *Sic illa. Quàm verò in Vobis ipſa eius Virtutum lineamenta propè reſplendeant, paucis ex ordine, ad omnium documentum, hìc indicabo.*

I.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO D.

D. SIMEONI CARAFAE
ARCHIEPISCOPO MESSANENSI.

SPlendidiſſimos habuiſti natales tuos, ornatiſſime Antiſtes, Roccellæ Principis filius, ac Simeonis Cardinalis Aragonij Nepos, cuius nomen geris, & indolem, ac virtutem: nunc Eminentiſſimi Caroli Cardinalis Carafæ patruus, rebus vbique præclarè geſtis eximij ac præſtantiſſimi: cuius apud te habes germanum fratrem D. Fortunatum Carafam, Vicarias curas egregiè ſubeuntem. Noſtroque olim in Ordine, in flore ipſo adoleſcentiæ initiatus, atque cum ingenij laude ſtudia emenſus; ſolita Congregationis munia haud ſegniter obiuiſti, tyrociniis deindè temperandis, regendiſque domibus haud ſemel admotus. Tùm Theatinam Venerabilis noſtræ Matris Vrſulæ Congregationem recens in Ordinem adoptatam ea ſedulitate ac vigilantia adminiſtraſti, vt eius Aſceterij Virgines virtutum tuarum recordatione vel hodie plurimùm oblectentur. Ea ergo prudentia, grauitateque morum, quàm æuo maturior effulgebas, vt ſummo etiam Magiſtratui tacita quadam Ordinis conſenſione deſtinareris. Sed cùm regulari diſciplinæ ſtrenuè inſiſteres, Philippi III. Hiſpaniarum Regis nutu, te Acheruntinæ & Materanæ Eccleſiæ Inſulæ rapuere. Vbi narrat diſertè Sylos *in hiſt. par. 3. lib. 5. fol. 166.* quanta fueris cum Ciuium lætitia, & honore ſuſceptus. Inde poſt decemnium Meſſanam, Nobiliſſimam planè Vrbem translatus, ab anno huius ſeculi ſeptimo & quadrageſimo, Sacerdotio iſto ritè ac dignè perfungeris. Quod noſtro Meſſanenſi Cœnobio percommodum accidit. Nam veluti beneficum quoddam Sidus, vt Sylos inquit, viſus es Vrbi vniuerſæ, ac Theatinæ rei potiſſimùm illuxiſſe: honeſtare inſtitutum omni genere officiorum: in Eccleſiæ curis Noſtratum eruditione ac opera vtiliſtatis in mentem eleemoſynis aliiſque extra ordinem beneficentiæ argumentis, fouere inopiam: inſigne Templum à fundamentis exſtruere: ſacra inſtruere ſupellectili: ampliorem Domũ pari munificentia exædificare. Et ecce rerũ exitu cernimus ampliſsimè cõprobatũ, quod Venerabilis Vir è Noſtris Iacobus è Stephano, Iberiæ Orientalis Apoſtolus à Scriptoribus appellatus, olim fore omninò prædixerat. Vix enim eius Oſſa Meſſanam, Goride, ex Iberia ac Colchide, per mille ego maris terræque pericula deportaueram: Vix illi Senatus Mamertinus ac Proceres, pyra exſtructa ac ſacra æde vndique carminibus ac Elogijs exornata, tùm à Carmelita Excalceato diſertè habita oratione, cum lectiſſimorum muſicorum concentu honorificè parentarunt, cùm tui ſtatim acceſſu Noſtrorum Domus extulit caput: & omnem vetuſtatem ſenſim exuta cunctam penè Ciuitatẽ ſui ſplendore magnificentiaque nobilitauit. Quod hìc innuo, cùm *to. 2. de ſacris Carimonijs opuſc. 1. diſquiſ. 36. fol.* 140. paulò fuſiùs enarrauerim. Cæterùm tibi debeo, quòd ad me D. Scipionem Aliſiam, iſtius florentiſſimæ Vrbis & Eccleſiæ Patritium & Canonicũ, tua demum epiſtola deſtinaueris, ab illuſtriſſimo iſto Senatu ad Excellentiſſimum hunc Proregem Ducem Segorbiæ, D. Petrum Antonium Aragonium allegatum: cui cùm illi honorificè à te ſcripta referrem, mirificè gratum fuit, adeò inſignem virum magnis virtutibus, doctrina, & fama ſummæ probitatis illuſtrem, etiam de facie noſcere, ac ſuis fauoribus honeſtare. P. D. Dominicus Caſtelli, vir è noſtris eruditiſſimus, mihi eius geſta & merita denarrauerat.

I L.

Digitized by Google

5

I I.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDIMO D.

D. GREGORIO CARAFAE,

OLIM CLERICORVM REGVLARIVM PRAEPOSITO Generali, deindè Epiſcopo Caſſanenſi, nunc Salernitano Archiepiſcopo.

PRimus ipſe omniũ noſtrorũ Antiſtitũ, hodie, è Carafça Gẽte ſuperſtitũ, iuxtà Ordinis ſeriẽ, agmen ducis, Illuſtriſ. ac Nobiliſsime Præſul: qui vt tuũ Carafææ Arboris ramum fuiſſe primum ac principem eius ſtirpis non immeritò gloriaris, ita multis planè nominibus prænobilem familiam tuam, & noſtram admodùm Theatinam Congregationem illuſtras. Etenim in te certant Generis claritas & Prudentia: vita honeſtiſsimè religioſiſsimèque traducta, & excultum ingenium omnibus diſciplinis. Ideò cathedris ac ſuggeſtis, & (quod perrarò accidit) Domibus etiam regendis admotus, te vtrique muneri parem & inſigniter idoneum oſtendiſti. Nam Philoſophiam plures annos in Diui Pauli Domo profeſſus, ſacram ibidem Theologiam ſexennium explicaſti, cùm interim ſacræ etiam eloquentiæ operareris: ineratq; porrò dicenti (vt de te in noſtri Ordinis Scriptorũ Catalogo teſtatus eſt Sylos) ardens quædam atque dictionis efficax vis. Cùm autem, præter ingenij facultatem, præclara tibi eſſet in agendo ſolertia, ac par communi rei adminiſtrandæ ſedulitas: admotuſque Ordinis Præfecturis, vt dixi, Diui Pauli Cœnobium cum inſigni laude rexiſſes, ad vniuerſæ Theatinæ rei procurationem, communi Patrum ſuffragio euectus, in Romanis Comitijs, renuntiatus fuiſti Præpoſitus Generalis. Quo in munere, vt magis magiſque Ordinem promoueres & exornares, oſor otij, virtutiſque ac Dei Gloriæ cupidiſſimus, cunctos exſtimulabas & incendebas, vt in ſtudia incumberent, & ad præclara facinora neruos intenderent ac animos excitarent. Et quanta mehercule beneuolentia, benignitateque me, pro tua ſingulari humanitate, proſequebaris. Si quid verò typis excuderem, quàm vultu hilari percurrebas, quantiſque me ſtimulis ſolebas incendere, vt pro ingenioli mei facultate ſemper nouum aliquid lucubrarem. Sed eo iam munere abſolutus, cùm rurſus Paulinã Domum moderareris, à Philippo Hiſpaniarum Rege Quarto, Caſſanenſis Eccleſiæ inſulas accepiſti: & nunc Salernitanam planè condecoras, vbique præclarè geſtis, egregiè in tuam ſpartam intentus. Interim verò noſtras ſæpe Domos inuiſere, præſertim Paulinam, non prætermittis; ac gaudes inter noſtrates plures habere Gẽtiles tuos, & P. D. Antonium Oriliam ex Sorore Nepotem, Domui Diuæ Virginis Lauretanæ Præpoſitum tuas virtutes, ac præſertim in agendo ſolertiam & prudentiam imitantem. Noſque tui egregijs ingenij monumentis, quę quandoque euoluimus, oblectamur. Quę ſunt, vt Ioſephus Sylos citato in loco perçenſet: *I. In primam ſecundæ Diui Thomæ comment. Neapoli apud Octauium Beltranum 1628. in fol. II. Opuſc. Philoſophia de Concurſu Cauſæ primæ cum ſecundis Neapoli apud Franciſcum Sauium 1632. in 4. III. Opuſcula Iſagogica de nouiſsimo Veſuuij incendio ibidem typis Aegidij Longi 1632. in 4. IV. De Monomachia ſeu Duello commentar. Romæ typis Maſcardi 1647. in fol.*

Digitized by Google

III.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSMO D.

D. VINCENTIO CARAFAE,

EPISCOPO CALVENSI.

VEneror te,illuſtriſſime Antiſtes,ac plurimùm tibi debeo,nõ ſolùm quòd in noſtra Congregatione educatus, ac inſigniter imbutus literis & diſciplinis, ad eam nominis celebritatem euaſeris, vt te Verbi Dei Pręconem eximium illuſtriores Italiæ Vrbes expeterent,ac inſtanter efflagitarent;tùm ad tuas diſertiſsimas conciones audiendas ita confluerẽt, vt frequentiſsimè omnes in tui laudem & admirationem adducere videreris: ſed & pręſertim, quòd Ioannis-Petri Carafæ Gentilis tui, noſtri Ordinis Confundatoris memoriam,tanta pietate proſequeris,tanto ſtudio colis ac veneraris,vt me eius Geſtis diſcutiendis & deprędicandis addictum,non modò plurimùm ames,ſed (vt mihi metipſi teſtatus es)iam diù de facie noſcere concupiueris. Videoque tantum ſtudium & amorem,atque eximiam pietatem in Ordinem, & in Ioannem-Petrum Carafam tuum,S.Caietanum è noſtris quem mirificè colis,tibi graui ęgritudine decũbenti, impetrata ſemel & iterum valetudine, rependiſſe . Quod & illi liberaliſſimè beneficium inſigni donario compenſaſti. Macte igitur animo pręclariſſime Antiſtes:ac perge,vt facis,Ioannis-Petri Gẽtilis tui virtutes excolere ac imitari: & eximiam eius fidem ac pietatem in Deum,odium in vitia,flagitia, & hęreſes, & ſtudium in diſciplinas omnes exprimere: vt tui aliorumque omnium Antiſtitum Caraſçorum exemplo, qui per Ioannis-Petri callem incedunt, ac eius omninò veſtigia conſectantur, ita Reſpublica Chriſtiana reſplendeat,vt populi certatim ad Dei Cultum, & veram Beatitatem conſequendam alliciantur.

Digitized by Google

I V.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D.

D. PETRO-ALOYSIO CARAFAE,

EPISCOPO TRICARICENSI.

INgentium meritorum tuorum laus, illuſtriſſime ac præſtantiſſime Antiſtes, ac virtutum planè omnium fama longè hodie latèque diffuſa, qua omnium ore ac calamo commendaris, non modò plurimùm noſtram Congregationem exornat, è qua ad dignitatem iſtam euectus es; ſed & Neapolitanam Vrbem, ac Regnum vniuerſum condecorat, vbi, cum præcelſa indole ac mente, clariſſimum genus, ac natalium lucem, & ampliſſimas Infulas accepiſti. Neque enim adeò præſtas, quòd illuſtri domo natus ex Anſæ Marchionibus fueris, Principis Beluederij germanus frater, Petri-Aloyſij Cardinalis Carafæ, & Tyberij Principis Biſinianorum ex fratre Nepos. Sed quòd communis Gentis Carafææ claritudinem magnis adeò virtutibus exornaſti, vt ferè nemini de te loquar, qui, ſi nouerit, vel tuam pietatem in Deum, vel prudentiam ac dexteritatem in rebus omnibus, vel eruditionem, vel eximiam liberalitatem, & tuam animi magnitudinem egregiè non extollat. Verèque diceris ac videris, non tãtùm Nepos, ſed expreſſa ad vnguem imago Magnæ illius Animæ, Petri-Aloyſij Cardinalis, quem dixi, futuris planè ſeculis non tacendi. Qui ſanctiſſimi Pauli Papæ Quarti memoriam tanto ſtudio ac veneratione proſequebatur, vt quicquid de eo tunc Latinè vel Italicè ſcripſeram, ferè quotidie non ſine voluptate animi lectitaret: adeòque me vel eo nomine diligebat, vt ex Vrbe diſcedere non permiſerit: velletque niſi modis omnibus obſtitiſſem, vt aliqua dignitate honeſtarer. Quin mirum in modum oblectabatur, me, cùm viri docti quidem adeſſent, ſimulato odio in Paulum, cuius inſculpatam animo egregiam ſanctitatẽ ſciebat, ſtudioſè de illis interrogare, quæ ſummæ eius virtuti olim Hæretici atque perditi homines, vel decepti eorundem libellis aliquot Scriptores obiecerant. Et iucundiſſimum ſpectaculum erat, ijs qui aderant in exedra vel adſtabant, eximium Cardinalem inſpicere, quanta oris alacritate lætitiaque me audiret, elata voce, ac totius penè corporis geſtu, Pauli Sanctitudinem, contra impiorum hominum inuidiam efferentem. Illius ergò Patrui tui, ne dum meritiſſimè nomen geris, & Inſulas induiſti, ſed & lineamenta propè corporis, doteſque animi refers, virtuteſque omnes & mores, qui ſacrum Principem & Antiſtitem deceãt, expreſſiſti. Et vtinam illi diutiùs viuere cõtigiſſet: renũtiatus enim fortè fuiſſet omniũ cõſenſu & ſuffragatione Pontifex Maximus: vt ipſe tibi ingenuè faſſus eſt Alexander Septimus, qui ſucceſſerat, cùm eius pedes oſcularer is. Et qualem tunc (Deus bone!) Reſpublica Chriſtiana experta fuiſſet, illum ſanè Pontificem, & te intimum in regendis Orbis Faſcibus adminiſtrum. Ceterùm non exscribam quicquid de te diſertiſſimè Sylos edidit in hiſtorijs ſuis. Nam *in to. 2. libro duodecimo* laudat ſacram in primis eloquentiam, & dictionis dignitatem ac cultum, qua vultu geſtuque ad grauitatem compoſito, in præcipuis Italiæ Vrbibus, Venetijs, Mediolani, Bononiæ, Parmæ, Neapoli, nonniſi cum plauſu ac fructu ad populum agere videbaris. Commendatque inſigniter innocentiam, & inculpatam morum integritatem, ac profuſam liberalitatem in pauperes, cùm præſertim Regnum turbæ vndique exagitarent

rent

rent atque diuellerent. Tunc enim adeò pauperum fouebas inopiam, ac aurum affatim erogabas, vt cùm labori ac tuæ met annonæ non parceres, emotæ plebis impetus, mira conſtantia, vi linguæ, ſolertia & contentione perfregeris. Quam eximiam fidem Catholicus Rex Philippus ſuis magnificè literis commendauit. Teque Ioannes Auſtriacus, vt ſuſceptos pro Regia Dignitate labores curaſque non exiguas aliquo munere compẽſaret, dignum putauit, quem aut Syracuſanæ aut Montis Regalis in Sicilia Inſulæ cohoneſtarent: deditque ea de re literas in Hiſpaniam; quæ ſucceſſu tamen caruere, cùm ea ſplendida Sacerdotia alijs iam deſtinata repererint. Ad hæc laudat Sylos in Eccleſia quà inſtauranda quà expolienda à te operam poſitam non vulgarem: Canonicorum numerum ad eius ordinis Clerique dignitatem amplificandam adauctum: cui omne inſtrumentum curæ eſſet, annuo cenſu Theſaurarium inſtitutum: ſuis pluteis & armarijs prægrandibus ac ſplendidis inſtructum ſacrarium: adauctam ex oloſerico auroque Eccleſiæ ſupellectilem: & Deiparæ Puritatis vnà cum S. Caietano & B. Andrea dedicatum Sacellum. Sed *in to.3. lib.8.* cùm tuas iterum laudes excurreret, in Tricaricenſis Diœceſis peſtilitate calamum ſtitit. Tunc enim non vt plerique citò ac longiùs faceſſere ſtatuiſti; ſed qui te Paſtorem non mercenarium noueras, perſtare, & collato veluti cominùs pede, pugnare teterrimo cum hoſte, commendataſque tibi oues omni ope, ac per ſummam animi contentionem tueri. Itaque curaſti primùm præclaris præceptionibus monitiſque ne malo pateret aditus: at ubi hæc minùs proceſſere, graſſanti peſtilentiæ nullis non officijs occurriſti. Functis vita Curionibus, quòd deeſſent, qui morientiũ conſcientias, ac ſacra procurarent, operarios numeratis à te ſtipendijs conduxiſti. Miſſæ deinde ſacrificia nec pauca ea quidem celebranda curabas, quæ defunctorum animas expiarent. In ipſa verò Vrbe Tricaricenſi, vbi geminum tuo ſumptu Noſocomium excitaueras; inſtituto dierum, vti moris eſt, omninò quadraginta ad publicam incolumitatem ſeceſſu, magnam eius temporis partem Ciues fermè omnes tuis ipſe ſumptibus aluiſti; collato quicquid pecuniarum apud te haberes; argẽteaque item ſupellectili oppignorata. Et vt exemplo eſſes, facemque alijs præluceres, viſus ſæpius in Noſocomijs Confeſſiones excipere; vel adhortando monendoque ſingulari beneficentia impigrè Ciuitatem excurrere. Quam inſignem ſolertiam cùm populares in te cernerent, collatis vna votis, id decreuere, vt Ciuitatem profanis etiam in rebus adminiſtrares. Quod Caſtrilij Comes Regni Prorex vt inaudiuit, ſuis te literis appellauit: quas, & duos excitatos tibi lapides, à Canonicis & Ciuibus præclaro teſtimonio inſcriptos in citatis Ioſephi Sylos hiſtorijs eſt videre.

V.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSMO D.

D. ANTONIO CARAFAE,

EPISCOPO VXENTINO.

POſt peragratas Hiſpanias, vbi præſtantis ingenij documenta non vulgaria dederas in omnibus diſciplinis, cùm in S. Mariæ Angelorũ Cœnobio ſacram Theologiam non ſine laude omnium explicares, ac tuo aureo illi Operi de Genio ſecundam manum imponeres, Cenſorem te habui, à P. D. Angelo Piſtachio tunc Generali Præpoſito, viroque ſanè laudatiſſimo deſignatum, vt vnà cum P. D. Hieronymo Carafa, nunc Epiſcopo Cotronenſi, hoc Volumen excuteres, à me tunc temporis abſolutum: vt tua relatione conſtaret, an dignum eſſet quod typis imprimeretur. Idque

Idque tàm ſedulò eaque voluptate animi prçſtitiſti, vt nullum finem faceres huiuſce Operis vbique deprædicandi. Quod ergo manuſcriptum tanto olim ſtudio lectitabas, ac laude proſequebaris; nunc typis impreſſum, ac multis teſtimonijs & elogijs auctum non dedignaberis ſubſeciuis horis rurſus inſpicere,& Gentilis tui, noſtriq; Ordinis Cōditoris præclarè Geſta ac Merita recognoſcere. Interim tibi verò ex animo gratulor, quòd iſthic tanta cum ſedulitate Paſtorem agas,ac tuo muneri incumbas,vt Dei cultū promouere,extirpare vitia, ſerere bonos mores, ac gregi tuo ſtrenuè inuigilare non prætermittas. Sed quia laudes tuas erubeſcis, & ægrè illas admittis, te ſilentio veneror,ac diuturnam tibi vitam ex animo & incolumitatem exoro.

VI.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO D.

D. HIERONYMO CARAFAE

EPISCOPO COTRONENSI.

ET tu quoque,illuſtriſſime & ampliſſime Prçſul, Ieſtij Ducis frater, ac Neapolitani olim Antiſtitis,Decij Cardinalis Carafç Nepos, prçnobilem ſtirpem tuā magnis virtutibus atque promeritis exornaſti. Noui ego te iuuenis vix Sacerdotio initiatum Panormi in Eccleſia Sancti Ioſeph: audiuique Dominicis feſtiſque diebus,nō ſine omnium admiratione qui aderant, magna vi memoriæ ac facundia differentem.Quin habui te ſocium & collegam, imò Moderatorem ac Ducem ab Vrbano VIII. ad expeditionem Ibericā deſtinatus,vt narrat Sylos ſuis in hiſtorijs *par.2.lib.13.pag.633*.Sed mutato deindè conſilio,mihi in Orientalem Iberiam,tibi in Hiſpaniam,hoc eſt, Iberiam planè Occidentalem eundum fuit. Quis ſatis verò exprimere queat,quid in Neapolitanæ Vrbis clade ac peſtilitate generosè præſtiteris? Quippè cùm locum illum, lue infectis deputatum, adminiſtrares,quicquid animis perpurgandis, ſanandiſque corporibus opus erat,tanta induſtria ac diligentia procurabas,vt & omnium ore commendareris,& quamplurimi acceptam tibi vitam & ſanitatem referrent. Eandemque poſtmodùm aſſiduè ſpartam agere ex caritate ſolebas, domi erga Religioſos fratres aut ægrotos aut imbecilles;foriſque,in hac vicinia Hiſpanorum,erga milites & pauperes ægros. Et ego ipſe vnus fui qui penè à Medicis deſperatus adeò à te quotidie & aſſiduè recreabar, vt tua ſenſim induſtria ac caritate priſtinam ſanitatem recuperarim. Quod Proregi relatum, teſtatum multorum oculis,ac Neapoli peruulgatum,eam tibi laudem promeruit,exiſtimationemq;cōciliauit,vt multi exornari cōcupiuerint Infula tuū nobile ac meritiſſimū caput.Cùm iam multò ante Octauianus Carafa,tuus germanus frater inter Præſules Romanos adſcitus magni illius Petri-Aloyſij Cardinalis Carafæ ædes,& legatos ab eo cēſus adeptus eſſet,Maximi Pontificis Alexandri VII.Vices-gerens.Nunc verò omni ſtudio in tuam Diœceſin inuigilas, vt pro viribus Dei Cultus adaugeatur. Ideòque magnificè Templum extruis ac exornas:cūctiſque animi neruis adniteris,vt in illud Theatinam diſciplinam inducas.Pauperes foues,egenos ſubleuas,cunctiſque opem præſtas; & vt verè Pater ac Paſtor omnium, quemque amplecti non dedignaris. Nec interim

præ-

prætermittis noſtro Clericorum Regularium Ordini,tuæque Diuæ Mariæ Angelorum Domui,quam inſigniter amas,varias ſubindè eleemoſynas, cunctorum memor,& omnibus officioſus atque beneuolus,elargiri.

V I I.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO D.

D. PLACIDO CARAFAE ACERRARVM EPISCOPO.

VErba mihi pro dignitate non ſuppetunt , illuſtriſſime Antiſtes , ut ſatis virtutem tuam exprimam & extollam. Nam luce generis,ingenij præſtantia,eloquentiæ laude, alijſque dotibus animi ſic excellis, vt porrò te commendare niſi tui ſimilis erubeſcat.Cùm ergo ad eam celebritatem ac famam ritè peruaſeris,vt te prope omnes in ore,& in oculis ferant;hic tuum abundè conſignaſſe nomen ſufficiet,vt quiſquis illud legat aut audiat,ſtatim is in tui laudem & ampliſſimam commendationẽ erumpat: præſertim cùm de te in altero tomo Diſquiſitionum de Pauli Geſtis, multaſim Societatis Ieſu,cui percarus es,Scriptorum Elogia exhibiturus.Ne tamen tibi Præſuli adeò præcellenti ſolùm exteri plaudant,& virtutum merita canant, dabo hìc quicquid è noſtris Ioſeph Sylos *to.3.hiſtoriarum lib.12.pag.635.*conſignauit his verbis:*Placidus Carafa,*inquit,*Neapolitanus,à pueritia enatauerat vix,cùm dedit Religioni nomen,vouitque in Neapolitana Diui Pauli Domo die 6.Iunij 1632.&c. Ab ipſis ſtudiorum rudimentis,viuida erectaque quadam mentis indole ſpem doctrinæ excitauit non vulgarem:neque cõceptam ſtos ille aui opinionem feſellit. Eò namque eruditionis peruenit , vt grauiores poſt eà diſciplinas profeſſus inſigni cum laude fuerit: docuitque ſacram Theologiam Romæ quinquẽnium.Quo in genere ſtudiorum cùm præſtare videretur;potiorem ſibi nihilominùs locum vindicauit publica eloquentia:à qua cenſeri inter prima Oratorum Nomina iurè meritòque debet. Dictionem certè quà verborum delectu, quà peregrina quadam elocutione , quà ſententiarum formis,tropis,ſplendore,acumine,neſcio an aliquis facilè exæquauerit. Attemperata deinde ſtylo pronuntiatio,vt concentu quodam alter alteri reſpondeat: iuuantque ſeſe mutuò actionis concinnitas & cultus orationis.Quod verò in eo planè mirum,id eſt in tanto eloquentiæ apparatu ac pompa,frugiferum dicendi genus;vt flores fructus parturiant;conformatis excitandæ pietati atque inſtituendis moribus mundicijs ipſis ac elegantijs. Nulla fermè in Italia præcipua Vrbs eſt,quæ non illum cum plauſu audiuerit . Meſſanæ anno voluentis ſeculi ſeptimo & quadrageſimo in primario Vrbis Templo,eo quidem omnium ordinum aſſenſu declamauit ,vt euolutis non dùm Quadrageſimæ ferijs,obſignato perhonorificè decreto, alterum illi Quadrageſimæ curriculum Senatus deſtinauerit.Extra Italiam Eleonora Gonziga Viennam Auſtriæ literis officij pleniſſimis euocauit: dixitque is in Cæſarum ſacello eximia cum Aulæ totius admurmuratione:Eleonora præſertim,quæ non abſque regiæ munificentiæ ſignificatione abire Carafam voluit.Iam quòd Neapoli in Regio ſæpius Sacello peroraſſet , nimium eſt, in quam ſui admirationem Neapolitanos Proreges traxerit:qui quidem vt tanto eloquentiæ ſplendori accederet etiam à dignitate nitor, id in Hiſpanica Aula curarunt,vt bis à Catholico Rege Epiſcopus deſignaretur:ſemel Motulenſis:quam ille Eccleſiam,quòd hærere in Ordine apud animum ſuum ſtatuerat,permodeſtè recuſauit. Verùm Regis iterum munificentia ac iudicio pulſatus,ne læſiſſe tanti Principis beneuolentiam , ac Diuini etiam Numinis voluntati obluctari videretur;acceptare coactus eſt Acerrarum ſedem,propediem inaugurandus. Præcipuas etiam*

Con-

Congregationis Præfecturas adminiſtrauit. Nam Neapoli Regni inſpectionem obiuit; & in Diui Pauli Cœnobio præfuit. Quod ad lucubrationes attinet paratum prælo habet Orationum volumen, ac tum Quadrageſimæ (hoc Anno typis impreſſas) *tùm alias per annum habitas conciones, quæ ſi lucem aſpicient, non minimùm profectò accedet Italicæ facundiæ exiſtimationis ac pretij. Sunt verò in manibus.*

Oratio de laudibus D. Virginis, *fortunandis Catholici Regis armis in Mediolanenſi D. Celſi templo dicta, cui titulus:* Fortuna armorum Regum Hiſpaniarum. *Mediolani apud Ioannem-Petrum Cardium 1652. in 4.*

Oratio ad Meſſanenſes dicta de Mariana Epiſtola, *quæ principe apud ipſos ſtudio colitur, cui titulus:* Epiſtola gratiarum actionis, gratulationis, & exhibitionis. *Meſſanæ apud Hæredes Petri Breæ 1647. in 4.*

Oratio de laudibus D. Caſimiri, Poloniæ Regis. *Romæ apud Manelſium 1650. in 4.*

Oratio de S. Ignatio Loyola, *Neapoli habita in Profeſſorum Soc. Ieſu templo. Neapoli apud Fuſcum 1662. in 4.*

VIII.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

D. PAVLO CARAFAE

EPISCOPO AVERSANO,

OLIM GENERALIBVS IN COMITIIS, Totius Ordinis Clericorum Regularium Pręſidi.

PRæter Domus tuę claritatem, hoc eſt Ditiones, Titulos, Purpuras, quę te omni ex parte abūdè condecorāt; nullus in noſtro Ordine gradus ac penè dignitas fuit, Ampliſſime ac Nobiliſſime Pręſul, quē licet immaturus ætate, prudētia ac iudicio grauis ac ſenex, cū laude nō occupaneris. Nec ſolū in Vrbe Roma, ac Neapoli, Panormi, & Meſſanę, vbi Patruum, quem laudaui primò omnium, Antiſtitem habes; ſed & in Hiſpania, tuæ virtutis adeò radios effudiſti, vt ſuffragatione omnium in Capitulo Generali renuntiatus fueris Præſes: eodemque conſenſu ſupremam Ordinis Præfecturam adeptus eſſes, niſi te Infulæ à nobis, poſt germani & inclyti fratris tui Caroli Cardinalis Carafæ Purpuram, abſtraxiſſent. Nunc verò in Diœceſi, quam adminiſtras, ea populis exhibes uirtutum omnium documenta & exempla, vt nemo tuam animi pietatem & prudentiam non extollat: quam præſertim inſigniter oſtendiſti, cùm intra ſacram ædem feſto ac ſolemni die ſceleſtiſſimi ac perditi quidam homines, ferro igne ac robore armati, nullaque Numinis reuerentia tacti in hoſtes ſuos irruerunt. Vel cùm argenteam Pyxidem, in qua ſacroſanctum Ieſu Chriſti Corpus aſſeruabatur, fures impios ac ſacrilegos audiuiſti, ciborio effracto ſurripuiſſe. Tunc enim ſupplicationibus inſtitutis, & ſqualido cultu ac luctu cunctis indicto, vt impium adeò facinus comploratione omniū compenſares, & magis magiſque populos ad atrocis adeò criminis deteſtationem incēderes, te cum familia tua lugubri habitu penitùs amictum exhibuiſti. Cæterùm cùm tua omnia præclarè geſta percurrere longum eſſet, & extra finem mihi propoſitum euagari; hanc Domum, in qua verſor, Receſſui deſtinatam tibi plurimùm debere profiteor. Quippè cùm me olim ad eam inhabitandam, rogatus à Comite de Pignoranda Prorege D. Auguſtinus Bozomus, Generalis Præpoſitus allegaſſet; tu qui noſtrarum Sanctimonialium Ordinarij munere fungebaris, dùm multæ grauesque difficultates obijce-

Digitized by Google

rentur,& aliquot tàm viri quàm mulieres eandem domum penitùs deſerere nollẽt; tua ſtatim authoritate,& inſigni dexteritate qua polles,ſingulos expuliſti: ac me,& ſociũ, huc incluſos, tanta quotidie humanitate proſequebaris, vt identidem amanter inuiſeres,& quæ deerant mira ſolicitudine procurares. Immò quòd primariæ ac præſtantiores Eccleſiæ me quandoque ad declamandum inuitare ac rogare non dedignentur; & populi ac proceres è ſuperiori loco differentem ad me confluere,qui tot annorum vitæ meæ ſpatio tacui, quòd nec parem muneri vocem habere nec memoriam arbitrabar; ſanè id,præter Conceptæ immaculatè Virginis opem,tuis ſuaſionibus atque cohortationibus adſcribendum,quibus olim me compuliſti, vt Dominicis feſtiſque diebus ſermonem ad Theatinas Virgines,quibus eras ipſe Ordinarius,inſtituerem. Et quidem eodem vel hodie zelo flagras,ut quotquot populos habes,uel à te, uel à diſertiſſimis oratoribus atque concionatoribus inſtruantur. Quo ardore animi imbutus Sacerdotibus Eccleſiarum beneficia & curas minimè confers,niſi ſumma priùs diligentia tibi conſtet eorundem dignitas & præſtantia. Præter has uerò uirtutes,quæ te ſummoperè decorãt & exornant; eã noſtro Ordini gratitudinem & obſeruantiam pręſtas, ut inter noſtrates ſæpe uideri,noſtriſque domibus adeſſe,pręſertim Paulinæ,ubi olim religioſa uota conceperas,pręſentia,conſilio,eleemoſynis,& omni ope non prętermittas. Meque tibi deuinctiſſimum tanta beneuolẽtia foues,et honore complecteris,ut quotquot in hac domo eremitica uitam ducimus,Deum Optimum Maximum, et B. Virginem exoramus, vt uitam tibi diuturnam et incolumen largiatur.

I X.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

D. THOMAE AQVINO C A R A F AE,

EPISCOPO SVESSANO.

QVòd in ætatis flore,Illuſtriſſime Antiſtes,uirtutibus quàm æuo maturior, ad Dignitatem iſtam perueneris, ſummoperè tibi ac mihimetipſi gratulor. Expertus,quippè olim indolem tuam,cùm te Romæ iuuenem inſtituerem, id futurum concepi, et in meis de Menſa Diſquiſitionibus edidi,quod et rei probauit euentus, et tua deindè Virtus apertiſſimè omnibus indicauit. Cũ uerò nõ modò Paternũ Genus,lõga rectaq;ſerie ex ipſo S. Thomæ Aquinatis Genitore deducas, uetuſtate ac nobilitate Clariſſimum, ſed et Materna etiam Carafæorum Proſapia te condecoret,Carafęis Pręſulibus addidi Nomen tuum,ut et tu quoque noſtri Ordinis Antiſtiti ac Conditori pompam faceres, et Diſquiſitiones haſce Hiſtoricas illuſtrares.

IN

IMPRIMENDI OPERIS FACVLTAS.

IN Congregatione habita coram Eminentiſsimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano hab. ſub die 20. Octobris 1670. fuit dictũ quòd Reu. Canonicus Cãpanilis reuideat, & in ſcriptis referat eidem Congregationi.

Metellus Talpa Vic. Gen.

Franciſcus Guarinus Soc. Ieſu Congreg. Indicis Secret.

EMINENTISS. PRINCEPS.

NON fucato ſtylo, non ementitis verbis, enarrat hiſtoriam Vitæ religioſiſſimę, & ſanctiſſimę memoriæ PAVLI IV. Summi Pontificis, eruditiſſimus P. D. Franciſcus-Maria Magius Clericus Regularis ex Ill. Ordine PP. Theatinorum; ſed ſincerè, & fideliter, ex ſelectis, atque excerptis ſententijs grauiſſimorum, & celeberrimorum Virorum Societatis Ieſu: quapropter admiratus ſuam lucubrationem miro ordine, & concinnè contextam, ex altè, & longè effoſſis ſententijs Aliorum, ad tuendam Integritatem, Pietatem, & ardentem Zelum huius Supremi Pręſulis Confundatoris ſanctiſſimi, & pijſſimi Inſtituti Ordinis Clericorum Regularium; autumo ad conticenda ora obtrectantium, quam primùm typis cõmitti poſse, vt ſit in Amuletum. Neapoli hac die 12. Nouembris 1670.

Tobias Carolus Campanilis Can. Dep. Sac. Theol. Collegialis.

IN Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 14. Nouembris 1670. fuit dictum, quòd ſtante relatione ſupradicti Memorialis imprimatur.

Metellus Talpa Vic. Gen.

Franciſcus Guarinus Soc. Ieſu Congreg. Indicis Secret.

Digitized by Google

IMPRIMENDI OPERIS FACVLTAS.

ILLVSTRISSIMO ED ECCELLENTISSIMO SIGN.

NOuello de Bonis Stampatore in queſta Fedeliſſima Città di Napoli, ſupplicando fà intendere à V. E. come deſidera ſtampare la ſeguẽte Opera intitolata *Diſquiſitiones Hiſtoricæ &c.* del P.D.Franceſco Maria Maggio Cherico Regolare. Per tanto ſupplica l'Eccellenza Sua reſti ſeruita ordinare gli ſiano concedue le ſolite Regie licenze, che l'haurà a grazia, vt Deus, &c.

Magnif. Doct. Laurentius Craſſus videat, & in ſcriptis Suæ Excell. referat.

Galeota R. Carrillus R. Capiblancus R. Ortiz Cortes R. Valero R.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die 2. Septembris 1671.

Sebaſtianus.

IVſſu Excellentiæ Veſtræ legi Diſquiſitiones Hiſtoricas de Sanctiſſimi Pauli Papæ Quarti inculpata Vita Reu. P. D. Franciſci-Mariæ Maggio Clerici Reg. Viri Clariſſimi: & in hiſce Operibus non ſolum nihil inueni quod Regiæ Iuriſdictioni aduerſetur, ſed quicquid inueniri poteſt in Ordine veræ Religionis magna admiratione obſeruaui, vndè pro Reipublicæ Chriſtianæ bono imprimi poſse cenſeo Neap. 1. Februarij 1672.

Excell. Veſtræ.

Deditiſſimus Seruus
Laurentius Craſsus.

Viſa retroſcripta Relatione imprimatur, & in publicatione ſeruetur Regia Pragmatica

Galeota R. Carrillo R. Capiblancus R. Ortiz Cortes R. Valero R.

Prouiſum per Suam Excell. Neap. die 10. *Februarij* 1672.

Sebaſtianus.

Facul-

Digitized by Google

IMPRIMENDI OPERIS FACVLTAS.

Facultas Adm. R. P. Præpoſiti Generalis.

OPus inſcriptum, De PP. Theatinorum Origine & incrementis &c. Diſquiſitiones Hiſtoricæ, à P. D. Franciſco-Maria Maggio noſtri Ordinis Sacerdote compoſitum, & ab aliquot Theologis quibus id commiſimus approbatum, vt typis mandetur, quoad nos ſpectat, facultatem cōcedimus. In quorum fidem præſentes dedimus, manu propria ſubſcriptas, & ſolito noſtræ Congregationis ſigillo munitas. Romæ &c.

D. Franciſcus Carafa Congregationis Clericorum Reg. Præpoſitus Generalis.

PP. Theologorum Approbatio.

NOS infraſcripti has Diſquiſitiones Hiſtoricas de Patrum Theatinorum Origine & incrementis à P. D. Franciſco-Maria Maggio noſtri Ordinis viro Eruditiſſimo peregregiè lucubratas, tanta cum animi voluptate & admiratione perlegimus, vt ſummis laudibus Auctorem & Opus digniſſimum arbitrati, quantocyùs in lucem edi vehementiſſimè cupiamus. Neapoli in ædibus S. Mariæ Angelorum &c.

D. Hieronymus Carafa S. Th. Prof. *nunc Epiſc. Cotronenſis.*
D. Antonius Carafa S. Th. Prof. *nunc Epiſc. Vxentinus.*

Noua PP. Theologorum Cenſura.

EX commiſsione Adm. R. P. Generalis perlegimus Vitam ſanctiſſimi Pontificis Pauli IV. Congregationis Noſtræ vnà cum S. Caietano Inſtitutoris, teſtimonijs Clariſſimorum Scriptorum, opera ac ſtudio P. D. Franciſci-Mariæ Maggio contextam. Et mirati ſumus laborioſiſſimũ & ingenioſiſſimum Opus, longà temporis diuturnitate, & librorum lectione infatigabili varietateque confectum, ac Eruditiſſimi Auctoris laudabilem induſtriam in ſcribendo, vt tanti Pontificis innocentia ac vitæ ſanctitas omni procul dubietate perſpecta fieret. Quapropter ne dum ad eiuſdem Sanctiſſimi Pontificis noſtræque Congregationis Gloriam, ſed ad totius Chriſtianæ Reipublicæ conſolationem vt typis mandetur digniſſimum exiſtimamus. Datum Neap. die XIII. Decēbris MDCLXX.

D. Carolus de Palma C. R. S. Theol. Profeſsor.
D. Franciſcus-Maria Carafa C. R. S. Theol. Profeſsor.

Facultas Adm. R. P. Præp. Gen. D. Petri Pauli Nobilionis.

OPus incſriptum, de Sanctiſſimi Pauli Papæ IV. inculpata vita &c. vt typis mandetur quoad nos ſpectat facultatē concedimus &c.

D. Petrus Paulus Nobilion. Congr. C. R. Præp. Gen.
D. Antonius Maria Riuanus C. R. Secr.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
PARTIVM ET DISQVISITIONVM
HVIVS PRIMI TOMI.

PARS PRIMA.

Qualis fuerit Ioannes-Petrus Carafa, antequam, vnà cum S.Patriarcha CAIETANO, Clericorum Regularium Ordinem inſtitueret. *fol.* 1.

DISQVISITIO PRIMA.
Carafæa Gens, ante Pauli Pontificatum, obſcura ne fuerat, & humili loco nata; an cunctâ ferè Italia Nobiliſſima? Vndè nàm illi Claritas, & Initium obtigit? fol. 2.

DISQVISITIO SECVNDA.
Illuſtriores Antiſtes, & S.R.E.Cardinales, Comites, Marchiones, Duces, ac Principes eius familiæ numerentur. fol. 4.

DISQVISITIO TERTIA.
Quis nàm fuit Pauli Auus, & quæ nàm eius, ac ſuæ Gentis, erga Reges ſuos fidelitas, ac præclariſſimè Geſta? fol. 22.

DISQVISITIO QVARTA.
Quam in Paulo Genituram Aſtrologi olim obſeruarunt? Quid de eo Eremita futurum Matri prænuntiauit? Quis illi germanus Frater, & quæ nam Sorores fuere? fol. 26.

DISQVISITIO QVINTA.
Quomodò ſine dolore ac nixu vllo Matris editus fuit? Quæ nam illi Indoles, Virtus, Educatio, ac complurium Linguarum peritia? fol. 28.

DISQVISITIO SEXTA.
Cùm Patrum Prædicatorum Ordinem iniſſet, quomodò extractus eſt? Verène Dominicanum Habitum induit ac geſtauit? Verène Caſinenſium Monachorum Cœnobio nomen dedit? Semper eius vitæ puritas ac pietas qualis fuit? Quæ illi eruditio literarum? fol. 29.

DISQVI-

DISQVISITIO SEPTIMA.

Quis fuit Oliuerius Cardinalis Carafa eius Patruus, à quo ebibit à puero Paulus Eccleſiaſticam diſciplinam? fol. 33.

DISQVISITIO OCTAVA.

Quæ in Io. Petro puero ac iuuene Virtutes emicuere? Oblatum ne ſibi Epiſcopatum ſtatim arripuit, an alij conferendum curauit? Quo ipſe primùm munere functus eſt? Aut quomodò inauguratus Antiſtes Theatina in cura ſe geſſit? fol. 35.

DISQVISITIO NONA.

Quas ipſe in Angliam & Hiſpaniam Lagationes obiuit? Promeruit ſummi ne erga ſe Pontificis ac Regum amorem? Quomodò ab eiſdem, & à Margarita Auſtriaca in Belgio exceptus eſt? 37.

DISQVISITIO DECIMA.

Cur ipſum Pontifex, accerſitum Romam, in Vaticanas ædes honorificè admiſit? Et quod nam in itinere ſopiuit incendium? Antonij Cardinalis Carafæ eius Nepotis Virtus iterum ac fuſiùs explicetur. fol. 39.

DISQVISITIO VNDECIMA.

Quibus Io. Petrus ſe ſe infulis abdicauit? An quòd Sacerdotia recuſauerit, ignauiæ tribuendum? fol. 55.

DISQVISITIO DVODECIMA.

Quæ Diuini Amoris Sodalitas Romæ tunc erat, ex qua Clericorum Regularium Inſtitutores, Chriſtiani Orbis beneficio, prodiere? Hi ne primi omnium è Clero fuerunt, qui Religioſum Ordinem excitarent? Quod in eo condendo propoſitum aut diuinam impulſionem & inſpirationem habebant? Sylloge omnium, quæ diximus, exponatur. fol. 58.

PARS SECVNDA.

Qualis fuerit IO. PETRVS in condendo ORDINE CLERICORVM REGVLARIVM. *fol.* 61.

DISQVISITIO PRIMA.

Quæ conditi cuiuſque recens Ordinis cauſæ cenſeri debent? fol. 62.

DISQVISITIO SECVNDA.

Clericorum Regularium Ordo num primò omnium ab Apoſtolis originem ac initiũ duxit? fol. 65.

DISQVI-

Digitized by Google

INDEX PARTIVM ET DISQVISITIONVM.

DISQVISITIO TERTIA.

Qualem ergo Paulus Ordinem & Congregationem inſtituit? Quoue digniùs titulo, ob eam inſtitutionem, eſt honeſtandus? fol.66.

DISQVISITIO QVARTA.

Excitauit Io. Petrus ſolus ipſe ne Ordinem, an cum alijs? & quod, illi eius Ordini, eſt nomen? fol.66.

DISQVISITIO QVINTA.

Quomodò fundata hæc à Paulo & S. Caietano Religio dici debet? Illi ne Thienæus, an Thienæo ſe Caraſa ſocium addidit? fol.67.

DISQVISITIO SEXTA.

Si Theatinæ Congregationis vnum Inſtitutorem dicere velim, quis nominandus? aut quomodò cum eo cæteri iurè ac meritò appellabuntur? fol.71.

DISQVISITIO SEPTIMA.

Cur verò in hac Theatina Congregatione, præter aliorum Ordinum morem, nō unus omninò Fundator, ſed ex quatuor, duo præſertim inſigniores ac præcipui nominātur? Quomodò id dici poteſt? fol.72.

DISQVISITIO OCTAVA.

Conſtat ex dictis, Caietanum Thienæum, & Ioannem-Petrum Caraſam, vel Cōfundatores (vti P. Ioannes Rhò vocat) vel Coinſtitutores Theatini Ordinis appellari. Ne inſolens ac mirum id videatur; de quo nam exemplum haberi potuit, hac in re, quod Noſtrates imitarentur? fol.77.

DISQVISITIO NONA.

Quale fuit quatuor illis Viris in condenda Congregatione propoſitum? Quæue nomina, Cognomina, & Patriæ ipſorum? fol.77.

DISQVISITIO DECIMA.

Quonam in loco, & priuato ne, an ſolemni & celeberrimo cultu, prima hæc Clericorū Regularium Congregatio eſt inſtituta? fol.78.

DISQVISITIO VNDECIMA.

Ioanni-Petro Clemens VII. in Ordinis Fundatione, quam facultatem indulſit? Qui poſt eius Ordinem ſunt ſequuti, quomodò ab illo diſcriminantur? Num ex Priuilegio acceptum, vt Theatinus Ordo, Clericorum Regularium Congregatio diceretur? S. Ignatius cur Societatem Ieſu, ſuum ipſe ampliſſimum Ordinem nuncupauit? fol.79.

DISQVI-

DISQVISITIO DVODECIMA.

Clericorum Regularium Ordinum ſeries, ab Apoſtolorum æuo deducta, vſq; ad Carafæ, & Thienæi tempus, qui Apoſtolicum inſtitutum reſtituêre, iterum ac prolixius explicetur. fol. 81.

PARS TERTIA.

Qualis fuerit Io. Petrus, in THEATINA, quam à vulgo habuit, Agnominatione; & in Stemmate, Schemateue Habitus, quod aſſumpſit. *fol. 96.*

DISQVISITIO PRIMA.

Num præter Clericorum Regularium Nomen, ab Sede Apoſtolica ex priuilegio acceptum, Nomen aliud huic Ioannis-Petri Ordini inhæſit? fol. 96.

DISQVISITIO SECVNDA.

Si, ex S. Sedis facultate, Ioannis-Petri Religioſi dicti ſunt Clerici Regulares; cur alio Nomine nuncupantur? fol. 97.

DISQVISITIO TERTIA.

Pauca illa Clericorum Regularium capita, quæ tunc Romæ (vti nonnulli putant) Pinciano in Monte latebant, obſcura ne erant, an adeò in luce laudeque omnium, vt Theatinum ipſorum Nomen etiam alijs Religioſis Viris adhæſerit, qui numero multitudineque longè præſtabant? Quomodò id Romæ fieri potuit, vbi clariſſimè diſcrimina hominum & Ordinum à cunctis agnoſcebantur? fol. 97.

DISQVISITIO QVARTA.

Sed ſi Theatini Romæ tunc erant, aut Venetijs, aut Neapoli, & iam fines Italiæ nō exceſſerant; tanta ne erat ipſorum laus, vt Theatinum ipſorum Nomen, uel extrà Italiam, vbi adhuc ipſi viſi non fuerant, audiretur? fol. 98.

DISQVISITIO QVINTA.

In Hiſpania ſolùm Patres Societatis Theatini ſunt dicti, an etiam in alijs Regionibus? fol. 98.

DISQVISITIO SEXTA.

In paucis aliquot locis, an in multis etiam contigit, Theatinos, Societatis Ieſu homines appellari? fol. 99.

Digitized by Google

INDEX PARTIVM ET DISQVISITIONVM.

DISQVISITIO SEPTIMA.

Quamuis ergo aliter ſe ſe ipſi appellari dicerent, Theatinũ tamen hoc Nomen paſſim Societatis Patres à rudibus & pertinacibus populis audiebant: at id in propinquiſne ſolùm Italiæ Regionibus accidit, an etiam in longè remotis? Quomodò fieri potuit, vt tantilli Ordinis Nomen, qui pauca, vti iam innui, ſolùm capita numerabat, tot Sociorum millibus, hic indè diſperſis in tot Mundi Partibus, inhæreret? fol. 99.

DISQVISITIO OCTAVA.

Forſitan huius Nominis cauſa, non tàm populi deceptio fuit, qui dedoceri à multis & à Societate ipſa facillimè potuiſſet; quàm vulgi vſus, ob Theatini ſcilicet Epiſcopi eiuſq; Ordinis ſanctitatem, Quemlibet caſtigatiùs ſeueriùſque viuentem, vt dictum eſt, non aliter appellandi quàm Theatinum? Hæſitas? At qui Myſteria diuina frequentant, quomodò vel hodie, ſine ulla deceptione, à populo alicubi nuncupantur? fol. 100.

DISQVISITIO NONA.

Theatina hæc agnominatio, Carafæ Ordini, in gloriam num in probrum euaſit? Et quid nàm illa ſignificat? fol. 101.

DISQVISITIO DECIMA.

Si tale obtigit Clericorum Regularium Ordini vel à vulgo inditum fortunatiſſimũ Nomen, an etiam aliquod ipſi Stemma auſpicatiſſimum aſſumpſerunt. Pro ſigillo ac teſſera Theatinorum Ordo quid habet? fol. 102.

DISQVISITIO VNDECIMA.

Præter Veſtium Colorem, de quo nos infra par. 4. diſqu. 2. *ex Societatis homine diſputabimus: & Barbam, quam Dominus Ieſus Chriſtus (vti Theatinorum mos eſt,* Non admodùm longam*) teſte Nicephoro, ex P. Vincentio Bruno è Ieſu Societate, geſtabat: Chriſti Habitus in latioribus manicis, & in tunica non aperta; cui nàm ſimilior & conformior Ordini, dici poſſet? Quid accidit hac de re fortaſſe dignum, quod à nobis hìc audiatur?* fol. 102.

DISQVISITIO DVODECIMA.

Theatinas Leges, à B. Caietano et Ioanne-Petro inſtitutas, humanone ductui, an diuino, adſcribere ac referre debemus? Et num verè dicendi ſumus habere nos Regulam approbatam? fol. 104.

PARS

Digitized by Google

INDEX PARTIVM ET DISQVISITIONVM.

P A R S   Q V A R T A.

Qualis fuerit Io. Petrus in præcipuis aliquot inſtitutis, quæ vnà cum S. Patriarcha Caietano Clericorum Regularium Congregationi præſcripſit. *fol.* 108.

D I S Q V I S I T I O   P R I M A.

Cur ſodalium paucitatem Io. Petrus Ordini ſuo tantoperè commendauit? Et cur præſertim inſtituit, vnumquemque Chriſti Domini Euangelia apud ſe habere, ac ea quotidiè meditari? fol. 109.

D I S Q V I S I T I O   S E C V N D A.

Cur ſancitum in noſtro Ordine, vt nigris veſtibus vteremur; quo vel hodie colore, à Venerabili M.N.D. Vrſula Benincaſa institutæ, Virgines Theatinæ Congregationis operiuntur. fol. 112.

D I S Q V I S I T I O   T E R T I A.

Cur in noſtra Congregatione ſtatutum fuerit, vt Sacerdos Domni Prænomine honeſtaretur. Eundemque cur titulum, Theatinis hodiè Virginibus, ac Eremitis Sanctimonialibus, impertimur? fol. 114.

D I S Q V I S I T I O   Q V A R T A.

Facilè ne an difficile eſt iudicare, qui nam Religioſis Ordinibus magis congruus ac vtilis ſit, ſupremus Magiſtratus (qualis eſt in Soc. Ieſu) perpetuus, an temporarius qualis eſt Patrum Theatinorum? Num in vno ac in altero aliquid ſemper incommodi ſuſtinendum? Cur tertio quoque Anno in Theatino Ordine Generalia Comitia celebrantur? Quis illis inchoandis indictus locus ac dies? fol. 116.

D I S Q V I S I T I O   Q V I N T A.

Cur diurnæ nocturnæque Pſalmodiæ penſum Clericorum Regularium Ordinis Conditores inſtituêre? Apoſtoli Pſalmorum Cantum an præſcripſerunt? Quæ in Religionibus inſtituti Cantus eſt cauſa? fol. 117.

D I S Q V I S I T I O   S E X T A.

Simplex cantio, qua nos Theatini vtimur in Odeo, num Societatis Patribus eſt in vſu? Scilicet, in Eccleſijs, cùm aliquando pſallunt, an ipſi Theatinum morem ſectantur? fol. 121.

D I S Q V I S I T I O   S E P T I M A.

Vbi nàm fructuoſiùs mente orare debemus: ſeorſim in cubiculis, num omnes ſimul in Templo? Cellula ne, an Templum, ardorem animi, precandi ſtudium, ac vo-

luntatis affectum , acuent nobis & excitabunt? fol.128.

DISQVISITIO OCTAVA.

Cur præſcriptum noſtro Ordini Ieiunium in Chriſti Domni Aduentu? Cur vt quarta ſemper abſtineamus à carnibus, & ſexta feria ieiunemus? fol.130.

DISQVISITIO NONA.

Erga fidelium defunctorum Animas, quæ purgatorio igne torquentur, Clerici Regulares quid opis, multis in locis, inſigni pietate procurant? fol.137.

DISQVISITIO DECIMA.

Quale hodie Clericorum Regulariũ Ordo IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS CÆRVLEVM SCAPVLARIVM habeat, ac toto planè terrarum Orbe ritè diſtribuat, ex gratia & facultate à ſanctiſſimo Patre CLEMENTE *X. eiſdem Theatinis Patribus attributa.* fol.138.

DISQVISITIO VNDECIMA.

Clerici Regulares num aliquod Priuilegium habent? Recitentur ſi quæ à ſummis Pontificibus acceperunt? Ipſo fundatæ Congregationis initio Diuini Verbi prædicationi, & Sacræ Theologiæ ac Canonum ſtudijs incumbebant? Cur Palla illa particulari pro Hoſtia in Miſſæ ſacrificio vtuntur? fol.157.

DISQVISITIO DVODECIMA.

Cur ab Diuo Caietano & Ioanne-Petro, Theatinis, iniunctum Apoſtolicum inſtitutum: nimirum vt cenſibus prædijſque proſcriptis, nihil à quoquam emendicarent? An verè ijs, ſi Regnum Dei primùm quærant, omnia adycientur? Sacrarum Scripturarum Loca illuſtrentur, & inſigniora aliquot recitentur exempla, quæ promptam Dei Prouidentiam cuilibet homini loco & tempori ac facilè repræſentent. fol.162.

PARS QVINTA.

Qualis fuerit Ioannes-Petrus, quidue præclarè geſserit, ipſis duodecim annis, quos Theatino in Ordine ac Habitu vixit. *fol.* 188.

DISQVISITIO PRIMA.

Ioannes-Petrus Capucini Ordinis Fundationem aniuuit, atque prædixit? Cùm vterque Theatinus & Capucinus Ordo conditus eſt, quot Hæretici ac Perduelles Dei Eccleſiam vndique diuexabant? fol.188.

DISQVI-

Digitized by Google

DISQVISITIO SECVNDA.

Num inter Camaldulenſes adſcribi petijt Epiſcopus Theatinus? Quonàm conſilio Ioannes-Petrus & Caietanus Domum aliquam Eremiticam exoptarunt? vt perpetuòne in ſolitudine vitam agerent; num vt ſuauiùs aliquando ſpiritualis vitæ exercitijs, ac diuinæ commentationi vacarent? An id demùm in Ordine ex noſtrorum Fundatorum conſilio, & Matris N. D. Vrſulæ Benincaſæ inſtitutione, peractum eſt? fol. 193.

DISQVISITIO TERTIA.

Epiſcopus Theatinus vnà cum ſocijs in Borbonici Exercitus irruptione, & captæ Vrbis clade quid paſſus eſt? Tantane eius ſanctimoniæ fama & conſtātia erat, vt nefarij illi milites ad genua acciderēt, & is ſibi ſupplices obiurgaret? fol. 199.

DISQVISITIO QVARTA.

Quomodò Epiſcopus Theatinus vnà cum ſocijs à Venetæ Claſſis Præfecto ſuſceptus eſt? Venetijs quem locum accepit? Quam in ſuo Ordine vitæ rationem ſeruabat? Cur Diæceſim Veronenſem inuiſit? fol. 203.

DISQVISITIO QVINTA.

Somaſchenſis Congregationis Fundationem Epiſcopus Theatinus an iuuit? Hierōnymo Æmiliano eius Conditori, Viro & nobilitate generis, & vitæ ſanctitate clariſſimo, num à Confeſſionibus fuit? Populorum frequentiam an Venetijs ad ſe traxit? An morum Reformationem induxit? Quid in eo Æmilianus admirabatur? aut quomodò ex eius nutu omninò pendebat? fol. 207.

DISQVISITIO SEXTA.

Num S. Caietanus aliquando Venetijs Inſanabiliū Xenodochium excitauit? Num ægris in eo S. Franciſcus Xauerius inſeruiuit? Epiſcopus Theatinus Eremiticamne vitam ducebat, an multorum ſaluti, vt diximus, in magna omnium exiſtimatione, proſpicere videbatur? Xenodochium illud an noſtri Ordinis Authores, Conditores agnoſcit? Quàm bene id ipſum Hieronymus Æmilianus adminiſtrauit? fol. 211.

DISQVISITIO SEPTIMA.

Cur S. Ignatius Venetijs Theatinos Patres eſt alloquutus? Num ab ijs fortaſſis hoſpitio exceptus fuit? Cum Epiſcopo Theatino an familiariter egit? Quæ animi Dotes ac Dei Dona eundem Epiſcopum honeſtarunt? fol. 213.

DISQVISITIO OCTAVA.

Epiſcopus Theatinus quam vitæ rationem ducebat, voluptuoſam an aſperā? Quid ipſe aliud Venetijs per ea tempora præſtitit? S. Ignatius qui Prophetiæ certè dono

non

Digitized by Google

non caruit, quid de noſtro Ordine prædicere potuiſſet? fol. 216.

DISQVISITIO NONA.

Num ſacris adminiſtrãdis, ac Verbi Dei Prædicationi Epiſc. Theatinus ex inſtituto vacabat? Eius Ordinem Neapolitana Ciuitas quomodò exoptauit ac petijt? S. Mariæ Sapientiæ Moniales, à Maria Carafa inſtitutæ, acceptis ab Theatino Epiſcopo legibus, an fuere primæ omnium Neapoli, quæ vultum velarent? fol. 219.

DISQVISITIO DECIMA.

Quomodò Theatinus Epiſcopus ac S. Caietanus à Pontifice Clemente non ſine animo præſagiente iuſſi fuere, vt Neapolim ſocios allegarent; & non vnum ſed plura etiam domicilia figerent in hac Vrbe? fol. 222.

DISQVISITIO VNDECIMA.

S. Caietanus, à Theatino Epiſcopo miſſus, quanàm animi demiſſione ſe geſſit? Quomodò Neapoli exceptus eſt? Qualem ſe Io. Antonio Caracciolo, Oppidano Comiti, opum & reddituum contemptorem ac oſorem oſtendit? In hac præclara Vrbe quid geſſit? Capucinarum Monialium, quarum inſtitutionem ſuaſerat, an Confeſſiones audiuit? Conciones an ipſe ad populum habuit? fol. 224.

DISQVISITIO DVODECIMA.

Quantæ fuit Epiſcopus *Theatinus auctoritatis apud S.P.N. Caietanum, qui cũ per literas aſſiduè conſulebat? Aliquot aliæ eius* Epiſtolæ *recitentur.* fol. 232.

PARS SEXTA.

Qualis fuerit Ioannes-Petrus Carafa in S.R.E. Cardinalium Collegium cooptatus. *fol.* 263.

DISQVISITIO PRIMA.

Num Io. Petrus Carafa vnquam ad Dignitatem Cardinalitiã aſpirauit? Quomodò ſe geſſit euocatus à Paulo Tertio Romam? Statim iter arripuit, an ire recuſauit? Præcepto num perrexit à Pontifice adactus? fol. 265.

DISQVISITIO SECVNDA.

Quomodò Io. Petrus Carafa poſt collatã ei Dignitatem eſt appellatus? Quas ipſe laudes ab omnibus, & quales à ſũmis uiris ex animo gratulationes accepit? fol. 268.

DISQVISITIO TERTIA.

Quo Authore S. Inquiſitionis Tribunal à Paulo III. eſt inſtitutum? Carafa ne hodie celebratur, quòd ſupremum hoc de Hæreſibus iudicium inſtituerit Cardinalis, & firmauerit Pontifex? Quomodo ob illud eſt appellandus? fol. 274.

DISQVISITIO QVARTA.

A quonam Cardinalis Carafa Archiep. Neapolitanus creatus fuit? Neapolitanæ Eccleſiæ à Carolo V. Cæſare an poſſeſſum humaniſſimè obtinuit? Num Iulij Tertij Summi Pontificis teſtimonio, conſtitit eſſe fabulas, quæ illi maleuoli ac ſummæ eius integritatis oſores obijciebant? fol. 276.

DISQVISITIO QVINTA.

Poſt Tribunal ſãctæ Inquiſitionis erectum, ſupremus ipſe Quæſitor quos habuit Cardina-

Digitized by Google

dinales Collegas? Eius Iudicij domum ac carcerem ipſe ne primùm ædificauit, ac quibus opus erat inſtruxit? In Eccleſia Neapolitana quid præſtitit? Quomodò ipſis Pontificibus ſummis, ſi quid minùs rectè fieri vellent, mira conſtantia, ſed cum debita reuerētia, reſiſtebat? Quomodò ſe gerere in Conclaui ſolitus erat? fol. 280.

DISQVISITIO SEXTA.

S. Ignatius Io. Petrū Carafam Venetijs an cognouerat? Idemq; Carafa Cardinalis, beneuolo animo, Societatē an iuuit? Num idem Theatinus S. Franciſcū Borgiā, Cardinalem fieri cupiebat? Hæreticū, qui ſubdolis artibus in Collegiū ſe Romanū intruſerat, S. Ignatius Cardinali Theatino detectū an conſignauit? Romanū ipsū Societatis Ieſu Collegium quonam deindè in loco conſtructum? num in ædibus, quas idem Cardinalis Theatinus inhabitauerat? fol. 283.

DISQVISITIO SEPTIMA.

Num Cardinalis Theatinus hominem decumbentem, voceque ac ſenſibus deſtitutum, & morti proximū, mirū in modū, orans integræ reſtituit ſanitati; reduxitq; deceptū ab Hæreticis ad Catholicam Fidem? Cui nam ille ſua ſtatim oratione tantum beneficium contulit? fol. 285.

DISQVISITIO OCTAVA.

An Ordinis Patrum Prædicatorum, tùm Eremitarū S. Hieronymi, atq; Germaniæ, Cardinalis Theatinus Protector fuit? Vrbis an viſitator? Vngariæ ne Regnum, ac Friſingenſem Epiſcopatum defendit? An Præfectus fuit ſacræ Pœnitentiariæ & Congregationis Concilij? Præclarè ab eo geſta ſi quæ ſunt alia referantur fol. 288.

DISQVISITIO NONA.

Quanta fuit Cardinalis Carafæ authoritas apud omnes? Narretur iterum quod Veronæ cū illius Vrbis Rectore ac Epiſcopo Giberto patrauerat. Oratorē in Conſiſtorio quomodò olim ac diſertiſſimè confutauit? An meruit ſudorem vt Pontifex propria illi manu detergeret? fol. 294.

DISQVISITIO DECIMA.

Num Cardinalis Carafa Hieronymum Æmilianū, Venerabilem Somaſceni Ordinis Fundatorē, Romā euocauit, vt Orphanorum & puellarū domiciliū inſtitueret? Somaſchenam deindè Congregationem cur & quomodò cū Theatina coniūxit? Datæ ab eo literæ recitentur. fol. 297.

DISQVISITIO VNDECIMA.

Ad Bernardinum Ochinum Cardinalis Carafa num epiſtolam ſcripſit, vt ad ſaniorem mentem, Romanamq; Fidem, à qua deſciuerat, mulcendo ac deterrendo reduceret? An demum Ochinus errores ſuos eierauit, & in odium fidei interfectus fuit ab Hæreticis? fol. 300.

DISQVISITIO DVODECIMA.

Nū Io. Petrus Card. Car. prædictus fuit futurus eſſe Pōtifex Sūmus? Nū fore ipſe ſe Pōtificē Romanum prædixit? S. Malachiæ Vaticinia, ac de Pōtifice Angelico, & duodecim Apoſtolicis Viris, Vrſulæ Benincaſæ, ac Catharinæ Palmeriæ, Theatinarū Virginū Oracula recitentur. Et nū Theatinæ Sanctimoniales aptiori nomine Regulares Clericæ dici debeant?

AD

AD LECTOREM.

Ecce tibi, benigne Lector, exhibeo Ioannem-Petrum Caraſam, Epiſcopum, vnà cum S. Caietano Clericorum Regularium Ordinis Conditorem, & S.R.E. Cardinalem, non meo ſanè calamo, ſed à Venerabilis Societatis Ieſu Scriptoribus ita affabrè delineatum, ita diligenter expreſſum, ita ad viuũ multorum penicillo & ſtylo repræſentatũ, vt qui cordatus es, neque nodum in ſcirpo quæris, facilè veritatem poſſis agnoſcere, eius virtutum exempla, geſta, & merita confiteri; ſumma præditum innocentia, ac zelo fidei & ſanctitudine inſignem, omni quidem honore ac laude ducere dignum; & iniuſtè ac impiè contumelia vel ab Hæreticis, & Hebræis, vel à perditis aut deceptis hominibus aliquando affectum procul dubio exiſtimare. Quicquid de eo Patres Societatis edidere olim in lucem, rotundo charactere deſcribo. Quicquid de meo addo, quicquid ex alijs Scriptoribus affero, diuerſa typorum forma ſubijcio, vel vt obſcuris ac dubijs lucem feram, vel vt Patrum Societatis dicta confirmem. Nec diſquiſitionem inſtituo, quin primùm grauis alicuius Scriptoris verba præponam: vnde diſquiſitionis occaſio haberi poſſit, non niſi Patrum è Societate Ieſu teſtimonijs explicandæ: quæ plerunque ſine ordine ac faſciatim adduco, vt clariùs rei veritas eluceſcat. Sed inter Patrum Societatis Elogia, vt iam dixi, typis impreſſa, nonnullius epiſtolam affero manuſcriptam, quæ me vel de Conceptæ Virginis Scapulario, vel de Vaticinio quodam interrogauit. Et quoniam par eſt vt reſponſio petitioni omninò conſentiat; quicquid illi reſcriptum, rotundis etiam typis impreſſum eſt. Quam etiam duxi rationem habendam eſſe, in aliquot ipſius Ioannis-Petri Caraſæ Epiſtolis, aut Breuibus & Pontificijs Literis euulgandis, quæ bis ſolùm illis adijcio, quæ à Societatis Patribus, vel ab ijs citatis Scriptoribus afferuntur. Forma etiam eadem in lucem edidi, ſi quid nonnunquam Patres Societatis aut citant, aut ex parte deſcribunt. Iiſdemque demum Patribus Societatis attribuo, quicquid ab alijs primò editum, ab ijs iterum eſt typis impreſſum. In citandis verò Codicibus, ne dum caput & librum, ſed & folium, & quandoque lineam ſigno, niſi illud ipſum Opus pluries ac diuerſimodè impreſſum extet. Quæ ideò diligenter aduerto, ne quiſpiam obijciat, fidem me Operis initio pollicitam perfectè nõ ſoluere. De Pauli IV. Pontificatu Diſquiſitiones adnectere cupiebam, iam mea manu deſcriptas, ritèque cum laude omnes à Cenſoribus approbatas. Sed qui ſumptum ſuppeditauit, pro earundem impreſſione popoſcit inducias. Ceterùm, alias meas excuſationes, Societatis Ieſu Theologi verbis ſubijcio, qui ſic habet:

P. Franciſcus Pellizzarius è Soc. Ieſu in præfat. lect. Manualis Regul. ſub finem.

Quæcunque affero, Romanæ Eccleſiæ iudicio lubens ſubijcio: nec detrecto doctiorum Virorum cenſuram, paratus ab ijs corrigi, imò & ſcripta ipſa retractare, ſi quid fortè in ijs occurrerit alienum à veritate: homo quippè ſum, & hominis eſt errare. Lector ſyncero animo cauſam agat: ſine contentionis ſtudio legat, euoluat, corrigat, at vbique memor humanitatis. Meminerit ſe, quanuis aliàs virum ingenio, doctrina, & rerum experientia præſtantem, hominem tamen eſſe, qui cùm aliena errata corrigit, aliorum ſcripta coarguens, facilè poſſit decipi ac errare: alioqui corroſor eſſe conuincetur, nõ corrector, quia mordere quàm emendare maluit, vt loquar cum S. Bernardo *epiſt.* 78. Non dubito quin plura pluribus in hoc noſtro *Volumine de Ioanne-Petro* diſpliceant: ſed dapes omnes quantumuis exquiſitæ, & apprimè conditæ ac præparatæ omnium ſaporibus minimè ſatisfaciunt: quæ enim tibi videtur iucundiſſima, alteri erit inſipidiſſima. Si quid ergo tibi in hoc Opere diſplicuerit, fortè alijs mirabiliter placebit: Certè ſi quid tibi in eo placuerit, Deo Optimo Maximo tribuas velim. Vale.

DISQVI-

Digitized by Google

PROTESTATIO AVCTORIS.

CVM Sanctiſſimus D.N.Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. Decretum ediderit, idemq; confirmauerit die 5. Iulij 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui sãctitatis ſeu Martirij fama celebres è vita migrauerint, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcunque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta, continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus ſine ea impreſſa sũt, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur Elogia Sancti vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam, bene tamen ea quæ cadunt ſupra mores & opinionem; cum proteſtatione in principio, quod ijs nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penes Auctorem. Huic Decreto, eiuſque confirmationi & declarationi, obſeruantia & reuerentia qua par eſt inſiſtendo, profiteor me haud alio ſenſu quicquid in hiſce Diſquiſitionibus refero accipere, & accipi ab vllo velle, quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat auctoritate non autem diuina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut S. Sedis Apoſtolicæ nituntur: ijs tantummodò exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

Digitized by Google



Præclaræ en sobolis Patres, Orbisque Magistri:
Vnicuique suum fulget in ore iubar.

Tessera Crux unis, alijs est Nomen Iesu:
Diuinumque omnes Nomen et Omen habent.

Digitized by Google

DISQVISITIONVM HISTORICARVM DE SANCTISSIMI PAVLI PAPAE IV. INCVLPATA VITA,

CLARORVM SCRIPTORVM E SOCIETATE IESV TESTIMONIIS AC ELOGIIS EXPLICATA,

AVCTORE D. FRANCISCO MARIA MAGGIO C.R.

PARS PRIMA.

SIVE

Qualis fuerit Ioannes-Petrus Caraſa, antequam, vnà cum S.Patriarcha CAIETANO, Clericorum Regularium Ordinem inſtitueret.

Antiquiſsimam iuxtà, ac nobiliſsimam Caraſſarum familiam, quæ nunc in Regno Neapolitano primaria eſt, ſtemma (nobilitatis videlicet inſigne) ex Hungaria, originem verò ſuam ex Ruſsia accepiſſe, certum eſt. Cum enim Hungariæ Regnum pro ſtemmate habeat quatuor fllumina in campis rubentibus: apparet progenitores Caraſſarum antiquitùs adeò de eo Regno benè meritos extitiſſe, & ad ipsā Regiæ dignitatis maieſtatem euectos fuiſſe, vt poſteritas illorum, & ſecundùm dignitatis gradum poſt Reges ipſos, & inſignia etiam Regni, meritò ſit conſequuta. Quod verò ſtemma hoc trium fluminum Caraſſæ nomine appelletur ab Italis, á Polonis verò & Ruſsis KorcZak, ea ratio eſt. Quoniam Duces de Bybel antiquiſſimi in Ruſsia, & opulentiſsimi, priuſquàm Regni Hungariæ ſplendorem adepti eſſent, pro ſtemmate Familiæ, vas ligneum, quo gens Ruſſorum hactenus in potu vtitur, geſtarent: inſigne nimirum hoſpitalitatis, & munificentiæ argumentum; cùm Sarmatæ antiquitùs, & nunc Roxolani, haud mediocrem virtutem arbitrentur, vtpotè viris ſtrenuis, & bellicoſis dignam, & quaſi meritò in illa Regnì, & ſoli abundantia exercendam, hoſpitalitatem. Familia itaque illa, à Polonis KorcZak, ab Italis Caraſſa nuncupata, vtroque nomine hoc idem genus vaſis ſonat, quod ſcyphum, ſeù poculum Latini dicunt. Græci Διῶτα *hoc genus poculi appellant, quòd per anſam, ſiue aurem, capiatur. Antiquos quoque Romanos tali poculo vſos fuiſſe, cùm liberaliùs potare vellent, ex Horatio conſtat.*

ſtat. Nec verò ſcyphum ſolum pro ſtemmate Caraſſæ illi Sarmatæ portabant, verùm etiam Canem in medio ſcyphi. Qui quidem fidei in ſuos Principes, ſagacitatis, induſtriæ, laboris, vigilantiæ, prudentiæ, & in re militari dexteritatis, documentum erat ampliſsimum. Magnæ verò partis Montis Carpati, qui Pannoniã à Sarmatia diuidit, illi poſſeſſores etiamnum ferè ſunt, & optimam partem Ruſsiæ meridionalis, quæ Rubra modò dicitur, occuparant: ita vt de familia Korczakorũ, ipſi Duces Bybelenſes viginti milliaria Germanica protenſiuè, quæ centum Italorũ ſunt, poſſederint anteà. Ruſsia enim, quæ Sarmatia eſt antiquis, ab incolis Sauromatis, id eſt audacibus, & bellicoſis, quòd oculos quaſi viperinos haberent, latiſsima eſt; multoſque non Ducatus ſolùm, ſed & Regna ſub ſe habuit, cuiuſque pars vniuerſa Moſcouia eſt, & Lituanos tributarios anteá habuerit. Incolæ ipſius à Græcis Scythæ, Sarmatæ dicti ſunt. Lingua vernacula Ruſſi appellari conſueuerunt, quòd per vniuerſam illam terrarum amplitudinem, in multos Principatus, Ducatus, Regna, diſperſi, & quaſi diſseminati eſſent. Licet antiquitùs ab vno Principe regerentur. Inter alios fuerunt Duces de Bybel, qui eam oram vniuerſam inter Sanum fluuiũ, & montes Carpatios, quibus Sarmatia Pannoniam Tranſiluaniam attingit, incluſo etiam magna ex parte fluuio Dneſter, à Ptolomeo Tyras dicto, obtinebant. Nàm Ruſſia ab Oriente duobus fluuijs nobiliſſimis, Boriſthene, & Tanai, clauditur, illiſque latiſſimis & planiſſimis campis, qui etiam ab Herodoto in expeditione Darij memorantur &c. Simon Bircouius Leopolit. lib. cui tit. Korczak in Regno Ruſſiæ &c. fol. 9.

DISQVISITIO PRIMA.

Carafæa Gens, ante Pauli Pontificatum, obſcura ne fuerat, & humili loco nata + an cunctà ferè Italia Nobiliſsima? Vndè nàm illi Claritas, & Initium obtigit?

P. Silueſter Petraſancta è Societ. Ieſu de Symbolis Heroicis in Elog. Gent. Car. fol. XVII.

1 VEtus fama, & à priſcis Auis tradita, Originem Carafæorum refert in ſtrenuum quendam Ducem; qui ex prælio victor ad Cæſarem, quem pugnando ſeruauerat, ſuo ac hoſtium ſanguine conſperſus venit: meruitquè, vt idem Cæſar in ipſo familiæ decora, ſimul ore, ſimul manu æternaret; dùm ore videlicet laudans CARAM FIDEM, cognomentum CARA FE' compoſuit; & manu, ſeu exſertis eius ternis maioribus digitis, cruorem extergens, in thoracis chalybe teſſeram illius gẽtilitiam delineauit. Quod ſi ita eſt, tunc primùm inſignia Carafæorum, nempè albentes lemniſci tres, in puniceo madore ſplenduerunt; lineæ profectò, quæ, ſi tabula, & colores conſiderentur, indicant, non Apellem aliquem, ſed Achillem fuiſſe inclytæ huius familiæ Conditorem. Sunt, qui huius fami-

familiæ Caput credunt fuiſſe potiùs Magnatem alium Stirpis Regiæ in Polonia ex Proſapia KORCZAC; quæ ibi vox idem ſonat, atque in Italico Idiomate CARAFA; hoc eſt guttum ex vitro, ſeu cryſtallo. Ex qua familia, quoniam vnus aliquando Pannoniæ Regnum obtinuit, conijciunt euenire potuiſſe, vt Carafæorum Gens inſignia Regni Pannoniæ ideò habuerit, quaſi Maieſtatis Regiæ monumentum. Attamen, & ſi non deeſt, qui affirmet, prorſus ea & Carafæorum inſignia congruere, diſcrimen facit alba tæniola, quæ vel vni parmulæ teſſerarię additur, vel alteri ſubtrahitur. Ludere par impar quidem videtur inferius Maieſtate; ſi certare tamen ſit neceſsè de numeri gloria, ſuffragabitur teſſeræ Carafæorum vetus Poetæ Oraculum:

Numero Deus impare gaudet.

2 Alij Scriptores virum Principem ex Germania in Italiam veniſſe arbitrantur, nomine Sigiſmundum, & Piſis olim, potenti Etruriæ Vrbe, fuiſſe ſupremum Cæſaris Vicarium, atque adeò fixiſſe ibi larem, & liberos procreaſſe, appellatos ex ipſius nomine Sigiſmundos. Poſteà aiũt, Stephanum ex eius ſtirpe, virum planè militarem, immigraſſe aliò, & perueniſſe ad Regni faſtigium. Cùm enim Inſulam Sardiniæ à Saracenis liberaſſet, meruit in Comitijs Rex acclamari; Regnumque non adminiſtrauit modò, ſed contulit Riccardo filio. Huic moderatio, aut felicitas Parentis defuit: quo circa Regno exutus Neapolim conceſſit: vbi Henricus Cæſar ſubitis & magnis honoribus eum proſecutus eſt; & ea res conſilium dedit familiam fundandi, compotem poſteà maximorum decorum, Regum affinem, & Reginarum conſanguineam. Demum, neque illud omiſerim, fuiſſe aliquos ea perſuaſione, vt exiſtimarent, vnam Gentem eandemque ſtirpem eſſe Neapoli, CARAFAS, & CARACCIOLOS; cùm exſtent ibi nonnulli ſepulchrales lapides, vtroque eo cognomento inſcripti, vti mox referam. Id ſi eſſet, cumulus ingens nouæ glorię, nouæque amplitudinis, ex hoc mutuo nexu generis, vtriſque ex æquo accederet: quia de Caracciolis mentio eſt in tabulis ſignatis, dùm imperaret Conſtantinopoli Baſilius Macedo, vertente nimirum à partu Virginis ſæculo IX. & fermè ad eam ætatem pertineat, quòd Eugenius IV. Pontifex Archiepiſcopo Neapolitano mandauerit diſcuſſionem Controuerſiæ *de Iure Patronatus*, vt vocant, fundato annis ante quingentis à Petro Caracciolo. At hæc duo præcipua Regni Parthenopæi lumina cogere ad vnum quaſi iubar, neceſſarium non videtur: ſed potuerunt Carafæ, orti à Sigiſmundis Piſanis, vti connubia inierant cùm Caracciolis, Magnatibus illius Regni, maternum cognomentum ibi honoratiſſimum, quoniam erant externi, paterno ſuo anteferre, ad promerendum Vrbis ac Regni amorem; donec propria ipſorum familia, atque ſucceſſio, ſtabiliretur. Certè ipſe PAVLVS IV. & ante illum Oliuerius Cardinalis, pu-

Digitized by Google

tarunt,eſſe magis ad Annalium fidem,ſi Caraſæorum genus duceretur à Sigiſmundis:quia hi perindè iconem teſſerariam rubram habuerunt triplici verſu argenteo exaratam.Imò,ex ijſdem Sigiſmundis oriundos Caracciolos rubros,quos vocant, credidit idem PAVLVS IV. nàm neque horum ſigna gentilitia diſcrepant,niſi quòd ſit variatio in capite ſcutario,ex Regis Roberti dono: qui teſſeræ ſuæ colorem cyaneum eis conceſſit; & hi ſoli fortaſſe vnum habuerunt cum Carafis genus,atq; vtramque appellationem ipſis pepererunt.

Quòd ſi exiſtimare velimus,Familiæ huius exordia ignorari, tanquam Nili fluuiorum maximi:ſaltem, quia quæ nota ſunt illius tempora, magnitudine nunquam caruerunt,transferre mihi liceat ad ipſius Proceres hanc Horatiani Carminis imitationem *lib.3.Ode 6.*

Damnoſa vos non imminuet dies,
Ætas Parentum, Maior Auis, tulit
Vos fortiores; mox daturos
Progeniem generoſiorem.

Paulus IV. Nobiliſſimi Sanguinis tot ipſe Gentiles Proceres habebat,vt planè neſciam,num alia in Italia Gens,ac Proſapia, Ditionibus, Honoribus,viriſque amplior, quàm Caraſia videatur. Scipio Ammiratus in Cornel. Tacit. lib. 3. diſc.1.

DISQVISITIO SECVNDA.

Illuſtriores Antiſtites, & S.R.E. Cardinales,Comites,Marchiones,Duces, ac Principes eius familiæ numerentur.

Idem P. Silueſter Petraſanctа è Societate Ieſu ibid.in Epiſt.dedicat. ad Aloyſ. Caraſam Epiſc. Tricaricenſem poſteà X. Cardinalem, fol.V.VI. & VII.

3 SCio Caraſææ Genti à Scriptore egregio primas deferri, inter familias eorum Nobilium,quos Campanus ager,Orbis terrarum pulcherrimus, non frugibus magis quàm delicijs, alit ac nutrit. Sed enim dùm eiuſdem Gentis ſtemmata conſidero, egredi fines vnius Regni, veluti anguſtos, debeo; atque diſquirere in Italia vniuerſa, num Proſapia nobilis alia ſit, quæ me adeò in enumerandis decorum, & magnæ fortunæ titulis fatiget.Vt ad Tritauos, vel ſuperiorum ætatum Maiores non eam, inter quos ipſa Maieſtas Regia non defuit; ſola horum poſteritas dabit in cenſu (præter Epiſcopos plurimos, Archiepiſcopos, Patriarchas,& Apoſtolicos Legatos) VIII.Archiepiſcopos Neapolitanos, S.R.E. Cardinales IX. (*addidit Decimum Petrum Aloyſium Innocẽtius,*

Caro-

Digitized by Google

Carolum Vndecimum Alexander) & I. Pontificem Maximum: ex Proceribus alijs, Comites LXX. Marchiones XXXII. Duces XLIV. ac Principes XIV. vt tacitus pretercam Proreges, Ductores maximorum Exercituum, Equitum Magiſtros, Supremos Militarium Ordinum Præſides, Hiſpaniæ Magnates, Aurei Velleris Equites, & S.R. Imperij Principes, quibus ætas iſta non caruit.

Tùm vt Stirpem vniuerſam percenſeat, ſimulacro Arboris, vti fit, à fol. XXII. & XXIII. *per ſurculos, ſeù ramalia eius ita diſponit.*

1 Scriptus in hac arbore primus eſto Philippus Caracciolus, appellatus Carafa: qui videlicet, ſuſceptis liberis ex illuſtris proſapiæ Vxore Caracciola, dederit eiſdem generis materni appellationem. Ab hoc autem ſumere initium libuit, quia temporis nota in eius obitu reperta congruit cum ætate filiorum, & nepotum. Obijt verò anno biſcenteſimo vigeſimo poſt milleſimum. Nec extrà gloriam fuerit, à Philippo exordiri ſtirpem vnius Gentis, ex qua expectare ſit plurimos Alexandros.

2 Bartholomæus I. Carac. Carafa, Baro Ripæ longæ, filius Philippi.

3 Philippus II. Caracciolus Carafa, filius Bartholomæi.

4 Thomas Caracciolus Carafa, filius Philippi II. de quo tumulus hic Neapoli ſupereſt in Æde S. Dominici: *Hìc iacet corpus quondam Nobilis Viri, Dom. Thomaſij Caraccioli, dicti Carafa de Neap. qui obijt Anno Dom.* 1332.

5 Bartholomæus II. Caracciolus Carafa, Thomæ filius; cuius hic alter tumulus Neapoli munia eius honorifica etiam refert: *Hic requieſcit corpus Domini Bartholomæi Caraccioli, dicti Carafæ de Neapoli, Militis magnæ Regiæ, Reginaliſque Curiæ Magiſtri Rationalis; qui obijt anno Domini* 1362.

6 Ioannellius Caracciolus Carafa Bartholomæi II. filius.

7 Gurellus Caracciolus Carafa filius primogenitus Ioannelli; percarus Regi Vladiſlao, & magnus eius militiæ Magiſter. Cuius Præfecturæ ab eo geſtæ fit mentio in hoc Epitaphio: *Hìc iacet Nobilis, & ſtrenuus Miles, Dominus Gurellus Caracciolus, dictus Carafa de Neapoli, Regni Siciliæ Mareſcallus; qui obijt anno Domini* 1402.

8 Antonius Carafa Ioannelli alter filius, & in quo primùm intermitti cognomentum Caraccioli animaduerto: fortaſſe quia vocabulum proprium habuit, cùm ob acre conſilium, & excogitatiſſimam prudētiā, Malitia paſſim appellaretur. Sæpenumerò enim ſummas, & exceſſui finitimas virtutes, exprimimus vitiorum appellatione: & fortiſſimos Viros, audaces; timidos eos, qui ſunt maximè circumſpecti, interdum nominamus. Ego ſanè dùm attentiùs Viri præſtantiam intueor, ab expugnata, & deleta miraculo veræ prudentiæ malitia, eum ſic appellatum iudico; fermè glo-

Digitized by Google

-mè glorioſiùs,quàm olim Heroës alios, vel Africanos,vel Numantinos, ab expugnata deletaque Africa,vel Numantia: quoniam minùs illuſtris Victoria eſt,Vrbes expugnare,quàm vitia.Hic Antonius cõſtitutus Orator Reginæ Ioannæ II.cui ſemper ab intimis conſilijs fuerat, Martinum V.Pontificem Florentiæ conuenit, venerans, vt opitularetur Reginæ, obſeſſæ à Sfortia Magno: qui Duci Andegauenſi Regnum vi, & armis quærebat.Tametſi autem Legatio auribus perparum ſecundis acciperetur, moribus Reginæ haud omninò dignis Eccleſiæ Romanæ eiuſque Antiſtitis ſupremi ope,ac patrocinio; captans nihilominùs prudentiſſimè momenta idonei temporis, quo ſciebat Pontificem interminari Cæleſtium execrationes Alphõſo Aragonum Regi,ſi premeret diutiùs claſſe infeſta Corſicam Inſulam, Beneficiariam Eccleſiæ Romanæ (Genuẽſibus enim eam eripere meditabatur) conſilio ſuo rem eò adduxit, vt Alphonſus Rex Pontifici obſequens fuerit, Reginæque (cui placatus eſt ſimul Pontifex) auxilia promiſerit,dederitque;adoptionem viciſſim ac ſucceſſionem,& dùm Regina viueret, Principatum Calabriæ arceſq; Regni omnes inſtar præmij habiturus. Itaque his amplis pollicitationibus,etiam refragante Regio Senatu,Regi Alphonſo perſuaſit,vt Regno Europæ locupletiſſimo florentiſſimoque (quod ipſe aiebat) vnum vtiq; Maris ſcopulum poſtputaret. Digna verò res fuit æternis monumentis, & inſcripta ideò eſt in eius ſepulchro ad Sancti Dominici hoc Tetraſticho:

Auſpice me, Latias Alphonſus venit in oras,
Rex pius, vt Pacem redderet Auſoniæ.
Natorum hæc pietas ſtruxit mihi ſola ſepulchrum:
Carafæ dedit hæc munera Malitiæ.

Liberos habuit,qui perindè ac ſinguli eſſent Primogeniti, excepto vno cælibe,& magno Equite Ieroſolymitano, propriam ſucceſſionem cum opibus,ac titulis propagarunt: nàm ex primogenito Andriæ Duces, ex altero Duces Adriani, ex tertio Stiliani Principes, ex quarto Nuceriæ Duces,ex ſexto Duces Matalunij nati ſunt; & hi Trutinæ teſſera omnes gloriantur.

9 Bartholomæus Carafa alter filius Philippi II. ducit agmen aliud Carafæorum à Spina. Is cùm à Conſilijs fuiſſet Caroli II. Regis, præfuit inſuper Regiæ domui,dùm regnaret Robertus Rex, Romæque Orator Ioannę I.Reginæ apud Pontificem fuit.

10 Andreas Carafa filius Bartholomæi à Spina Præfectus cubiculo Reginæ Ioannæ I.& Ductor vnius alæ Equitum eius;Foroliuij,ac pluriũ oppidorum in Regno Dominus,ac Baro.

11 Philippus Carafa alter eiuſdem Bartholomæi filius Archiepiſcopus Bononienſis,S.R.E.Cardinalis,& Æmiliæ Legatus.

12 Bar-

Digitized by Google

12 Bartholomæus Carafa item Bartholomæi filius, Barij Archiepiſc.

13 Iacobus Carafa Bartholomæi perindè filius, Epiſcopus Auerſæ.

Qui omnes tres Andreæ fratres germani, euecti ad Eccleſiaſticas dignitates, confirmant me magis in illa ſententia, vt credam, rectè ſumi originem Carafæorum à Sigiſmundis Piſanis. Nàm fit mihi veroſimile, Vrbanum VI. Pontificem, vti Philippum Carafam inter Auguſtos Patres cooptauit, decorauitque eum Æmiliæ Legatione, ita dediſſe, tùm Bartholomæo Carafæ Barij Archiepiſcopatum (nàm ex hoc ille, cùm Cardinalis nondum eſſet, appellatus eſt ad ſummum Eccleſiæ Principatum) tùm Iacobo Carafæ ſacram cidarim, & lituum Epiſcopatus Auerſæ. Hac verò beneficentiæ plurima ſignificatione vſus fuerit idcircò, vt Carafæos ex Patria ſua oriundos, & ibi olim Magnates, primis ijs honoribus cōdecoraret. Siquidem Vrbanus VI. natus quidem Neapoli eſt ex Neapolitana Matre; ſed Pater eius fuerat Piſanus. Quin etiam, vt ad honores varios, & ad faſtigium Romani Pontificatus ex humili loco perueniret, profuiſſe illi potuit, quòd Carafæos habuiſſet Patronos ac Mæcenates. Iam ſingulatim Antonij & Andreæ ſubnectam inclytam poſteritatem; & eos ambos mihi videor appellare poſſe cognomento Magnos, tàm multos Heroës certatim in annos conſequentes procrearunt.

I.

1 Franciſcus Carafa Antonij Magni primogenitus, opibus & liberis felix, morum innocentia & ſanctimonia clarus, ex prima Vxore Maria Orillia, quam ei Regina Ioanna II. nuptum dederat, Carolum, Oliueriū, Alexandrum; ex altera coniuge Romana, proſapiæ Comitum nobiliſſimæ, Hectorem & Fabritium ſuſcepit. Diues admodùm fuit, & Baro aliquot oppidorum; ſed ditior theſauro virtutum maximarum, quas coluit religiosè adeò, vt ſenium in Clauſtro exegerit. Ordini enim Sancti Franciſci ſanctioris ac ſeuerioris diſciplinæ, quarto lapide ab vrbe Neapolitana, domiciliū exædificarat; vt ibi ſolo habitu abſimilis, cetera ex æquo innocens ac pius, viueret: atque ibidem tranquilliſſimè defecit.

2 Carolus Carafa Franciſci filius, Airolæ Cómes, Marilliani & Mōtis Sarcij Baro.

3 Ioannes Vincentius Carafa filius Caroli Airolæ Comes, & Montis Sarcij Marchio. Is omnibus naturæ, indolis, educationis elegantijs excultus, & ideò ſingulariter charus Ferdinando, dùm erat Princeps Capuæ, eidem poſteà Regi charior fuit. Deindè quoque Regis Federici animum ſibi tam vehementer conciliauit, vt coniugem accipere ab eo veluti Paranympho meruerit, Cuellam de Ieuara neptem conſanguineā Reginæ Iſabellę, coniugis eiuſdem Regis Federici, cum dote prædiuite ex materna illius hereditate. Item à Rege Federico creatus eſt Marchio: ſed non ita multò pòſt exutus omnibus ditionibus fuit. Etenim ſequi ſtu-

dia

Digitized by Google

dia Partium,dum armis de Regno Cæſar & Galli decernerent,aliquibus ad præmium,ſecùs verò ad patrimonij ruinam ipſi ceſſit.

4 Oliuerius Carafa *&c.De quo nos in 6.diſquiſitione dicemus.*

5 Alexander Carafa Franciſci tertius filius,Neapolitanus Archiepiſcopus,in quem trāſcripſit eam dignitatem Oliuerius Cardinalis eius germanus frater.

6 Hector Carafa Franciſci quartus filius, & ab eodem Cardinali Oliuerio fratre ſcriptus Comes Rubrorum. Hic Præfectus Cubiculo ſimul & Caſtris Alphonſi Regis II. alter Hector in re bellica fuit, tantiq; nominis menſuram rebus geſtis egregiè impleuit. Fouit quoque mirum in modum ingenia ætatis ſuæ,& Neapoli Gymnaſium publicum grandi ædificiorum acceſſione ampliauit.Quas omnes laudes in eo pietas,quæ comes eſt veræ nobilitatis,cumulauit. Vt verò eiuſdem pietatis exſtaret monumentum, ſacellum elegans exſtruxit ac dicauit Incunabulis Nati Dei.Ibidem habet tumulum cum hoc Epitaphio: *Hector Franciſci filius Carafa,Rubrorum Comes, qui Alphonſi II. Neapolitanorum Regis cubiculo exercituique præfuit; cui perpetua fide obſecutus eſt domi foriſque; Chriſti Incunabula Virgini Matri dedicauit,& monumentum hoc viuus ſibi fecit.* Vixerat cælebs, ſoliuſque gloriæ complexum amauerat: ideò Fratrem natu quidem minimum,ſed ſucceſſione ac primæ lineæ Carafæorum honore maximum, Comitem Rubrorum,ac patrimonij heredem dixit.

7 Fabritius I. Carafa, Franciſci vltimus filius, Rubrorum Comes, Valentiani,Santerami, Turris Græcæ Dominus ac Baro.

8 Antonius I.Carafa,Fabritij primi filius, Comes Rubrorum, Marignanellæ ac Turris Græcæ Dominus,& Baro.

9 Fabritius II.Carafa,Antonij primi filius,Comes Rubrorum,atq; Andriæ Dux, qui hanc Ciuitatem ſibi & poſteris coemit, vt primus familię ſurculus in ętates conſequentes maiore quàm ſola Comitis gloria propagaretur.

10 Ant.II.Car. Fabritij II. filius, Comes Rubr.Dux Andriæ.

11 Fabr.III. Car. Ant.II.filius, Comes Rubr.& Dux Andriæ.

12 Ant.III. Car.Fabr.III. filius, Comes Rubr.& Dux Andriæ.

13 Fabr.IV. Car.Ant.III. filius,Comes Rubr.& Dux Andriæ.

14 Ant.IV. Car. Fabritij IV. filius, Comes Rubr.& Dux Andriæ.

15 Ioannes Vincentius Carafa, alter Fabritij I.filius,Archiepiſcopus Neapolitanus,& S.R.E.Cardinalis,electus à Clemente VII.ipſo initio Pontificatus, hoc eſt, quando cenſetur prima laus noui Principis, optimos eligere.

16 Ioann.Thomas Car.Ant. Primi alter filius,Marchio Santerami.

17 Ioann.Franc.Carafa,Ioannis Thomæ filius,Marchio Sāterami.

18 Carolus Car.Ioannis Thomæ alter filius,& Marchio.

19 Franc.

Digitized by Google

19 Franc.Car.Antonij primi tertius filius,Archiepiſc.Neap.

20 Franc.Car.alter filius Fabritij II.Marchio Bitetti.

21 Antonius Carafa,Franciſci filius,Marchio Bitetti.

22 Fabritius Carafa,Franciſci alter filius,Epiſcopus Bitonti.

23 Vincentius Carafa,tertius Fabritij II.filius, Eques Ieroſolymitanus,& in eius militiæ illuſtri Ordine magnus Prior Hungariæ,& Prior item Capuæ.Fuit quoque Chiliarcha Philippi II.in bello Luſitanico,famamque ſtrenui militis ſibi comparauerat tum ob defenſam aduerſus Thraces eorumque claſſem Melitenſium Inſulam, tum ob felices alias expeditiones aduerſus eoſdem Thraces terra marique.Fuit inſuper primus in ſupremo Regis Conſilio, & tandem Ciurliani Comes obijt.

II.

1 Thomas I.Carafa ſecundogenitus Antonij Magni.

2 Malitia Carafa,primogenitus Thomæ primi.

3 Thomas II.Carafa,Malitiæ primogenitus,Præfectus rei tormentariæ regnante Ferdinando Iuniore.

4 Ioannes Bernardinus Carafa,Thomæ II.primogenitus.

5 Ioannes Baptiſta Carafa,Ioannis Bernardini filius.

6 Iulius Cæſar Carafa,Ioannis Baptiſtæ filius,Epiſc.Oſtuni.

7 Antonius I.Carafa,Thomæ II.alter filius,Epiſc.Venafri.

8 Rinaldus I.Carafa,Malitiæ ſecundogenitus, armorum vſu & militari gloria inclytus; quod vulnera accepta corpore aduerſo teſtabantur.Is in bello Neapolitano,cùm terni-deni ex Italis,totidem ex Gallis equeſtri prælio certarunt,inter commilites ſuos primus, impetu facto, aduerſarium ſtrauit,præbentemque ſupplices manus perduxit victor in caſtra:hoc egerunt pariter alij, ex virtutis eius æmulatione, atque ad ſuos,parta celebri victoria,inter plauſus iucundiſſimos,remearunt. Sed non erat promptior manu quàm conſilio Rinaldus;cuius vtique fide, prudentiaque,& ſagaci animo,vſi ſemper ſunt Ferdinādus & Federicus Aragonij Reges,in capiendis deliberationibus iuxtà & in eis exequendis:cùm nimirùm eſſet is qui auderet agere, quæcunque agenda ſuaderet.Ideò Ferdinandus Rex ei præmij loco dedit in Calabria oppidum S.Catharinæ cum prouentibus non contemnendis.

9 Hieronymus I.Carafa,filius Rinaldi I.

10 Rinaldus II.Car.Hieronymi I.filius,Marchio Montis-nigri.

11 Hieronymus II.Carafa, Rinaldi II. filius, Marchio Montis-nigri,S.R.I.Princeps,ac Generalis Dux exercitus Regis Catholici: de cuius militari gloria,tum recens fama,tum noſtri huius æui Scriptores tam multa referunt,vt ea velle in compendium cogere, ſit Viri præſtantiam premere iniurioſiùs, quàm ea glorioſiùs ad Poſteritatis inſtructionem exprimere. Ideò erit ſatius de ipſo fateri, rebus ab eo præclarè geſtis

Digitized by Google

peræquè Scriptorum induſtriam,& Lectòrum auiditatem certatim,cum voluptate tamen perpetua,fatigari.

12 Antonius II.Carafa, Rinaldi I. filius,non ſine futuræ magnitudinis præſagio,natus ipſo die ſalutatæ à ſidereo Internuntio Virginis; nam anno pòſt trigeſimo à Pio V.in eiuſdem diei peruigilio ſcriptus inter Auguſtos Patres,& creatus S.R.E. Cardinalis fuit. Hunc honorem deſtinauerat ei pridem Paulus IV. Pontifex gentilis eius: cui Pontifici annum agens ſextum ac decimum Antonius, non à ſecretioribus modò miniſterijs,ſed etiam à potione fuerat.Certè inter arcana chirographa morientis eiuſdem Pontificis nomen Antonij repertum eſt, inſertum nominibus aliorum, quos euehere ille ad Purpuram ſtatuerat: & hoc præmium merebatur iam tum indoles, optimis quà moribus, quà litteris,ſeu Latinis ſeu Græcis,exculta,Magiſtro Gulielmo Sirleto, qui pariter in Cardinales cooptatus eſt.Sed cùm ab obitu Pauli IV. coorta eſſet ingens tempeſtas aduerſus Carafæos;lares paternos Antonius repetēs, otium,non fugam,arripere viſus eſt;agenſque animo Alcedonia, vel inter eas ipſas procellas, euoluere ſacros codices, itemque aliorum lucubrationes ex Graio idiomate reddere Latinè, ſtatim cœpit. Vt proindè huic eius erudito ſeceſſui debeamus tranſlatos Commentarios Theodoreti in Dauidis Pſalmos, explanationeſque aliorum in Moyſis Pentateuchum.Tum verò accidit,vt cùm igne fortuito ad lacunaria & tectum vſque pars ædium Marchionis Montis-nigri, apud quem Fratris filium degebat,conflagraret,ipſe Antonij Magni Anachoretæ haud ſe immeritò geſtare nomen, ſed flammis dominari iuſto fermè miraculo patefecerit.Quippe ſcalis tectum conſcendens, ad vndantem incendij vaporē venit:ac de genu implorans diuinam opem,iconem ceream ſacri Agni, quam habebat ſuſpenſam à pectore, in flammam demiſit, atque incendium omne momento extinxit. Sed & pium pignus dein omninò intactum inter fumantes adhuc cineres reperit; quod ideò Dynaſtæ Montiſ-nigri ſeruant adhuc,& venerantur,ob rei admirandę recordationem. Quin imò alterius ignis,qui animos vrit,à ſe imperium haberi, oſtendit iuuenis caſtiſſimus: quando annos agens duos ac vicenos, legenſque in lecto mane pium codicem,lucente lychno, feminam non pulchram minùs quàm procacem,pudicitiæ ſuæ inſidiantem, clamore primùm (ſi famulos potuiſſet ianua per fraudem occluſa peſſulo admittere) mox deſperatis auxilijs,ad normam D.Thomæ Aquinatis, quem ſemper coluerat,batillo prunis ardentibus referto, & in eius vultum ac ſinum coniecto,glorioſè ab ſe,pudicitia incolumi, abire coegit. Dignus enimuerò, cuius natalem diem,feliciùs quouis albo calculo,ipſa Virginalia Magnę Deiparę ſignauerint;& quem,congruè ad teſſeram Familię,quodammodò impreſſerint alia teſſera,pariter rubenti candidaque Pudoris & Caſtita-

ſtitatis. Cum his itaque virtutibus conſcriptus inter Cardinales Diaconos S.R.E.à Pio V.ſanctiſſimo Pontifice,in omnibus Europæ prouincijs audiuit bonarum quarumuis & ſacrarum Litterarum Cuſtos; Litteratorum verò Patronus,ac Mæcenas. Præfuit Bibliothecæ Vaticanæ: illamque auxit,tum libris vndique conquiſitis, tum nouis Commentarijs,nouiſque Operibus. Ea fuerunt Caſſiani ſcripta, expurgata atque illuſtrata;Epiſtolæ Summorum Pontificum, ſanctorumque Patrum Concilia à mendis vindicata; atque adeò Biblia ſacra, exacta ad fidem Codicum vetuſtiſſimorum.His deditus occupationibus, quaſcunque temporis fallendi artes oderat tantoperè,vt diceret ſubindè,Magnos Viros, præſertim Eccleſiaſticos,ijs animum amittere,non remittere.Ceterùm ipſe horum ſtudiorum laborumque fructum percipiebat prorſus diſſimilem; nempe ſanam conſcientiam, & ægram valetudinem: ex qua maturiùs deceſſit,hoc eſt anno ætatis tertio & quinquageſimo. Vti verò maximè obſequens pauperibus fuerat; memorabili exemplo Alumnos Collegij Maronitarum,quorum fuerat Patronus,ſcripſit facultatum ſuarum heredes: vt ijs auxilijs reduces in Patriam ibi Religionem Catholicam certiùs propagarent; poſtquam in Vrbe Roma ſimul eruditionem, ſimul veram pietatem,didiciſſent.

13 Troilus Carafa,tertius filius Malitiæ,Epiſc.Rauelli.

14 Baordus I.Carafa,Thomæ I.ſecundogenitus,Comes Troiæ.

15 Ioannes Aloyſius Carafa,Baordi I.filius,Troiæ Comes.

16 Baordus II.Carafa,Ioannis Aloyſij filius,Moliſij Comes.

17 Albericus I. Carafa, Thomæ I. filius, tertiogenitus, ab intimis conſilijs Ferdinandi I.Regis,Comes Marilliani,atque Ariani Dux: quē Ducis titulum primus adeptus eſt è ſtirpe Carafæorum.

18 Ioannes Franciſcus Carafa, primogenitus Alberici I.Marilliani Comes, Arianique Dux.

19 Albericus II.Carafa,primogenitus Ioannis Franciſci Marilliani,atque Ariani Dux.

20 Franciſcus Car.Alber.II.filius,Comes Marill.atq;Ariani Dux.

21 Bernardinus Carafa,alter filius Alberici I.Theati Epiſcopus, & Patriarcha Alexandrinus.

22 Alphonſus Carafa, filius item Alberici I. Epiſcopus Nuceriæ, atque Antiochenus Patriarcha.

23 Sigiſmundus I.Car. etiā ipſe filius Alber.I.Comes Mōtis Calui.

24 Ioannes Franc.Car.filius Sigiſmundi I.Comes Montis Calui.

25 Sigiſmundus II.Car.filius Ioann.Franc.Comes Montis Calui.

26 Ioannes Baptiſta I. Carafa,alter filius Ioannis Franciſci & Mōtis Calui Comes.

27 Ioann.Franc.II. Car.filius Ioann. Bapt.I.Comes Montis Calui.

Digitized by Google

28 Ioann.Bapt.II.Car.filius Ioann.Franc.II.Comes Montis Calui.

29 Hieronymus Carafa, alter filius Ioannis Baptiſtæ I. ac Sepini Dominus,& Baro.

30 Franc.II.Car.Hyeron.I. filius,Sepini Princ.ac Binetti Marchio.

31 Fabius I.Car.filius Ioann.Franc.II.Comitis Montis Calui.

32 Franc.Car.Fabij I.filius,Dux Campi læti.

33 Fabius II.Car.filius Franciſci,Dux Campi læti.

34 Carolus Car.tertius filius Ioann.Franc.Epiſc.Boiani.

35 Ioannes Baptiſta Carafa,vltimus filius Alberici I.Ordinis Melitenſis Eques,& ſupremus Thalaſſiarcha,functuſque etiam Legatione Ordinis ſui ad Cæſarem.

36 Vinc.Car.alter filius Ioann.Franc.I.Ducis Ariani.

37 Hieronymus II.Car.filius Vincentij.

38 Diomedes I. Car. Hieronymi II. filius, Dux Gerſæ Maioris, & Regni Quæſtor ſupremus.

39 Hieronymus III.Carafa,Diomedis I.filius,Gerſæ Maioris Dux, & Regni ſupremus Quæſtor.

40 Diomedes II. Carafa, filius Ioannis Franciſci I. Ducis Ariani, Epiſcopus Ariani, S.R.E. Cardinalis,ea fama integritatis ac virtutum maximarum,vt Populus Romanus,dùm proturbaret in tumultu omnia monumenta Carafæorum,eaque vbique comminueret,ipſius ſolius inſignia,ſtatuamque ſeruauerit; vſque adeò ſæpenumerò fit, vt non Virtus modò, ſed ſimulacra Virtutis etiam amorem promereantur. Summam animi moderationem profeſſus eſt Symbolo ſtateræ,cum ea Epigraphe, *Moderata durant.* Sepultus verò in Eccleſia ſanctorum Silueſtri & Martini,cuius titulum habuerat,& quam ære ſuo ornauerat,hoc ibi Epitaphio decoratur:

Cùm pietas,cùm vera fides,cùm conſcia recti
Mens, cùm Religio, cura, timorque Dei,
Cæleſtem poſſint animis promittere vitam;
Hanc Superos inter nunc Diomedes habet.

Meruit prætereà in eodem templo à Patribus Carmelitis, inſcriptum hoc nobile,ſeu grati animi eorum,ſeu liberalitatis propriç,monumentū. *Diomedi Carafio Presb. Cardin. Arianenſi, tt.huius Eccleſiæ, Viro moribus, virtute,doctrina ac ſanctimonia exculto, ſacrarum Aedium reſtauratori religioſiſſimo,qui hoc Templum deformatum,in meliorem faciem,quàm dudum fuerat, reduxit; Fratres Carmelitæ ex Eliſei ſchola oriundi, ob inſtauratam ſui Cænobij partem infimo horto contiguam,nec non ob ſarta detrimenta,quæ illis ex teſtamento donauit,ad nominis perpetuitatem, ad integritatis & honoris virtutiſque fidem, eius illuſtrium Carafiæ & Vrſinæ Familiæ inſignia, & hunc inſculptum lapidē, plurimis effuſis lacrymis,conſtituerunt: atque vt indè poſteri Carmelitæ,dum agnouerint*

uerint

Digitized by Google

uerint quàm de inſtituto Carmelitico optimus ille Pater fuerit benemeritus, non obliuiſcantur quæ debent; debent autem ſingula (ita loquuntur) ſeptimana Miſsā funebrem, & quotannis prid. Id. Auguſti, ſupremi illius diei exequias repetere ac iterare. M.D.LXI. die XIV. Octobris.

III.

1 Antonius I.Carafa, filius tertiogenitus Antonij Magni, Ferdinādo I.Regi teſtatus fidem ſuam, domi foriſque, partim ex Virtutis huius merito, partim ex pretij repręſentatione ſibi poſteriſque adeptus eſt Arcem Montis Draconis, cùm ea priuatus fuiſſet Princeps Roſſani, reus perduellionis.

2 Aloyſius I.Carafa, filius Antonij I.Comes Aliani, Montis Draconis Dominus ac Baro.

3 Antonius II.Carafa, primogenitus Aloyſij primi, carus Regi Federico, & ab eo primùm Comes Montis Draconis appellatus. Cùm verò ditiones alias acquirens, eſſet inſuper Aliani Comes ex materna hereditate, obtinuit à Cæſare titulum Ducis Montis Draconis. Sed & biēnio pòſt, ne deberet Duci Ariani cedere in certamine honoris, nuncupatus eſt Princeps Stiliani, quod oppidum continebatur in Aliani Comitatu.

4 Aloyſius II.Carafa, Antonij II. primogenitus, Princeps Stiliani, Montis Draconis Dux; Aliani, Theani, & Carinolæ Comes; Vir omni apparatu magnæ fortunæ proximus Regibus, & Carolo V.Cæſari apprimè gratus. Cuius auguſtæ inaugurationi interfuit Bononiæ ſummo cum familiæ ſplendore. In prælijs deinde pro eodem Carolo V. Cæſare, & pro Philippo II.Catholico Rege, ſtrenuè aliquoties dimicauit.

5 Antonius III.Carafa, Aloyſij II.filius, Stiliani Princeps, Dux Mōtis Draconis, Comes Aliani, Comes Theani, Comes Fundi, Comes Carinolæ, &c.

6 Aloyſius III. Carafa, filius Antonij III. Princeps Stiliani, Dux Montis Draconis, Dux Sabionetæ, Dux Traiecti, Comes Aliani, Comes Fundi, Comes Carinolæ, &c. Eques Velleris Aurei, vnus ex Magnatibus Hiſpaniæ, & S.R.I.Princeps.

7 Antonius IV. Carafa, filius Aloyſij III. Princeps Stiliani, Dux Montis Draconis, Dux Sabionetæ, Dux Traiecti, Comes Aliani, Fundi, Carinolæ, &c. ex Magnatibus Hiſpaniæ, & S.R.I.Princeps.

8 Ioſephus Carafa, Antonij IV. filius, Stiliani Princeps, Montis Draconis, Sabionetæ, Traiecti Dux; Aliani, Fundi, Carinolæ Comes, &c. vnuſque ex S.R.I. Principibus, & ex Magnatibus Hiſpaniæ; qui excedens è viuis, cùm nondùm exceſſiſſet è pueris, Annæ ſorori dotem maximè opulentam, hoc eſt, enumeratas eas amplas ditiones, ad primas Italiæ nuptias reliquit.

9 Ioan-

9 Ioannes Vincentius Carafa,alter filius Aloyſij I.

10 Octauianus Car. filius Ioan. Vincentij,ac Baro Gerſæ Minoris.

11 Eligius Car.filius Octauiani,ac Baro Gerſæ Minoris.

12 Ioannes Bapt.Car.Eligij filius,ac Minoris Gerſæ Dux.

13 Decius Carafa,Octauiani alter filius,primùm Damaſcenus,poſteà Neapolitanus Archiepiſcopus,Sedis Apoſtolicæ Legatus ad Hiſpanum Regem,S.R.E.Cardinalis,& Vir morum Grauitate, Pietate, Religione,Conſtantiaque in defendenda immunitate ac iuriſdictione Eccleſiaſtica paucis ſecundus.

14 Federicus I.Carafa,vnus ex filijs Aloyſij I.Marchio ſancti Lucidi,oppidorumque aliorum Dominus ac Baro.

15 Ferdinandus I.Car.filius Federici I.Marchio ſancti Lucidi.

16 Federicus II.Car. Ferdinandi I.filius,ſancti Lucidi Marchio.

17 Ferdinandus II.Car.filius Federici II.Marchio ſancti Lucidi.

18 Marius Carafa,Federici I.alter filius, Archiepiſcopus Neapolitanus,Vir honeſti perſtudioſus,& grauitatis retinentiſſimus.

19 Fabius I.Carafa,Antonij II.filius,Dux Matalunij ex dote vxoris Hieronymæ Carafæ,quæ erat illius ditionis heres.

20 Lælius Car.primog.Fabij I.Arentij Marchio.

21 Martius I.Carafa,Fabij I.alter filius,ex Hieronymæ Carafæ matris hereditate Dux Matalunij, ex Lelij fratris verò altera hereditate Marchio Arentij,& Cerreti Comes.

22 Diomedes I.Carafa,Martij I.filius, Dux Matalunij,Arentij Marchio,Cerreti Comes.

23 Martius II. Carafa, Diomedis I. filius, Dux Matalunij, Arentij Marchio, Cerreti Comes.

24 Diomedes II. Carafa, Martij II.filius, Dux Matalunij, Marchio Arentij,Comes Cerreti.

25 Fabius II.Carafa,Diomedis I.alter filius, Colobraræ Princeps, ex vxore Hieronyma Carafa.

26 Hieronymus I. Carafa, Antonij II. perindè filius, Caſtri ſancti Laurentij & Caſtri Noui Dominus ac Baro.

27 Ioannes Antonius Carafa,Hieronymi I.filius,Dux Laurini.

28 Hieronymus II. Car.filius Ioannis Antonij, ac Laurini Dux.

29 Iulius Carafa,Antonij II.pariter filius.

30 Franc.Car.Iulij filius, Marchio Pulignani.

31 Antonius III.Car.filius Franc.& Pulignani Marchio.

32 Scipio Car.filius poſtremus Antonij II.Morconi Comes.

33 Antonius IV.Carafa,Scipionis filius,Quaratæ Marchio.

IV.V.

Digitized by Google

IV. V.

1 Gurellus I.Carafa,quartus Antonij Magni filius,pluriumin Calabria oppidorum Baro.

2 Ioannes Baptiſta Carafa, quintus Antonij Magni filius, inter Equites Ieroſolymitanos Vir illuſtris.

3 Galeottus Carafa,primogenitus Gurelli I.ea ornatus generis & morum elegantia,vt ſponſam obtinuerit,connubio felici, Victoriam Cãtelmam,duarum Reginarum conſanguinitate, & in arcto quidem gradu, inclytam Heroinam. Conſobrina enim erat Iſabellæ, nuptæ Federico Regi,ac ſimul neptis alterius Iſabellæ, quæ nupſerat Regi Ferdinando. Ideò Rex Federicus, qui Primores Regni cõpellabat ſolùm titulo *Magnificis* de Galeotto Carafa in diplomate Regio, quod exſtat hodieque ita loquitur: *Federicus Dei Gratia, Rex Siciliæ, Ieruſalem, &c. Cùm Illuſtris Eques Galeottus Carafa de Neapoli, Sereniſſimæ Reginæ Conſortis noſtræ cariſſimæ Cognatus Conſobrinus, & noſter amantiſſimus Camerarius, & Conſiliarius fidelis dilectiſſimus, ab ineunte ætate Sereniſſimo Domino noſtro ita integrè, conſtanter, fideliter ſeruiuerit, vt nec fides maior, ſtudium, integritas, conſtantia, nec ſedulitas in agendo, nec vlla alia virtus in eo ſeruitio deſiderari aut optari potuerit: idẽ ſuperioribus annis, ſuperato Regno noſtro Siciliæ à Gallorum Rege, vt fidem ſuam oſtentaret, quam ſemper inconcuſſam Sereniſſimæ Domui noſtræ præſtiterat, perditis pro ea ſeruanda ſtatibus ſuis, ac omnibus facultatibus, &c.* Proſequitur dein Rex alia Galeotti merita; & propterea quòd ditiones patrimonij proprij vendiderat ſponte, vt ei ſuppeditaret neruum belli, dum Carolus Octauus ex Gallia copias militares per viſcera Italiæ in Campaniam traduceret, cõtulit ipſi ac poſteris magnum & pulcherrimum Terræ nouæ Comitatum. Superſunt quoque aliquot Epiſtolæ, exaratæ chirographo Iſabellæ Reginæ ad Victoriam Cantelmam, coniugem Galeotti, in quibus *illuſtrem, excellentiſſimam, & cumprimis caram atq; dilectam ſororem* eam vocat. Haud diu tamen Galeottus Terræ-nouæ Comes fuit. Nam Federicus mox pulſus eſt Regno; & ideò ea ditio, vti præmium rei benè geſtæ, conceſſa eſt Conſaluo Magno Duci. Proinde obijt fidei conſtantia erga Regem affinem, quàm gloria patrimonij clarior; niſi quòd ingens gloria fuerit, ita patrimonium perdidiſſe.

4 Berlingerius Carafa, Gurelli I. alter filius, adeò ſibi demeruerat animum Regis Federici, vt ab eo creatus ſit Præfectus ſupremus Aulæ; etſi erat ſuperſtes Comes Potentiæ, qui Aulam trium Regum anteceſſorum rexerat: fuit aliquot oppidorum Dominus ac Baro, ſed liberis maſculis omnino caruit.

5 Gurellus II.Carafa, Galeotti primogenitus, ex matris Victoriæ Cantelmæ præſtantia, vel in re anguſta parentis, educatus tamquam in opulenta & propemodùm Regia Domo, etſi Comes Terræ-nouæ non

fuit,

fuit, quam ditionem à Conſaluo Magno Duce Catholicus Rex noluit repetere;Suriani Comes ſaltem appellatus ab eodem Rege, ob famam in primis atque Virtutem Victoriæ Cantelmæ fuit: quam vtique neptẽ Iſabella Regina, Ferdinandi I. Regis vidua, Regi Catholico fratri ſuo admodùm impensè commendarat.

6 Tiberius I.Carafa,Galeotti alter filius,obeunte ſine liberis Gurello II. Suriani Comes, ac inſuper Dux Catanzaræ; poſteaque,reſciſſo huius vrbis emptæ à Carolo V.Cæſare contractu,Dux Nuceriæ: quem Titulum ab Imperatore,propter fida in eum obſequia,promeruit.

7 Ferdinandus I.Car.Tiberij filius,Suriani Comes Dux Nuceriæ.

8 Alphonſus Car.filius Ferdinãdi I.Comes Suriani,Dux Nuceriç.

9 Ferdinandus II. Carafa, Alphonſi filius, Comes Suriani, Dux Nuceriæ; qui cum ſplendore familiæ propemodum Regiæ Neapoli vixit;ita vt Viri plurimi ex prima Nobilitate limen ædium eius frequentarent,egreſſibus adhæreſcerent,ac ſtiparent ſemper latus eius;eſſent verò inter illius Ephebos honorarios ingenui nobileſque Adoleſcentes, & ex ijs nonnulli Crucibus militarium Ordinum inſigniti. Quæ res prouocare inuidiam potuiſſet,niſi eam ille fortunis,opibus,potentiaque,& in primis magnitudine animi ſuperaſſet. Fuit quoque Litteratorum hominum Patronus ac Mæcenas,& aliquos eorum magni nominis perquã liberaliter domi aluit.

10 Franciſcus Maria Carafa,Ferdinandi II. filius,Suriani Comes, Dux Nuceriæ,Vir omnibus elegantijs morum excultus,qui in prima iuuentute Prouincias Europæ omnes peregrinabundus luſtrauit, ac ſicuti Homerus de Vlyſſe ſcripſit,

Qui mores hominum multorum vidit & Vrbes:

vt nimirum ſummam prudentiam vndique ſibi compararet, diueſque artibus animi,ita rediret;quò deinde Militiæ dans nomen (in qua iam Regi Catholico meret Supremus Magiſter Equitum) conſilio Vlyſſes, manu Aiax aut Achilles appareret. Religio etiam defenſa vſque ad vulnera & ſanguinem ab eo fuit;dum Argentinæ pro ea ſtricto gladio aduerſus ſectarios plurimos, armatos haſtis oblongis & hæreſi pertinaci, ſtetit non ſine quodam miraculo fortitudinis, atque auitam fidem vulnerum cruore conſignauit.

11 Franciſcus Carafa,Franciſci Mariæ filius,Suriani Comes, Dux Nuceriæ, qui pulcherrimè in Parentis veſtigia ſtimulis gloriæ magnis, tum à virtute,tum à natiua indole,incitatur.

12 Pompeius Carafa,alter Alphonſi filius,Noyæ Dux.

13 Ioannes Carafa,filius Pompeij,& Dux Noyæ.

14 Tiberius Carafa, Ferdinandi I. alter filius, Paulo IV. Pontifici affini ſuo percharus fuit, & ad Purpuram ab eo deſignabatur, quam in-
dolcs

Digitized by Google

doles & grauitas morum, & dexteritas ſpectata in negotijs pluribus, merebantur; niſi maluiſſet eius Aulæ nuntium remittere, ne videretur particeps conſiliorum, quibus ab eo Pontifice indicebatur bellum Philippo Regi. Rex ideò muneraturus nobilem eius fidem, Potentiæ primùm, ac dein Caſſani Antiſtitem eum creauit.

15 Petrus Aloyſius Carafa, Galeotti tertius filius, Magnus Præſes Equitum ſancti Lazari, quæ nunc dignitas eſt penes Allobrogum Duces.

16 Diomedes Carafa, quartus Galeotti filius, Eques Ordinis ſancti Iacobi, & ex ingenij elegantiſſimi commendatione charus in paucis Carolo V. Cæſari; cui & Philippo Regi aliquoties, conſcripto ſuis ſtipendijs milite, dimicauit: ſed & in ludis atque ſpectaculis, omni apparatu pompæ, ac vibrandæ haſtæ ſeu feriundi Saraceni arte primos ſemper plauſus & prima præmia referebat. Ipſe Carolus Cæſar cum eo interdum ludis publicis lancea vel acinace decertauit: accidit verò aliquando lepidè, vt debilitata manu, dum ſe armis ambo repercuterent, Cæſar ex eo laxamẽti genere ad ſeria Imperij negotia redierit, & vt non ita multò pòſt Diomedes reſcriptum gratiæ ab eo petierit. Qui tamen excuſauit ioco manũ in certamine ab ipſo aduerſario læſam, quaſi ſtringere ſtylum nequiret, cauſa obſignandi quod petebatur. Nimirum has Nobilium artes coluerat in omni ætate, ſpectaculaque & munera ludorum exhibuerat impenſis magnis Neapoli; dum ibi duæ Reginæ, altera Regis Ferdinandi Senioris coniux, altera huius filia, & coniux Ferdinandi Iunioris, cum ipſa Mediolanenſi Duce morabantur. His enim Regijs Matronis certatim Proceres Regni, modò dramatum oblectamenta, modò ſimulacra præliorum, modò concentus muſicos offerebant. Cùm eſſet prætereà Diomedes prudentia & conſilio maximus, bello Neapolitano peracto miſſus eſt Orator ad Regem, & tunc Patriæ fidem ſuam, dotibus alijs præſtantis animi conſentaneam, ſatis affatim patefecit. Quinque habuit liberos: primum quidem Cæſarem Carafam, qui vnicam filiam ex coniuge ſuſcepit, nuptam deinde Comiti ſanctæ Seuerinæ, Gentili ſuo. Neapoli Venetias conceſſit, & Chiliarcha, diu Reipublicæ ſtipendia fecit, poſtmodum ſeceſſit Muranum, & ibi vixit in re tranquilla: eaque fuit exiſtimatio de ipſius ſingulari & antiqua prudentia, vt Senatores plurimi, etſi externis viris raròarcana communicant, lintribus ipſum adirent, cõſulerentque, veluti Oraculum Politicæ gubernationis. Eadem exiſtimatio fuit de illo apud Hiſpaniarum Regem, & apud Regem Poloniæ, qui datis amicis litteris ſuum Affinem in eis ipſum appellabat. Horum ideò Regum, ac pariter Magni Ducis Hetruriæ, Duciſque Mantuani Oratores iubebantur cum ipſo, de rebus quibuſque arduis, cõſultare, priuſquã de eiſdem in Senatu Veneto agerent. Quin imò ipſe Aquileenſis Patriarcha, Vir ea ætatæ primæ ſapientiæ, Venerabileſque alij Antiſtites

Eccleſiæ, cum eo idemtidem conferebant. Nam religioſo ſimul animo erat, atque idcircò introduxit Venetias S. Franciſci de Paula Familiam; quam item magna ex parte facultatum ſuarum heredem ſcripſit. Diomedis alter filius fuit Franciſcus Carafa, qui cælebs vixit, & fuit Quæſtor ſupremus Regni. Tertius Diomedis filius fuit Ferdinandus Carafa, etiā ipſe cælebs, & caſtitatis amantiſſimus, ſicut & diſciplinarum pulcherrimarum; quas vnicè coluit. Idem in negotijs publicis fidem domi, foris verò ſtrenuam operam Patriæ ac Religioni nauauit. Interfuit Claſſi Catholicæ ad Naupactum, & apprehenſo vtraque manu ingenti gladio, in vnam hoſtium Triremem, grandi bellicæ virtutis exemplo, inſilijt; eaque potitus, cùm prædam omnem aliam ſectarentur auidè commilitones, qui ipſo Duce atque auſpice vicerant, pro ſe nihil ſepoſuit aut reportauit, præter Codices nonnullos, Turcico idiomate exaratos; dignus enimuerò Mineruæ Alumnus, paciſque & belli artibus ex æquo inclytus; atque hi Codices ſeruantur adhuc in familia, vti clarum ac certum huius geminæ virtutis eius monumentum. Quartus filius Diomedis fuit Fabius Carafa; qui in ætatis flore ac robore obijt, cùm dedicaſſet Clero atque Eccleſiæ mores ſuos, & ſancti Angeli ſæcularis Abbas eſſet.

17 Octauius I. Carafa, quintus inter Diomedis filios, ſed felicitate & ſucceſſione nulli eorum poſtremus. Adoptatus enim ab amita filius atque heres, & compos patrimonij admodùm copioſi, aliquot oppida coemit. Philippus II. autem Rex Catholicus, ne ijſdem oppidis abſque tituli honore potiretur, ob Diomedis Parentis merita, eum Antij Marchionem ſalutauit. Vxorem habuit ſtirpis Carafææ, ex Comitibus Polycaſtri; tantæque fuit auctoritatis Neapoli, vt Nobilibus iuxtà & Plebi apprimè charus eſſet. Notabile illud viſum eſt, cùm oborto ingenti tumultu populus ædes Nobilium diriperet, popularetque, patuiſſe nihilominùs veſtibulum ædium eius, nec ciues prædabundos, atque ad iniuriā pronos, quidquam intuliſſe damni, tametſi valuas ædium aliarum cæco furore perfringerent: tam fida cuſtodia fuit, quam ei amor & beneuolētia publica poſuerunt.

18 Franciſcus Carafa, Octauij I. primogenitus, Antij Marchio, & Dux Cerciæ, Vir tum Neapoli tum Romæ ſplendore familiæ, & ſui generis gloria ſumptuoſus; ſimulq; comis & ad promerendū amorē factus.

19 Octauius II. Carafa, Franciſci filius, Antij Marchio, & ex æquo heres opum ac laudum paternarum.

20 Carolus Carafa, Octauij II. filius, Antij Marchio, perindè ſuorum Auorum gloriam æmulaturus.

21 Diomedes Carafa, Octauij I. alter filius, Epiſcopus Tricaricenſis, Vir ingenij cultiſſimi, ac ſingulariter pius; qui dum prima ei decora & munia ſimul Virtus depoſceret, ſimul Pontifex deſtinaret, obijt Romæ,

Digitized by Google

mæ, correptus morbo, cùm veniſſet ad Apoſtolorum limina, mortemque adijt otium animæ, ac limen æternitatis. Vt paratas verò & ſitas apud ianuam cæli exuuias corporis haberet, in ſacra æde Virginis Deiparæ, cui à Montibus eſt cognomentum, & quam obſequentiſſimè coluerat, voluit ſepeliri. Huic verò fratri, & in Epiſcopatu anteceſſori, Petrus Aloyſius Carafa, Epiſcopus Tricaricenſis, dum erat in Apoſtolica Legatione, nuſquam abſens à pietate erga ſuos, tumulum poſuit.

22 Tiberius Carafa, item filius Octauij I. ex gemino & felici ab omni parte connubio, ſi ſola fecunditas adfuiſſet, primùm Biſiniani, mox etiam Scyllæ Princeps, Dux ſancti Marci, Comes Clarimontis, Altimontis, Tricarici, Sinopolis, & Nicoteræ, Velleris aurei Eques, & vnus ex Magnatibus Hiſpaniæ. Moribus eſt nobiliſſimis; eſt pietate & comitate ſingulari. Præſtitit verò Hiſpano Regi, in difficillimis temporibus, obſequia Neapoli maxima; eaque licuit alijs, etiam typis publicis, abſque inuidiæ metu (qua ipſe maior & excelſior eſt) commemorare. Dicerẽ, qua ſit Neapoli gratia & auctoritate apud omnium ordinum homines: nec ſilerem etiam, quam de ſe Madriti Regia vrbe, Romæ verò in ea Nationum & Orbis Chriſtiani Curia, excitauerit admirationem, tum ſplendore atque apparatu familiæ, tum præcipuè ſuimet ac ſuarum virtutum pompa. Sed cùm hæc prolixiorem narrationem iure ſuo flagitent, mihi volupe interim erit compendio ſaltem vti, & inſtar laudum multarũ, familiæ vniuerſę decus, ac Regni totius delicias, iteratò eũ nominare.

23 Petrus Aloyſius Carafa, Octauij primi perindè filius, Philoſophiæ ac ſacræ Theologiæ, Humani Diuinique Iuris Laurea inornatus, ſancti Andreæ Abbas. Hic tribus Summis Pontificibus fidem ac præſtantiam animi ſui patefecit obſequijs non tacendis: etenim Paulo V. ſexennium, in ditione Ferrarienſi Prolegatus, Gregorio XV. & Vrbano VIII. fermè biennium, in præfectura Firmani Principatus, & iam ſoli Vrbano VIII. decennium, in Legatione ad tractum Rheni, & ad Prouincias inferioris Germaniæ ſeruiuit, Epiſcopus Eccleſiæ Tricaricenſis ab eodem creatus. Colonię primùm, Vrbe celebri, ab originis gloria, & à fama inſuper ſanctitatis, dein Leodij, ciuitate inſigni à Cleri ſplendore, & à Religionis Romanæ conſtanti profeſſione, ita vixit, vt perennitas famæ ſimul atque amoris conſecutura ſit abitum eius. Neque mirum id videatur, quia Vir eſt integerrimus, commodiſſimis moribus, & maximè pius; meritorum verò quàm honorũ ſtudioſiſſimus, & qui, dum conſcientiæ ſoli placet, vel ideò ſemper omnibus placuit. *Huic S.R.E. Cardinali, nos, in Vrbe, Immaculatæ Conceptionis Scapularium impoſuimus.*

24 Carolus Carafa, pariter Octauij I. filius, in Religioſiſſimam ſancti Dominici familiam tranſſcriptus, ac Thomas appellatus, ad huius nominis Angelici præſtantiam, ingenti memoria, ingenio acerrimo, & ſacræ Eloquentiæ miraculo acceſſit admodùm: & tamen in ætatis flore

obijt, breue ſuorum decus pariter ac diuturnum eorum deſiderium.

Pauli IV. ramus hic ſequitur, quem in ſequenti Diſquiſitione afferemus.

VII. VIII. IX.

1 Carolus Carafa, primogenitus Andreæ Magni, agmen alterum ducens Carafæorum à Spina, fuit Dominus Foroliuij, & Baro præterea plurium aliorum oppidorum, quibus donatus eſt tum à Carolo III. Rege, tum ab eius filio Rege Vladiſlao: nam vtrique Regi ab intimis obſequijs fuerat.

2 Adrianus I. Carafa, Caroli filius, & Foroliuij Baro.

3 Bartholomæus I. Car. filius Adriani primi, & Foroliuij Baro.

4 Adrianus II. Car. filius Bartholomæi primi, & Foroliuij Baro.

5 Ioannes Ant. I. Car. filius Adriani ſecundi, & Foroliuij Baro.

6 Ioan. Ant. II. Car. alterius cognominis filius, ac Dux Foroliuij.

7 Adrianus III. Car. Ioan. Ant. II. filius, Dux Foroliuij.

8 Bartholomæus Carafa, alter filius Andreæ Magni, Eques Ieroſolymitanus, & eius Militiæ Magnus Prior in Vrbe Roma; atque adeò eiuſdem Vrbis Romæ Senator; quæ tunc dignitas plerumque Regibus concedebatur.

9 Iacobus I. Carafa, filius quoque Andreæ Magni, Rupellæ, aliorumque oppidorum Dominus, & Baro.

10 Onuphrius Car. Iacobi I. filius, Rupellæ Dom. ac Baro.

11 Iacobus II. Carafa, filius Onuphrij, Baro Rupellæ, ac Generalis Dux Regis Ferdinandi.

12 Vincentius Carafa, Iacobi II. filius, Comes Grotteriæ, Rupellæ Dominus ac Baro.

13 Ioannes Bapt. Car. Vincentij filius, Marchio Caſtelli Veteris, Comes Grotteriæ, Baro Rupellæ.

14 Hieronymus I. Car. Ioãnis Baptiſtæ filius, Marchio Caſtelli Veteris, Grotteriæ Comes, Rupellæ Baro.

15 Fabritius I. Carafa, Hieronymi I. filius, Princeps Rupellæ, Rapolæ Dux, Marchio Caſtelli Veteris, Eques Velleris aurei, & S. R. I. Princeps.

16 Hieronymus II. Carafa, Fabritij I. filius, Rupellæ Princeps, & Caſtelli Veteris Marchio.

17 Fabritius II. Carafa, Hieronymi II. filius, Rupellæ Princeps, Marchio Caſtelli Veteris.

18 Carolus Carafa, Fabritij I. alter filius, Vir nobiliſſimis moribus, Epiſcopus Auerſæ, & duorum Summorum Pontificum, Gregorij XV. ac Vrbani VIII. ad Ferdinandum II. Cæſarem, cum poteſtate Legati à Latere, Nuntius.

19 Vincent. Car. Fabritij I. perindè filius, Dux Borcellani.

20 Ioan-

20 Ioannes Carafa, Iacobi II. Rupellæ Baronis filius: is prudentia ſingulari præditus, & gnarus rei bellicæ, vti erat propterea in æſtimatione præcipua apud Regem Ferdinandum II. ita electus ab eodem Rege fuit, vt dum vrgebat belli extrema neceſſitas, duceret Claſſem Venetorum. Hæc verò ſociorum auxilia ita prouidè adminiſtrauit, vt fateri Rex debuerit, ſe ipſius opera in primis recuperaſſe Regnum, quo exutus à Carolo VIII. Rege Gallorum fuerat. Itaque ob rem benè geſtam meruit à Rege, cum appellatione Comitis, vrbem Polycaſtrum. Eumdem Ioannem Federicus alter Rex Oratorem in Pannoniam, ad illius Regni Proceres, miſit. Denique Carolus V. Cæſar, cui erat ab intimis Conſilijs, prouentus maiores pendi eidem quotannis, de ipſo Regni ærario, mandauit.

21 Petrus Antonius I. Carafa, Ioannis filius, Comes Polycaſtri, Vir fuit magni etiam ipſe conſilij; vnuſque è ſecretiori Regis ac Regni Senatu, prudentiæ ſuæ aliquoties oracula in eo diſpenſauit.

22 Ioannes Bapt. Car. Petri Antonij I. filius, Comes Polycaſtri.

23 Petrus Antonius II. Carafa, Ioannis Baptiſtæ primogenitus, Comes Polycaſtri.

24 Federicus Carafa, Ioannis Baptiſtæ ſecundogenitus, &, ex Petri Antonij fratris obitu ſine liberis, Comes Polycaſtri.

25 Lælius Carafa, filius Federici primogenitus Comes, Polycaſtri.

26 Fabritius Carafa, filius ſecundogenitus Federici, cùm ex Lælij obitu ſola ſupereſſet Iulia Carafa, eius filia atque heres, accepta venia connubij à Sede Apoſtolica, eam fratris filiam duxit, ac fuit pariter Comes Polycaſtri.

27 Galeottus I. Car. filius item Andreæ Magni.

28 Andreas II. Carafa, Galeotti I. filius, & Vir pari virtutis, ac generis claritate.

29 Galeottus II. Carafa, filius Andreæ II. cuius fidem fortitudinemque erga proprios Reges domi foriſque, poſt eius vtriuſque virtutis ſpecimen varium in omni ætate, demum hic tumulus, inuidiam non metuens, poſteris refert: *Galeotto Carafæ domi ac militiæ clariſſimo, qui pro Regibus Aragoneis multa fortiter geſſit, vltimoque Ferdinandi Regis I. bello, correptus morbo in Ferentanis iam ſeptuagenarius diem obijt, & Roſatæ Petramalæ mulieri præſtantiſſimæ Andreas Carafa, ſanctæ Seuerinæ Comes, Parentibus optimis poſuit anno M. D. XIII.*

30 Andreas III. Carafa Galeotti II. filius, Ferdinando I. & ſucceſſoribus Regibus, in bello præſertim, tam fidus, vt Federicus Rex ei, cum Comitis titulo, dederit Ciuitatem ſanctæ Seuerinæ. Prudentia quoque ſingulari excelluit; atque adeò, quamdiu Neapoli abfuit Carolus Lanoius Prorex, Gubernacula totius Regni adminiſtrauit: quam Præfecturam eidem confirmauit Carolus V. Cæſar. Is iuxta vrbem Neapolim, in Colle

maxi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

maximarum amœnitatum, exſtruxit propemodùm expẽſis Regijs ſuburbanam domum; & ſparſit in fundamenta eius trecenta numiſmata icone ſui percuſſa: quaſi ex ære domum eamdem fundaret. Ita verò inſcripſit veſtibulum eius: *Andreas Carafa, ſanctæ Seuerinæ Comes, Lucullum imitatus, par illi animo, licet opibus impar, Villam hanc à fundamentis erexit, atque ita ſanxit: ſenes emeriti ea fruuntor, delicati iuuenes & inglorij ab ea arcentor: qui ſecùs faxit, exheres eſto, proximiorque ſuccedito.* Sapienter enimuerò æſtimauit, deliciarum vſum ætati curis & laboribus fractæ parari, vt inter eas demum reſpiret: at ſuum iuuentuti florem eſſe, ſuumque robur; nec debere iuuenes otij honeſti citiùs quàm præclari negotij fructũ carpere inter ignobiles (ſi præproperæ fuerint) Villarum amœnitates.

31 Nicolaus Car. Galeotti II. alter filius.

32 Galeottus III. Car. Nicolai filius, & Andreæ Patrui, qui ſine liberis obijt, heres, ſanctæ Seuerinæ Comes.

33 Andreas IV. Car. filius Galeotti III. Comes ſanctæ Seuerinæ.

34 Veſpaſianus Car. Andreæ IV. filius, & ſanctæ Seuerinæ Comes.

E clariſſima Proſapia, illuſtrium Heroum, ac fortium Virorum parente, prodijt Paulus IV. Anonymus in eius Vita.

DISQVISITIO TERTIA.

Quis nàm fuerit Pauli Auus, & quæ nàm eius, ac ſuæ Gentis, erga Reges ſuos fidelitas, ac præclariſsimè Geſta?

Idem P. Silueſter Petraſancta è Societate Ieſu, ibidem fol. LXV.

5 DIomedes Carafa, filius quidem Antonij Magni natu minimus, ſed ſi opes, ſi gloriam rectè factorum, ſi Regum amorem ſpectes, fratribus alijs omnibus anteferendus. Is Alphonſum Regem, in omnium rerum eius inclinatione, quando nimirum reuocauerat adoptionẽ Regina Ioanna, ſecutus eſt ſemper fide conſtanti. Poſt Reginæ obitum, eidem Regi Neapolim oppugnanti, victoriam, ac Regnum dedit: cum valida enim militum ſtrenuiſſimorum manu, per aquæ-ductum clam peruadens in ipſam Vrbem, propugnatores muri obtruncauit, fixitque ibi Regis Aragonei vexillum; & Ciuitatis territæ, atque à ſe primùm victæ valuas exercitui patefecit. Itaq; ſi Antonius parens conſilio ſuo Regnum cõparauit Alphõſo Regi, id ipsũ Regnũ Diomedes, filius, manu, & virtute ſua, ei redonauit. Ob hæc ingentia merita, creatus eſt Matalunij, ac Cerreti Comes: ſed & auxit ipſius decora Ferdinandus Rex, Alphonſi filius.

Ex

Ex huius ſanctiore Senatu cùm eſſet Diomedes, nunquam Neapoli aberat, quin per literas ſaltem rogaretur ſententiam: tantum verò tribuebat conſilijs eius idem Rex Ferdinandus, vt poſtquam ille in extremo ſenio Aulæ nuncium remiſerat, cõuenerit eum Matalunij, de re grauiſſimi momenti cum ipſo conſultaturus. Supremam Regiæ militiæ præfecturam mereri maluit, quàm adminiſtrare, gnarus fortunam nonnunquam in bellis malè ludere, fortiſſimoſque Duces, euentu, virtuti eorum conſentaneo, fraudare. Saltem emeritus ipſe inſtruxit alios, nec tyrones quoſque, aut gregarios, ſed ipſoſmet Duces, & Reges. Certè Alphõſus iunior, dùm Calabriæ Princeps erat, imperatas à Rege parente bellicas expeditiones nunquam auſpicatus eſt, niſi Diomede priùs belli Magiſtro vteretur. Extant hodieque Opuſcula eius, Duci Calabriæ inſcripta, quæ veteranum quemque poſſint inſtruere. Obijt dignus hoc elogio, quod legitur in tumulo eius: *Huic Virtus Gloriam, Gloria immortalitatem comparauit.*

2 Ioannes Thomas I. Carafa, Diomedis primogenitus, poſt variũ ſpecimen virtutis militaris, præſertim aduerſus Thraces, in bello Hydruntino, Præfectus fuit vniuerſis caſtris à Ferdinando Rege Iuniore, dum Carolus VIII. Campanum Regnum inuaderet. Et tum ſuperatus quidem in prælio fuit, ſed nihil deceſſit exiſtimationi eius, tam apud Regem Ferdinandum, qui bellorum eſſe ancipitem aleam ſatis intelligebat, quàm apud ipſum Carolum VIII. à quo eſt creatus Eques ſancti Michaelis. Manſit verò ei paternus Titulus Comitis Matalunij, & Comitis Cerreti.

3 Diomedes II. Carafa, filius Ioannis Thomæ I. Comes Matalunij, & Comes Cerreti, qui ſectatus pacis atque otij honeſti pulcherrimas artes, militiæ omnia munia domeſticæ tranquillitati poſtputauit.

4 Ioannes Thomas II. Carafa, Diomedis II. filius, & Auo ſimilior quàm Patri. Is belli peritia & armorum exercitatione clarus, in Regno Neapolitano, in Belgio, & in Inſubria fuit. Peculiariter in monomachia tam pedeſtri quã equeſtri, proſtrato aliquoties aduerſario, famã indeptus fuerat bellatoris naui ſtrenuique: quo tempore nondum ſacræ pariter atque humanæ leges armauerant ſe contra damnatum eum atque abominatum morem; quemadmodum deinde factum eſt in Prouincijs ac Regnis Europæ, ſummo generis humani bono. Diomedes II. Parens, vt generoſam indolem in filio, ad glorioſam Auorum æmulationem excitaret exſtimularetq; hunc eumdem Ioannem Thomam proficiſci ad Carolum V. Cæſarem in Belgium voluit, deditque illi, præter familiæ comitatum, aſſeclas honoratiſſimos, quibus vtique ſtipatus, ſumptuſque magnos diſpenſans, in ludis & publicis ſpectaculis, non raro vni impar Cæſari, ceteris verò maior apparuit. Quin & in ludicra certaminis ſpecie cum ipſo interdum Cæſare concurrere meruit; glorioſus nimirum futurus, ſeu vinceret

ceret in eiuſmodi pugna,ſeu (quod videri optabilius poterat) vinceretur.Tandem cùm ex Belgio ad bellum Inſubricum veniſſet,orta ſingulari rixa,oſtendit claro admodùm exemplo,eos,qui monomachiam ſectantur,ſeriùs citiùs,vti victimas Martis cadere. Etenim dum eques concurrit cum aduerſario, nec alijs armis quàm terno, vti præſcripſerant Duces,acinace,ad manum,ad baltheum,& ad ephippium;implicatis & ſurrectis primo congreſſu equis, diductiſque imi thoracis & femorum ex chalybe iuncturis,locum vulneri aperuit,quod ei vitam cum ſanguine hauſit.Comes erat Cerreti,ſuperſtite adhuc parente Comite Matalunij.

5 Diomedes III.Carafa,Ioannis Thomæ II. filius, in vtramque laudem,armorum ac litterarum,educatus, Philippo II.militauit contra Paulum IV. etſi Auum habuerat Diomedem II. eiuſdem Pontificis Patruelem.Quæ ipſius fides,oblita quodammodò generis tam propinqui, Catholico Regi placuit tantoperè,vt eum Matalunij Ducem crearit:ſed quia prole caruit, ſoror eius Hieronyma Carafa, Fabio Carafæ nuptui data, in Principum Stiliani propaginem tranſtulit titulum Ducis Matalunij,& ditionem eius.

6 Robertus Car.Ioannis Thomæ I.ſecundogen.

7 Ioann.Bapt.Car.Roberti filius.

8 Aſcanius Car.filius Ioann.Bapt.

9 Carolus Carafa,filius Aſcanij,Princeps Colubraræ:cui abſque liberis decedenti,ſucceſſit fratris filia,Hieronyma Carafa;& cum dote eiuſdem Principatus, nupſit Fabio Carafæ, ſecundogenito Diomedis Ducis Matalunij,ex proſapia Principum Stiliani.

10 Ioannes Antonius Car.Diomedis I.alter filius,ex vxoris dote, quæ erat Victoria Camponeſca,fuit Montorij Comes.

11 Ioannes Alphonſus Carafa,Ioannis Antonij primogenitus,Comes Montorij.

12 Ioannes Petrus Carafa Io. Antonij ſecundo genitus, fuit vnius magni Ordinis Clericorum Fundator; quod facit ad famam ſanctitatis &c. *De eo nobis in cuncto hoc Volumine agendum eſt.*

13 Ferdinandus Carafa, primogenitus Ioannis Alphonſi, & Montorij Comes.

14 Ioannes Carafa,Ioannis Alphonſi alter filius,Comes Montorij, ac Dux Paliani.

15 Diomedes Car. Ioann.filius,Comes Montorij.

16 Carolus Carafa,Ioannis Alphonſi filius,S.R.E. Cardinalis,Bononiæ Legatus, & functus inſuper Legatione ad Henricum II. Galliarũ Regem,atque ad Philippum II. Regem Hiſpaniarum. Hic & Ioannes Dux primùm à Paulo IV. priuati adminiſtratione Principatus,deinde à Pio IV. tamquam Maieſtatis rei vita exuti fuerunt in Mole Adriani; &

Caro-

Digitized by Google

Carolo quidem Cardinali intra conclaue ibidem fauces interpreſſæ atque eliſæ,Ioanni verò Duci fractæ ſunt ceruices.Sic in eis vidit Roma luctuoſum exitum tragœdiæ;qualem habent ſæpenumerò nonnulli,quibus nocumento vel infortunio debere adſcribi videtur,quòd aliquando fuerint potentes aut felices. Attamen vtrique Pius V. cauſa iterum diſcuſſa,demum famam & honorem reſtituit: quod integerrimi & ſanctiſſimi Pontificis decretum perſuaſit multis,magis tempora quàm crimina dediſſe conſilium,tum animaduerſionis adeò ſeueræ,tum exempli extremæ calamitatis; quam ambo animo infracto & prorſus Chriſtiano, poſt magnam potentiam magnamque fortunam,ſubiuerunt: facti ſpectaculũ grande ijs,qui extra Aulæ ſunt aleam; exemplum verò alijs, qui nihilominùs ludere in ea non reformidant.

17 Antonius Carafa,Ioannis Alphonſi perindè filius,Marchio Mõtis belli.

18 Ioannes Car. Antonij filius,Marchio Mirabellæ.

19 Alphonſus Carafa,Antonij alter filius,Archiepiſcopus Neapolitanus, & S. R. E. Cardinalis, adoleſcens innocentiſſimis & caſtiſſimis moribus,quem Paulus IV. ſolùm ob eas laudes retinuit penes ſe,diſpulſis ex Vrbe atque Aula fratrum alijs filijs ac nepotibus. Obijt Neapoli, cùm eſſet ei ætas annorum XXV. flos ipſe.Pius V. verò, qui in ipſo amauerat dotes animi tam inſignes,ſepulchrum Neapoli eidem poſuit ornatum ſectis & verſicoloribus lapidibus,cum hac inſcriptione: *Alphonſo Carafæ,S.R.E.Cardinali,Archiepiſcopo Neapolitano, adoleſcenti non minùs virtute ſua quàm maiorum ſplendore claro,Patrui Pauli IV. Pont.Max. religionem integritatemque referentis ea ſapientia prædito,vt in ſecundis rebus ſummam eius temperantiam,in aduerſis miram conſtantiam,omnes laudauerint,Pius V.Pont.Max. poſuit. Vixit annis XXV. diebus XV. obijt M. D. LXV. Kalendis Septembris.*

Hactenus ex Petraſãcta de Carafijs, Ioãnis-Petri gẽtilibus,ac propinquis.Cãponeſcorum verò maternũ Genus, vt multi tradunt, è Romanis Imperatoribus originem traxit. Quod Antonius Caracciolus verò ſimillimum arbitratur. Siquidem, nulli dubium eſt,Fridericus II.cùm auxit circumcinxitque moenibus Amiternum, in quo ij ſemper primates, ac Domini floruere, quin reliquerit ibi quamplures, tùm Germaniæ, tùm aliarum Nationum præclariſsimos viros, à quibus Vrbs illa Cæſarea incoleretur, & celeberrima euaderet. Ita Cyrill. in hiſt. Aquilæ lib. 1. *Camponeſcorum tamen familiam vetuſtiorem in ea Vrbe,ac Prouincia originem, ac ſedem agnoſcere, conſtat ex ipſo Cyril.* fol. 3. *& Caſella* lib. de Aboriginibus, & Ianigenis fol. 46. *Ex quibus Auctoribus ſatis compertum habemus,Caſtrum Camponeſcum,iuxtà Aquilam ſitum,non huic Familiæ impertijſſe,ſed tuliſſe ab ea cognomentum.Cæterùm, aut Germani, aut Longobardi,aut Brutij extiterint,perpetuò in ea Prouincia celebres at primates Neapolitano in Regno fuere. Vide Paulum Merulam* lib.4.Coſmograph. *Pontanum* de Bello Neapolit.

lib.1.*Iulium Cæſarem de Sol.*lib.de origine Vrbium Italiæ,fol.75.*Platinam* in vita Innocentij VIII.*Iulium Roſcium* in Elogijs militaribus fol. 17. *Petrum Vincenti* in hiſt. de Familia Cantelma fol.39.& 61.*Abrahamum Bzouium* ſub Ann.1524.n.XXXVII.*Ludouicum Donium* in loc.cit. *Et Sylum;* qui par.1.hiſt.lib.1.fol.11. *de Ioanne-Petro demum hæc ait:Quamuis gemino veluti in ſole Generis ex æquo ipſe apricaretur; & vterque Parens, præter maiorum gloriam,pari etiam morum indole,ac prudentia præditus eſſet:tamen Bernardino Cyrillo ſuæ Domus præfecto perſæpe poſteà dicere ſolitus erat, de Matris ſe magis,quàm de Patre, eiuſque ſtemmate gloriari:quòd nempè illa è Veſtino Camponeſcorum ſanguine eſſet orta;quibus in oris nunquam poſt hominum memoriam, aut natam hæreſim,aut eò alicunde inuectam,graſſatam conſtat. Planè illibato ab eo Cælo oriundum ſe meritò iactabat Carafa, qui prauas Nouatorum opiniones, tàm acri eoque implacabili bello inſectabatur,quippè qui pugnaciſſimus impietatis hoſtis futurus olim erat, debuit ab ea Regione Maternum Genus ducere, vbi extiterit ſemper Religionis candor illæſus.Vide Antonium Caracciolum* in Vita lib.1. cap.1.*fusè de his,ex multorum teſtimonio,diſſerentem.*

---

*Puero geminum Ioannis-Petri Nomen inditum, quòd intra Octauam S. Ioannis-Baptiſtæ, atque in Beatiſſimi Petri peruigilio lucem hanc primùm aſpexiſſet. Cùmque Mater eundem aluo geſtans, vt erat moribus ſanctiſſimis, templum in monte,qui Virginis dicitur,equo uecta,religionis cauſa,præcipiti via conſcenderet, monita eſt à Religioſo quodam Viro illic habitante, vt pedetentim pergeret, atque ab vtero ſuo præcaueret;Fore enim is aſſerebat,vt ex eo Vir Diuinæ Virtutis,quique Summus in Eccleſia Dei Paſtor ac Princeps futurus eſſet,naſceretur.*Ludouicus Donius D'Attichy, Epiſcopus Æduenſis, in flor. hiſtor. S. Colleg. S.R.E.Cardd.to.3.An.C.1536.fol.129.n.11.

DISQVISITIO QVARTA.

Quam in Paulo Genituram Aſtrologi olim obſeruarunt? Quid de eo Eremita futurum Matri prænuntiauit? Quis illi germanus Frater, & quæ nam Sorores fuere?

P. Alexander de Angelis è Socitate Ieſu in Aſtrologos Coniectores lib.4. cap. 46. fol. 265.

3 IN Themate Pauli IV. tres fecerunt periti Honorum Significatores:Solem peregrinum in Cancro,& domo ſuccedente; Lunam in Aquario, domo cadente; Saturnum Dominum medij Cæli in ſuo detrimento.*De eo mox,ab Eremita editum,Vaticinium audiamus.*

P. Au-

Digitized by Google

P. Auguſtinus Oldoinus è Societate Ieſu in Vitis ac Geſtis Rom. Pontif. lo. cit.

Ioannes Petrus Carafa, Neapolitanus, vel IV. Kal. Iulij Anni 1476. ex Victorello (*item ex Caracciolo in Vita M.S. lib.* 1. *cap.* 3. *&* *Caſtaldo cap.* 1.) ex alijs verò 1466. Nobilibus Parentibus, propè Beneuentanam Vrbem, natus eſt. Pater ei Ioannes-Antonius notæ ſpectatæque Virtutis, Diomedis Carafę Matalunę Comitis filius. Mater Victoria Camponeſca: quę Viro ſuo genere haud impar fuit. Puero geminum Ioannis-Petri Nomen inditum, quòd intra Octauam S. Ioannis-Baptiſtæ, atque in Beatiſſimi Petri peruigilio, lucem hanc primùm aſpexiſſet. Cùmque Mater eundem aluo geſtans (vt erat moribus ſanctiſſimis) Templum in Monte, qui Virginis dicitur, equo vecta religionis cauſa, præcipiti via conſcenderet, monita eſt à Religioſo quodam Viro ibi habitante, vt pedetentim pergeret, atque ab vtero ſuo præcaueret: fore aſſerens, vt ex eo Vir Diuinæ Virtutis, quique ſummus in Eccleſia Dei Paſtor ac Princeps futurus, naſceretur. *Ioſephus Sylos* in hiſtor. par. 1. lib. 8. fol. 320. *dixit ſummæ Virtutis Virum, ex Victoriæ Matris vtero, edendum eſſe, Cyno Auxima teſte* in tract. de laudibus Pauli IV. *qui (vti narrant Oldoinus, & Donius) Eremitam inducit, cùm moribus & ætate iam grauem, tùm aſpectu & inceſſu, Matronam nobiliſſimam admonentem, vt ventrem maximè ab offenſione atque ab iniurijs vindicaret. Fore enim aſſerebat, vt ex eo Diuinæ Virtutis Vir naſceretur &c. Quamobrē Victoria ipſa, vt Cardinalis Antonius* in ſua Apolog. *& nonnulli alij narrant, ſanctis Matrona moribus, dicere ſolebat, ſuum filium fore ſummum Pontificem. Inſigniora tamen verba Eremita ille pronuntiaſſe à Bzouio ſcribitur; quem in altera Pauli vita afferemus, Patrum Prædicatorum teſtimonijs explicata. Pergit Oldoinus, & ſimiliter Donius:* Fratrem vnicum & maiorem ſe natu Ioannem-Alphonſum habuit: Sorores quinque, Mariam ſcilicet, quæ Chriſto Regi æterno nupta Sapientiæ Cœnobium Neapoli fundauit, rexitque ſanctiſſimè; Beatricem, Dianam, Eliſabetham, Ioannam: quę Nobilibus Viris in Matrimonium datæ, in Leoniſſam, Carboniam, Tolphiam, & Cantelmiā, illuſtres Domos migrauere. *Quod & tradit Caracciolus* in Collectaneis hiſtor. fol. 3.

Fœtura tantùm facilis fuit, quantùm narrat idem ipſe Ioannes-Petrus in literis, quas ad Sororem dedit nona die Menſis Ianuarij An. 1547. (*extant* in 1. to. fol. 192. *hunc in modum: Vos benè ſcitis, ipſe inquit, eò me Matrem meam eiciſſe, veluti illud rei nihil ad ipſam pertineret. Tùm ſolita erat dicere benedicta Anima Matris meæ, non licuiſſe ſibi per tempus, vt Obſtetricem opperiretur.* Antonius Caracciolus in Vita Pauli IV. lib. 1. cap. 3.

Digitized by Google

DISQVISITIO QVINTA.

Quomodò ſine dolore ac nixu vllo Matris editus fuit? Quæ illi Indoles, Virtus, Educatio, ac complurium Linguarum peritia?

Idem P. Auguſtinus Oldoinus è Societate Ieſu ibidem to.3.col.823.

4 TErtiò Kal.Iulij reparati Orbis non ſexageſimo ſexto,ſed ſeptuageſimo ſexto ſupra milleſimum quadringenteſimum, regnante Neapoli Ferdinando primo Aragonenſi,Sixti IV. Pontificis Maximi anno quinto,ſumma luce,natus eſt Ioannes-Petrus, non quidem in Oppido S.Angeli de Scala,vt ait Panuinius: neque in ſcala,Vico S.Angeli,vt ſupra ſcripſit Auctor Vitæ,ſed in Oppido Capriliæ,qui Vicus eſt in Hirpinis prope Furcas Caudinas,Romanorum clade celeberrimas.Ita vetus fama eſt, conſtanſque apud Capriliæ Ciues, qui cunabulis hiſce nobilitati domicilium inibi in Toparchæ domo oſtentant.Ioannis-Petri ortus cōtigit, illuceſcente aurora,inquit Bzouius: quem Mater Victoria magis effudiſſe, quàm peperiſſe viſa eſt, nempè nullum ferè dolorem (*aut Nixum,ut ille addit*) perpeſſa; ita vt priùs infantem ediderit,quàm potuerit Obſtetrix ad leuandum puerum accurriſſe. [*De hoc miro Ioannis-Petri ortu, ſine Matris nixu ac dolore,Ioſephus Sylos minimè loquitur.Neque enim in ſuis hiſtorijs hæc minuta ſtudioſè perſequebatur, grauioribus dumtaxat intentus. At nobis, qui Pauli vitam adornamus, & cuncta eius Geſta inſigniora diſquirimus, illud ipſum prætermittere penè piaculum eſſet: cùm Caracciolus, ac Bzouius, & ex eo Oldoinus minimè prætermiſerint: præſertim cùm ipſe idem Carafa in ſua epiſtola id apertiſſimè fateatur; quam nos in Mariæ ſororis vita* fol.265.*tranſcribere non omiſimus. Pergit deindè Oldoinus:*] Fratrem habuit natu maiorem Ioannem Alphonſum,paternæ virtutis opumque hęredem:Sorores omnino quinque;quæ illuſtribus præcipuè è Neapolitana Nobilitate Viris in matrimonium datę, præter vnam natu maximam,Mariam nomine:quæ mortales nuptias ac thalamos deprecata conſecratam ſe ritè Deo Sponſo voluit:ac in Monaſterio Sapiētiæ,quod ipſa Neapoli fundauit,vixit,obijtque ſanctiſſimè,dierum ac meritorum plena. Educatus ea cura puer, qua ſolent Nobiles atque optimi parentes. Illuxere ſtatim in ipſa ingenuæ frontis oriſque ſuprà puerum grauitate, magnæ cuiuſdam mentis crepuſcula:facilitas illi, ac vigor ingenij,& memoriæ vis ingens:vultum egregiè honeſtabat formabatque germanis velut lineamentis modeſtia. Poſtremò ea moribus inerat verbiſque feſtinata maturitas, vt nihil vnquā exciderit nobili puero inelegans aut indecorum. Quæ cùm Pater inſpiceret, vt ingenti quidem naturæ accederet par induſtria, ea confeſtim

præ-

Digitized by Google

præſidia atque adiumenta parare ſtuduit, quibus in illa quæ pollicebatur incrementa virtutum, eximia ſe ſe indoles explicaret. At enimuerò optimis præceptoribus cùm imbuendum puerum tradidiſſet Pater, præcipuam tamen ille morum Magiſtram Mariam Sororem habuit: quæ cũ ſortitum egregiam animam illum animaduertiſſet, ceu ſibi potiſſimùm demandata eius inſtitutionis cura eſſet; eò animum adiecit, vt ad omnem virtutem fratrem fingeret, pulchramque inſtillaret illi mentem.

Natus vnà cum lacte pietatem ebibiſſe monſtrauit. Puerulus enim Dominicanorum Eccleſiam frequentabat: & Religionis S. Dominici ſitientiſſimus, duodecim annos natus Habitum poſtulauit; quod ætas tenera à diſcreta Patrum illorum repulſa obtinere non potuit. Similiter anno quartodecimo, S. Dominici Habitum induere propoſuerat. Sed Diuina ſic Prouidentia diſponente, & ad alium finem illum deſtinante, vi Parentum, à Clauſtro, ad quod confugerat, raptus, domum euocatus eſt: & ſub optimis Præceptoribus, artibus Theologiæ, vtroque Iure, literiſque Græcis, Latinis, Hebraicis, vſque ad miraculum eruditus, S. Thomæ Doctrinæ fuit ſtudioſiſſimus. M. F. Dominicus Grauina in Voce Turt. par. 2. cap. 29. 1. edit. Neapol. fol. 302.

DISQVISITIO SEXTA.

Cùm Patrum Prædicatorum Ordinem iniiſſet, quomodò extractus eſt? Verène Dominicanum Habitum induit ac geſtauit? Verène Caſinenſium Monachorum Cœnobio nomen dedit? Semper eius vita puritas ac pietas qualis fuit? Quæ illi eruditio literarum?

P. Sfortia Palauicinus è Societ. Ieſu deinde S. R. E. Card. in Hiſtor. Conc. Trid. par. 2. lib. 14. cap. 9. num. 5. fol. 127.

5 FVit (*Ioannes-Petrus*) Magnæ Religionis Princeps, illi in Clauſtro ineundæ iam à puero ſtudioſus. Vnde quindecim annos natus, Cœnobium Fratrum Prædicatorum ingreſſus, ſtudio inſtitutum illud capeſſendi, vi à gentilibus raptus fuit. *Et tametſi iterum id tentauerit, voti compos fieri non permiſſus. Vnde ergo F. Abrahamus Bzouius hauſit, Carafam Dominicanum Habitum induiſſe? Compendioſa vnde Chronica Generalium Magiſtrorum, Conſtitutionibus Patrum Prædicatorum adiuncta, non quidem vetera, ſed recentiſſimè iterum in lucem impreſſa Anno* 1650. *tradunt Ioannem-Petrum in adoleſcentia ſua Dominicani Ordinis Habitum geſſiſſe aliquot menſes? Cur id Veteres ignorarunt? Cur breuibus hiſce Chronicis, non id primùm ab Authore, ſed poſtremis hiſce temporibus in hac noua editione Conſtitutionum inſertum? Quis id niſi vnus Bzouius adinuenit? Qui nullum tamen Auctorem citat. Ex Bzouio autem*

Digitized by Google

tem nuper accepit,ac luci tradidit,F.Dominicus Maria Marcheſius in ſuo Diario to.1.fol.290.*qui Ioſephum Sylos impugnat hoc per quàm modeſtè reijcientē. Cur id Alphonſus Ciacconius,aut Cabrera,ex Dominicano Ordine,prætermiſit? Cur Dominicus Grauina* in voce Turturis par.2. cap.29. fol. 302. *oppoſitum innuit? Cur Cardinalis Sfortia è Societate non dixit? Sed nec illud dicere poterat,quod à Veneto Oratore Nauagero non hauſit.Nos Bzouium & Marcheſium* in Vita Mariæ Carafæ,Fundatricis Sapientiæ Monialium,*confutauimus: idque alibi diligentiſſimè excutiemus. Sed hìc,qui Vitas & Geſta Romanorum Pontificum iterum adauxit,ac luci dedit,eſt audiendus.*

P. Auguſtinus Oldoninus è Soc.Ieſu in addit.ad Ciacconium in Paulo III.loc.cit.

Adoleſcentulus cùm pietatem cum ipſo penè Nutricis lacte exuſſiſſet, Dominicano Ordini nomen dare voluit. *At quòd re vera dederit non adiungit.Immò id conſtantiſſimè pernegat.Audiamus.*

Idem P. Auguſtinus Oldoinus è Soc.Ieſu in addit.ad Ciacconium in Paulo IV.

Hiſce Sororis adhortamentis pietati animum vſque adeò addixiſse viſus eſt puer, vt nihil omnino illi gratius aut iucundius eſſet, quàm templis immorari,Sacrorũ cultu ac fũctionibus oblectari, Religioſos pioſq; viros colere; ſanctiſſimis Patrum Dominicanorum, quibuſcum aſſiduè & cum voluptate verſabatur, eratque illorum ob paternarum ædium propinquitatem propè contubernalis,moribus illectus eius inſtituti capeſſendi conſilium inijt.Nunquam tamen, vt ſcripſit Bzouius alijque, nullo veritatis fundamento innixi,ſacrum illum Habitum reuera induit. Neque veritati conſonum, quod Conſtantinus Caietanus Siculus è Caſinẽſibus Monachis Abbas refert, Ioannem ſcilicet Petrum Carafam, abdicatis Theatinis infulis Caſinenſi inſtituto in Monaſterio Neapolitano S.Seuerini nomen dediſſe.Contra Caietanum eſt Arnoldus Vuion, accuratus admodùm,& Caſinenſis Scriptor: qui dum ſui Ordinis Pontifices adnumerat,in Conſaluum Illeſcam,hominem Hiſpanum, hiſtoriæ Pontificalis, huiuſque ſententiæ auctorem, in hæc verba inſurgit: Sed quàm longè aberret à veritate Illeſcas, omnibus eſt manifeſtum: cùm nec vnquam Ioannes-Petrus Carafa Monaſterium S. Seuerini vt Monachus fieret,intrauit,nec etiam in matriculis noſtræ Congregationis Caſinẽſis vt talis inſcriptus reperiatur.*Similiter vana ſunt,& à veritate longè diſtantia,ac nulli vel teſtimonio,vel traditioni prorſus innixa,quæ Abbas Conſtãtinus de religioſa S. Ignatij per Benedictinos inſtitutione* fol. 24. *ſine vlla hæſitatione ceu veriſſima tradit. Quòd nimirum Theatini non minimùm debere ſe fatebuntur (ſunt eius verba) pro Paulo Quarto Pontifice Maximo,ac B.Caietano, Fundatoribus ſuis, alijſque eiuſdem Religionis Patribus primis à Benedictinis in Monaſterijs,præſertim Sacri Caſini Montis,S.Seuerini Neapoli,S.Pauli Romæ, ac S.Geórgij Venetiarum,eruditis: vt non ſolùm Scriptores pro teſtimonio dicunt, verùm etiam eorundemmet Theatinorum Patrum per manus ducta traditio confirmat.*

Digitized by Google

firmat. Hactenus Conſtantinus. De ea inquam eruditione vel traditione, quam dicit, ne quidem verbum vel legi, vel vidi, vel audiui vnquam. Quod autem in ſcholijs ad Galaſij Papæ uitam adiecit, à Sylos habes, & à Caſtaldo, diſertiſſimè confutata. Neque enim operæ pretium eſſet hìc immorari. Pergit deinde Ioannis-Petri Carafæ ingenuam probitatem & admirabiles facultates exprimere

Card. Sfortia Palauicinus è Soc. Ieſu in hiſtor. Concil. Trid. lo. cit. primæ edit. pag. 127.

In omni vita nunquam aut animi candorem commaculare, aut in deuotione tepeſcere, aut humanis reſpectibus libertatis Apoſtolicæ zelum poſtponere viſus eſt. Habuit in literis eminentiam: cùm Græcas propè iuxta calluerit ac Latinas: verſatiſſimus in Diuinis Scripturis: doctus in Theologia: vltra modum peritus in libris illius ſcientiæ Principis, ex cuius Patria fuit: & à natura accepit admirabilem eloquentiam. *Hæc Cardinalis Palauicinus.*

Maiorum ſplendore clarus (Oliuerius) vt propria virtute nobilior fieret, à pueritia literarum ſtudio, ac legalis præſertim facultatis operam nauauit, eoque excellens I. Conſultus euaſit, ac doctoream infulam promeruit: ac ſummæ literarum eruditioni, vitæ quoque integritatem virtute ac religione plenam adiunxit. Quamobrē dignitatum atque honorum culmen aſcendere meruit. Etenim Canonicus priùs fuit Neapolitanæ Eccleſiæ: dein Neap. Archiep. à Pio II. R. Pont. 18. Nouēb. A. 1458. creatus eſt.----A Ferdinando verò Aragoneo Neapolitanorum Rege (à quo, ob eximias eius, ac ſingulares animi dotes, atque virtutes, vnicè diligebatur, ac in primis carus habebatur) S. Regij Conſilij Præſidens creatur: & quamuis Archiepiſcopus eſſet, multos tamen per annos Præſidis ſupremum Magiſtratum ſumma cum laude exercuit, in ſuo Palatio Archiep. vbi per id temporis S. Conſilij tribunal ab eo regebatur.----Fuit quoque Oliuerius S. Cardinalium Collegio à Paulo II. adſcriptus Die Veneris 18. Septemb. An. 1467. Idem Oliu. An. 1471. à Sixto IV. ad eūdem Ferd. Regem à Latere Legatus miſſus eſt Regni Siciliæ citra & vltra Farum. Cùmque idem Pontifex aduerſus Turcas animum conuertiſſet, magnam contra eos Claſſem expediens, Oliuerium Legatum maritimæ Claſſi contra Turcas, Ducemque illi præfecit A. 1472. Fuit autem expeditio hæc maximi momenti, in qua centum millia aureorum per Pontificem expenſa ſunt, & ſub Oliuerio nonaginta octo triremes militarunt: quarum 24. Pontificis, totidem Ferdinandi Neapolitanorum Regis, 50. Venetorum communibus auſpicijs militarunt. At quantis honoribus idem Pontifex, atque Cardinalium Collegium, Oliuerium ex Vrbe cum Claſſe ſoluentem complexi & comitati ſint, Iacobus Piccolomineus Card. Papienſis in epiſt. ſub dat. Romæ die 29. Maij 1472. ad Cardinalem S. Marci ſingillatim recenſet, hunc in modum: Heri, magnis honoribus noſtris, ſummo dolore meo, emiſimus Legatum "
Claſſis, die quidem ſolemni Corporis Domini. Manè aſtante Pontifice, & Patribus, "
in Baſilica Petri operatus eſt ſacris. Vexilla inde triremium ex more benedicta, in "

magna

„ *magna frequentia hominum, de manu Pontificis ſumpſit, & pranſus eſt apud eum.*
„ *Ad horam 20. nouo exemplo idem Pontifex, comitante Senatu, & Curia, Legatũ*
„ *duxit ad Claſſem, quæ paulò infra Baſilicam Petri, in medio Tyberi ſubſederat.*
„ *Aſcendit prætoriam, & à puppi ex loco edito benedixit item triremibus, & Lega-*
„ *to, & familiæ, & omni nauticæ turbæ. Quibus ſiue in prælio, ſiue caſu alio vita mi-*
„ *grantibus, plenam peccatorum remiſſionem indulſit. Complexus inde Legatum in triremi, eum dimiſit: & ad Vaticanum, occidente in Sole, reuerſus eſt. Neapolim verò cùm veniſset cum Claſse aduerſus Turcas proficiſcens, magna exceptus eſt beneuolentia tùm à Rege, tùm à populo, Oliuerij paſtoris ſtudioſiſſimo &c. A. 1473. Menſe Iunio idem Oliuerius in Vrbe reſidens Herculi Eſtenſi Ferrariæ Duci Romam venienti ad ſuſcipiendam Leonoram Aragoneam Ferdinandi Regis filiam nuper ſibi nuptam, & per Procuratorem deſponſatam, illamque Ferrariam ducendam, obuiam iuit, ſimul cum Auſia de Spuig, patria Valentino, Cardinali Montis Regalis, multiſque Epiſcopis ac Prælatis, vt tradit Bernardin. Corius* lib. 6. Hiſt. Mediol. *Anno item 1476. Neapolim à latere Legatus à Pontifice directus eſt, vt Beatricem Aragoneam, eius Ferdinandi Regis filiam, ac Mathiæ Coruini Vngariæ Regis Vxorem, ad Virum tum profecturam, Vngariæ Regni diademate coronaret. Quod Oliuerius magna pompa effecit die 15. Septemb. 1476. in templo S. Mariæ coronatæ, vt Iulianus Paſſer Neapol.* in ſuis Diarijs *teſtatur. Cùm que an. 1482. maximi momenti diſſidia, ac diſſenſiones, inter Sixtum IV. Rom. Pont. & eũdem Ferdinandum Regem eſſent exortæ, ex quibus bellum inter eos exortum eſt, & Alphonſus Calabriæ Dux, Ferdinandi Regis filius, exercitum in fines Regni, ac prope Oppida ditionis Romanæ Eccleſiæ aduerſus eum Pontificem duxerat, ex quibus acerrima bella, & Italiæ totius exagitatio, procul dubio oriri poterant, is Oliuerius, maxima animi dexteritate, ac ſummis exantlatis laboribus, motus cõpoſuit, & maximam Aragoneæ Domus, & ipſiuſmet Pontificis, adeptus eſt beneuolentiã: & ex ea pace fœdus tunc, inter totius Italiæ Principes, eſt ſecutum. Extat adhuc eius pacis encomium, ſiue Oratio in Senatu habita ad eundem Oliuerium Cardinalem. an. 1482. Pontificatus Sixti IV. an. 12. ea die, qua pax conceſſa eſt. Quæ quidem Oratio in gratiam Pauli IV. Pont. eiuſdem Oliuerij Conſobrini Nepotis, in lucẽ denuo edita eſt Bononiæ An. 1557. In ea Oliuerius maximè collaudatur, eò quòd ipſius ſenſu ac ſententia, ac ſummis laboribus, ſummaque controuerſia, ea pax inita ſit. Quod Oliuerij prudentiæ dumtaxat eius Pacis authori, ex qua totius Italiæ Pax orta eſt, tribuendum teſtatur.---Dein (vt habet Silueſter Guarinus Auerſanus* in ſuis Diarijs M.S.) *Oliuerius A. 1478. Neapolim venit, vt Patriam inuiſeret, è qua per viginti annos abfuerat: eaque pompa ac ſolemnitate exceptus eſt, vt vix maior potuiſſet Romano Pontifici exhiberi. Neapolim enim triremibus vectus cùm perueniſſet die 27. Aprilis 1498. in Caſtrum Oui ſe recepit: eoque Federicus Rex, ac tota feré Ciuitas tot eum honoribus affecerunt, vt calamo exprimi nullo pacto queant. Et die 28. eiuſdem menſis Neapolim ingreſſus eſt, maximis triumphis ac trophæis, ſuperboque apparatu, ac ſummo Ciuiũ gaudio: Rege præſertim ipſo Demũ*

vſque

Digitized by Google

vſque ſuam, in Palatium nempe Archiepiſcopale comitante. Nullusque repertus eſt, ſeu è Magiſtratuũ Ordine, ſeu è Baronibus, Nobilibus, atque Ciuibus, qui ipſum quoque non comitarentur: tanta erat omnium in Oliuerium beneuolentia, qua eum, ob raras eius virtutes, & ſanctitatis odorem, quem omnibus per vniuerſum terrarum Orbem redolebat, proſequebantur.----Io. Petro Carafa eius Conſobrino Nepoti prima principia ad ſummum Pontificatum aſcendendi Oliuerius dedit. Is enim cùm Io. Petrum conſpiceret virum eruditiſſimum, & ſanctiſſima vita eum eſſe expertus eſſet, in domum ſuam illum excepit: eiuſque Oliuerij ceſſione, Theatina Eccleſiæ Epiſcopus creatus eſt die 30. Iulij 1505. à Iulio II. Papa: atque Oliuerij opera Io. Petrus Summis Pontificibus, & Romanæ Curiæ notiſſimus euaſit, & grauibus muneribus eſt coboneſtatus. Bartholomæus Chioccarellus in Catalogo Antiſtit. Neap. Eccl. à fol. 286.

DISQVISITIO SEPTIMA.

Quis fuit Oliuerius Cardinalis Carafa eius Patruus, á quo ebibit à puero PAVLVS Eccleſiaſticam diſciplinam?

Card. Sfortia Palauicinus è Societ. Ieſu in Hiſt. Conc. Trid. par. 2. lib. 14. cap. 9. num. 7. fol. 129.

2 CArdinalis Oliuerius Magnum Romæ Ornamentum. *Sed eius laudes hic audiamus fuſiùs enarrantem.*

P. Silueſter Petraſancta è Societate Ieſu §. *1. n. 4. fol. XXX. & XXXI.*

3 Oliuerius Carafa, Franciſci alter filius, & vir doctrina, honoribus, opibus, famaque & rebus geſtis in ſua ætate maximus, annos tricenos non exceſſerat, cùm iam erat ſupremus Præſes in ſanctiori Senatu Alphonſi Regis. In Romana dein aula Archiepiſcopatum Neapolitanum, S.R.E. Purpuram, & Epiſcopatus Albanum, Sabinum, atque Oſtienſem, vtpotè Sacri Collegij demum Decanus, indeptus eſt. Pontificatu etiam non caruiſſet in Comitijs Sixti IV. Innocentij VIII. & Alexādri VI. niſi Ferdinandus I. Rex, metuens ex ea exaltatione nimiam Carafæorum potentiam, interceſſiſſet electioni eius. Cæteroquì ea ipſius erāt merita erga Regiam Aragonenſium Domum, vt ex grati animi ſignificatione, vel dum exiſteret in Purpura, ab ijſdem appellatus ſit Comes Rubrorum. Legatus à Latere in maritimam expeditionem contra Ethnicos & Barbaros Aſiæ, confœderatis Sixto IV. Rege Ferdinando, ac Republica Venetorum, ex ea redijt Victor, & catenam immanem, reuulſam ex Portu Smyrnenſi, retulit in Vrbem Romam; glorioſior ex hac ferri præda, quàm olim ex auri torque Manlius. Pendet verò catena eadem hodieque in Baſilicæ Vaticanæ ſacrario, Victoriæ illius monumentum. Functus inſuper Legationibus alijs, ſemper ſucceſſu magno, auctor fuit

præcipuus tùm Pacis inter Sixtum IV. ac Rempublicam Venetam, tùm reconciliationis Alexandri VI. cum Vrſinis, Romanis Proceribus, quorum idem Patronus audiuit. Munificentia propemodùm Regia, Ædes varias Diuorum tàm Romæ quàm Neapoli, aut exſtruxit, aut ornauit. Romæ quidem in templo S. Laurentij laquearia cyaneo lumine illuſa, & auro lita, quod adhuc indicant inſignia eius, ſumptuosè parauit: & Cœnobium Canonicorum Regularium S. Auguſtini fundauit, ad Diuam Virginem Pacis tutelarem: vt ſileam reſtauratum magna ex parte Templum Arę Cæli, & alterum Templum SS. Silueſtri & Martini, atque adeò Muſicum Organum in S. Petri ad Vincula, & Sacellum S. Thomæ Aquinatis in B. Virginis ſupra Mineruam Æde; monumenta item eius Eccleſiaſticæ liberalitatis. Ad hæc, dotes inopum puellarum perpetuas, quas ipſe Summus Pontifex in eadem ſacra Æde D. Mariæ ſupra Mineruam diſtribuit quotannis ritu ſolenni, plurimas fundauit; grande vtique pręſidium pudicitiæ, quam egeſtas ſæpenumerò proſtituit. At Neapoli, ſub Ara Principe Maioris Templi, Cellam D. Ianuarij Epiſcopi, Martyris & Patroni, ex coloratis & ſectis marmoribus, cum eleganti concameratione, quam fulciunt nobiles columnę cum ſignis & cum teſſellati operis tabulis, conſtruxit ſumptuosè adeò, vt inter ſtructuras Italiæ admirandas cenſeatur. Eius certè operis elegantia famaque inductus eſt Alexander VI. Pontifex, vt ſacra D. Ianuarij Lipſana, ex Montis Virginis Cœnobio, in Cellam eam ornatiſſimam (*à Neapolitano Archiepiſcopo, Alexandro Carafa, Oliuerij fratre, ac Pauli patruo*) permiſerit transferri. Vixit Oliuerius in Purpura annis ſex & quadraginta, ſemper integra, imò verò aucta exiſtimatione apud externos etiam Reges ac Principes; ac potiſſimùm apud Regem Catholicum. Habuit in cenſu annuo, è ſolis prouentibus Eccleſiaſticis, aureorum ſeptuaginta millia, quæ olim opes propemodùm patrimonia Regum æquabant; felix, quoniam eas obtinuerit; felicior, quoniam eaſdem ſapientiſſimè diſpenſauerit. Obijt anno milleſimo quingẽteſimo vndecimo: & vltimo biennio, vixiſſe fertur maximè ex ſorbili auro; nec alio cibo nutriri decuit eum, qui ſemper habuerat animam aureã. Sepulchrum denique ibi meruit, vbi ædificauerat D. Ianuario triumphũ. *De exſtructis, ac exornatis ab Oliuerio Templis ac Monaſterijs, vide Hieronymũ Garimbertum* in 1. parte de vitis ac geſtis memorabilibus aliquot Põtificum & Cardinalium lib. 1. cap. 11. *Onuphrium Panuinium* in vita Sixti IV. *Gabrielem Pennottum* in hiſtor. Can. Reg. lib. 3. cap. 33. *Georgium Vaſarium Aretinum* in par. 2. Vit. Pictor. *Et Bartholomæum Chioccarellum* de Archiepiſcopis Neapol. in Oliuerio. *vbi demum hæc ait: Et ſi pluries Oliuerius proximus fuiſſet Pontificatui, illumque minimè adeptus eſſet; attamen tantæ ſemper fuit authoritatis apud Reges & totius Mundi Principes, vt vix Pontificia corona ei deeſſet. Sed conſtans fama tunc erat, quòd ſi Iulio II. ſuperuixiſſet, ad Pontificatũ*

facil-

facillimè & proculdubio aſſumeretur. Audita verò eius morte Iulius, quem dolorē concepiſſet, hoc Diplomate expreſſit. Dilecto filio N. Leonardo tit. S. Suſannæ Presb. „
Cardinali Agennenſi in alma Vrbe N. Legato, & ſecundùm carnem Nepoti, & „
V. fratri Ieſue Epiſcopo Aſculano eiuſdem almæ Vrbis Gubernatori. Dilecte fili, „
& Venerabilis frater, grauem animi dolorem accepimus audito obitu beatæ memo- „
riæ Oliuerij Epiſcopi Oſtienſis, Cardinalis Neapolitani nuncupati. Erat enim fir- „
miſſima Sanctæ Apoſtolicæ Sedis Columna: cuius conſilio, vtpotè ſapientis & opti- „
mi Viri, libenter in grauibus rebus vtebamur &c. Datum in Arce Mirandulæ Re- „
ginenſis Diœceſis ſub annulo piſcatoris die 24. Ianuarij 1511. Pontificatus noſtri „
A. VIII. Ceterùm, occaſio cur Ioannes-Petrus Romam, domum Oliuerij ſe receperit, iter fuit, ab Alexandro Carafa Neapolitano Archiepiſcopo, eius Patruo, & Oliuerij Cardinalis germano fratre ſuſceptum: quem Rex Alphonſus II. Aragonius Oratorem ad Alexandrum VI. Pontificem Romanum legauit; vti nos fuſiùs in altera Pauli Vita *narrabimus.*

---

1 *Io. Petrus adhuc puer, pubertatiſq; annos vix ingreſſus, trium principum linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ latices hauſit: ac vitæ integritatem ſacrarum literarum cognitioni coniungens, ab Oliuerio Card. Carafa, Patruo ſuo, cuius in epiſtolis Cardinalis Papienſis frequens & honorifica fit mentio, amplum habuit Sacerdotium: & in Iulij II. Rom. Pontificis gratiam eò vſq; inductus, vt in arduis Reip. Chriſtianæ rebus ab hoc ferè neminem audiret.* Ludouicus Donius in flor. hiſtor. S. Colleg. S. R. E. Cardinal. to. 3. an. 1536. fol. 130.

DISQVISITIO OCTAVA.

Quæ in Io. Petro puero ac iuuene Virtutes emicuere? Oblatū ne ſibi Epiſcopatum ſtatim arripuit, an alij conferendum curauit? Quo ipſe primùm munere functus eſt? Aut quomodò inauguratus Antiſtes Theatina in cura ſe geſſit?

P. Iulius Nigronus è Societ. Ieſu in Hiſtor. Diſput. fol. 19. lin. 18.

2 EST qui funebrem eius orationem habuit Ioannes-Paulus Flauianus--qui (*in Collect. Ant. Caracc. fol. 118.*) Veritatem benè notat. Ioannes-Petrus Carafa, inquit, puer à Patre, Viro Clariſſimo tàm diligenter, tàm piè fuit educatus; vt vix credi poſſit, quanta præter egregiam indolem, ac prope incredibilem ingenij celeritatem in puero eximiæ virtutis ſignificatio apparuerit. Nullum vnquam is verbum inſolens effudit: Nihil vnquam nobili puero indignum egit. In omni actione caſtè & continenter, vti ferè in perpetua vita, ſe geſſit. Etenim

Digitized by Google

quantoperè is fuerit optimarum artium ſtudioſus, nihil attinet recenſere. Sed illud vnum non prætericrim; Quòd dum operam daret nunquam ſatis laudato Cardinali Oliuerio Carafæ, cuius domus ſemper doctiſſimis viris referta erat (quod Cato admodùm ſenex in Senatu, & Cleanthes in ſeruitute conſtitutus factitarunt) quàm ſæpiſſimè in angulis libellum aliquem raptim furtimuè inſpiciebat adoleſcens. Vt qui intelligebat, vel exiguum in adoleſcentia laborem, vberrimos afferre fructus in ſenecta. Quid item illud? Quòd perbenignè ſibi à ſuis oblatum Epiſcopatum, tantùm abeſt vt prænſarit; vt non modò apertè recuſarit, verùm etiam (quod in maxima laude ducendum eſt) ſuo Præceptori, non ſine magna quadam caritate, conferendum curarit. Is præterea dignus habitus eſt, qui adoleſcens Catholicum Regem, Summi Pontificis nomine ac iuſſu, exciperet, in Neapolitanum Regnum aduentantem. Ad Epiſcopatus autem gradum cùm aſcendiſſet, ita ſe præbuit, vt nihil vnquam (ſicuti verum Epiſcopum decet) in eo deprehenſum ſit, quod reprehēdi poſſe videretur. *Hæc ille; quæ iterum, vt Io. Petri Carafæ virtus clariùs pateat, inferiùs explicanda.*

---

1 *A Iulio primùm Theatinus Antiſtes creatus eſt: tùm in Angliā ad colligendū, quod vocant, S. Petri denarium, ſeu vectigal miſſus: deinde ad Ferdinandum Hiſpaniarum Regem, apud eum ipſiuſque heredem Carolum diu manſit. Cui etiam ita gratus euaſit, vt inter eos, qui à ſecretioribus conſilijs ipſi erant, illum cooptarit, & Regio Sacello Præfecti ſeu Archicapellani munus eidem detulerit. Quo ſub Carolo Hiſpaniarum Rege, ac poſteà Imperatore, vſque ad Hadriani Papæ VI. tempora, functus eſt. A quo etiam Pontifice denuò Romam accerſitus, ad corrigendos hominum mores, & reſtituendam, quæ collapſa in primis videbatur, Cleri diſciplinam, incredibili apud eundem Hadrianum gratia floruit, quocum ei ob morum ſtudiorumque ſimilitudinem intima conſuetudo, dum in Hiſpanijs ſimul degerent, coaluerat. Fuit autem potiſſimùm Ferdinando Regi Catholico notus, atque percarus. Ad quem Iulij II. Pontificis Maximi nomine ſalutandum, Neapolim adijt. Vbi poſtmodùm narrabat Carafa, ſe tùm primùm Pontificale munus publicè exercuiſſe: cùm ſcilicet, vniuerſo Clero præeunte, ſolemni apparatu Regem excepit: de cuius Regis eximia pietate ac prudentia plurima ſolebat exempla referre. Qui & Carafæ viciſſim adeò fuit ſtudioſus, vt ſuarum Ditionum Adminiſtris, ac Ciuitatum Rectoribus, per quas eidem in Angliam ituro tranſeundum erat, diſtrictè iuſſerit, vt illum ſplendidè acciperent hoſpitio: quod & egregiè præſtiterunt. Vnde fortaſſis ortum eſt Margaretæ Auſtriacæ Belgij ſupremæ Gubernatricis Carafæ apud ſe habendi deſiderium vehemens; cui ille paruit non inuitus: à qua & multa honoris teſtimonia reportauit. Quemadmodùm & ab Henrico VIII. Anglorum Rege: apud quem triennium commoratus eſt: & de quo narrabat Carafa, quàm præclara in eo*

vir-

Digitized by Google

virtutum omnium agnouiſſet fœmina; quantùmque idem ſibi rebuſque ſuis ſemper fauiſſet. Fuit ſanè præclaris animi dotibus præditus Henricus; literatoſque, qualis erat ipſe, ſummo in pretio habuit: cùm & edito aduerſus Lutherum libro, Defenſoris Fidei titulum, Leonis X. Diplomate, conſequi meruit: vt eſt apud Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores, ac è noſtratibus Gallis Florimundum Ræmundum Senatorē Burdegalenſem, in opere de ortu, progreſſu, & interitu Hæreſeos noſtri temporis lib. 6. cap. 4. & 5. *nosque ipſi in Cardinali Fiſchero ſupra vidimus. Sed poſuit ille tres maculas in gloria ſua, crudelitatis nimirum, rapacitatis, atque laſciuiæ: deprauatoque eius per mulierem corde, cecidit de Cælo lucifer, qui mane oriebatur; & filius Sion, ideſt Eccleſia, cùm eſſet inclytus, & amictus auro primo, repentè ex Electionis vaſe reputatus eſt in vas teſteum, opus manuum figuli*. Ludouicus Donius lo. cit. fol. 130.

DISQVISITIO NONA.

Quas ipſe in Angliam & Hiſpaniam Legationes obiuit? Promeruit ſummine erga ſe Pontificis ac Regum amorem? Quomodò ab eiſdem, & à Margherita Auſtriaca in Belgio exceptus eſt?

P. Auguſtinus Oldoinus è Societate Ieſu lo. cit. in Vitis & Geſtis Rom. Pontif. to. 3.

2 TRium Principum linguarum, Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ, bonarumque omnium diſciplinarum, ſacrarum literarum in primis latices hauſit. Romam adiens, ab Oliuerio Carafa virtute & exiſtimatione celebri Cardinali perhumanitet exceptus eſt, & Iulio II. commendatus, à quo Theatinam Eccleſiam accepit. Tum in Angliam ad colligendum ſancti Petri denarium, ſeu vectigal: deinde ad Ferdinandum Hiſpaniarum Regem Neapolim miſſus, vt illum ex Hiſpanijs illuc accedētem dignis honoribus, Pontificis nomine, exciperet: apud quem, ipſiuſque ſucceſſorem Carolum, diu manſit. Cui etiam ita gratus euaſit, vt inter eos, qui à ſecretioribus conſilijs ipſi erant, illum cooptarit, & Regio Sacello Præfecti munus eidem detulerit: quo ſub Carolo Hiſpaniarum Rege ac poſteà Imperatore, vſque ad Hadriani Papæ VI. tempora, functus eſt.

P. Silueſter Petraſancta in Elog. ac Stemm. num. 12. fol. LXIX.

3 Ioannes-Petrus Carafa, Ioannis-Antonij ſecundogenitus---fuit Epiſcopus Theatinus, Archiepiſcopus primùm Brunduſinus ac deinde Neapolitanus; præterea Legatus Apoſtolicus ad Ferdinandum Regem Caſtellæ, & ad Henricum VIII. Regem Britanniæ. *Sed Neapolitanam infulam, poſt conditum Ordinem, ac S. R. E. Cardinalis, accepit.*

P. Ioan-

Digitized by Google

P. Ioannes Rhò è Societate Ieſu in Apolog. interrog. fol. 268. lin. 28.

4 Audiatur & Hieronymi Magij de eodem Carafa teſtimonium. Ioannes-Petrus Caraphus, inquit, vir Neapolitanus, cuius familia in omni Italia cùm vetuſtate, tùm illuſtrium virtutum ſplendore ac opibus, clariſſima ſemper fuit, Græcis, Latinis, atque Hebraicis literis egregiè inſtitutus, pubertatis annos vix ingreſſus, ab Oliuerio Carapho, Patruo, qui Cardinalis erat, eſt Sacerdotio auctus ampliſſimo. Is autem cùm à natura adiumenta haberet rerum gerendarum, natuſque ad hoc potiùs, quā ad Sacerdotium videretur, Patruo vix ægrèque obtemperauit. Ille huic perſuadebat, non defuturas ei occaſiones & campum, in quo vires ingenij ſui atque induſtriæ poſſet exerere: atque ita eum breuì induxit in Pōtificis Maximi gratiam, vt ille & cariſſimū Io. Petrū haberet, & in rebus arduis Chriſtianæ Reip. neminem præter hunc ferè audiret. Factūq; eſt, vt deindè eum ad Angliæ Regem Internuncium miſerit. Inde verò ad Ferdinandum Catholicum Regem Caraphus migrans, apud eum eiuſq; hæredem Carolum, diu manſit. Cui Carolo ita gratus euaſit, vt in ſuorum qui à conſilijs erant, cooptarit; eumque Sacerdotio optimo donarit.

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in Hiſtor. Diſput. fol. 19. lin. 18.

5 Anton. Carafa Card. eius Conſanguineus veritatem benè notat. A Margarita Auſtriaca, inquit, quæ à Maximiliano Cæſare, Belgio ſumma cum poteſtate præfecta fuerat, requiſitus, vt ad eam venire ne grauaretur, libenter adijt. Id accidit, poſtquàm triennium tranſegiſſet in Britannia apud Henricum Regem, cui fuit cariſſimus; narrabatque viciſſim de eo Rege Carafa, egregia virtutum ſemina, & quanta ſibi is rebuſque ſuis ſemper fauerit. Carus admodùm fuit & Ferdinando Catholico Regi, quem Neapoli nouit, cùm ad illum Iulij II. Pont. Max. nomine excipiendum, Neapolim adijſſet. Dicebat poſtmodùm Carafa, ſe tùm primùm Pontificale publicum munus exercuiſſe, cùm ſcilicet toto Clero præeunte, celebri pompa, Regem excepit. Eximia de eius Regis pietate ac prudentia narrare ſolebat exempla. Ipſius verò adeò Rex fuit ſtudioſus, vt vltrò ſcripſerit ſuis adminiſtris, Rectoribus Ciuitatum, per quas Carafæ in Angliam ituro tranſeundum erat, illum ſplendidè exciperent hoſpitio. Quod ij profectò præſtiterunt egregiè. Inde etiam orta eſt Margaritæ Auſtriacæ habendi apud ſe Carafæ, ſtudium, & petitio.

P. Sfortia Palauicinus S. R. E. Card. è Soc. Ieſu in hiſtor. Concil. Trid. p. 2. lib. 13. cap. 14. fol. 59. dicit

6 Paulum in Aula Ferdinandi Regis Catholici magno in pretio habitum, ob probitatem atque doctrinam—-tametſi Carolus ſucceſſor, qui

eum

cum ad Brunduſinum Archiepiſcopatum nominauit, magis illi ſemper æſtimationem, quàm confidentiam exhibuerit.

---

1 *Occaſione Concilij Lateranenſis, quod Leo X. recens creatus abſoluere inſtituit, ſe contulit Romam die 2. menſis Februarij An. 1513. Verùm in itinere Populonio tranſiens nactus eſt opportunitatem & cauſam Fidei firmitudinem oſtendēdi, quam Sacris ipſe rebus haberet. Ingens quippe ignis caſu illic excitatus, ſe ſeque latè diffundens, Oppido exitium minabatur: nullaque hominum multitudine vel induſtria extingui poterat. Tùm Deo fidens Epiſcopus, ac nihil pauitans, ſcalas ſibi afferri imperauit: quas parieti incendio propiori admotas conſcendens, ceream Diuini Agni effigiem, quam collo ſuſpenſam ad ſui tutelam ferebat, Fidei plenus in voraces flammas coniecit: quæ momento ſua ipſæ ſponte repreſſæ prorſus euanuerunt &c.* Antonius Caracciolus in Vita lib. 1. cap. 7. & ex eo Io. Baptiſta Caſtaldus in vita cap. 1.

DISQVISITIO DECIMA.

Cur ipſum Pontifex, accerſitum Romam, in Vaticanas ædes honorificè admiſit? Et quod nam in itinere ſopiuit incendium? Antonij Cardinalis Carafæ eius Nepotis Virtus iterum ac fuſiùs explicetur.

P. Sfortia Palauicinus S.R.E. Card. è Societ. Ieſu in Hiſtor. Concil. Trid. par. 1. lib. 2. cap. 4. num. 1. fol. 196.

2 AD inducendam Reformationem, duos Viros Hadrianus in Vaticanas Ædes accerſiuit ex ijs, qui tùm viuerent in his partibus, & maiori in pretio ob probitatem ſtudioſamque prudentiam habebantur: ideſt, Ioannem-Petrum Carafam, Archiepiſcopum Theatinum, Nuncium à Leone in Hiſpaniam & Angliam miſsũ, vt fœdus cõtra Turcam curaret: & Marcellum Caietanum; non Caietanum Thienæum, qui prædictorum Clericorum Regularium alter eſt Inſtitutor. *Tunc in itinere præclarum facinus accidit, nequaquam prætereundum: de quo loquitur hunc in modum*

P. Auguſtinus Oldoinus è Societate Ieſu in Paulo III. lo. cit.

3 A quo Pontifice denuò Romam accerſitus, ad corrigendum hominum mores, & reſtituendam, quæ collapſa in primis videbatur, Cleri diſciplinam, incredibili apud eundem Hadrianum gratia floruit. Apud Margharitam Auſtriacam Belgij ſupremam Gubernatricem aliquando commoratus eſt. Romam item cùm pergeret, Populonij incendium planè ingens offendit, quod toti Oppido exitium minabatur. Tunc Ioannes-Pe-

Digitized by Google

nes-Petrus ſcalas afferri,& ad imminentem incendio parietem admoueri iuſſit.Quas cùm ipſe nihil veritus aſcendiſſet,fusa primùm ad Deum prece, ceream Cæleſtis Agni effigiem cum Crucis ſigno in ignem coniecit: qui ſtatim cum ingenti omnium admiratione eſt extinctus: hodieque ſacra illa cera,integra prorſus & illibata inter prunas inuenta ad rei memoriam ſeruatur. Vt refert Mutius Cranza in deſcriptione ſamnij, & Antonius Cardinalis Carafa in Apologia. *At Ioſephus Sylos,inquis,in Clericorum Regularium Hiſtorijs* par.1.lib.1.pag.21.*de ea Oppidi conflagratione, & mira ignium extinctione,planè non meminit. Num qui veritati ſua ſcriptione litabat,id omninò commẽtum exiſtimauerit? Sanè ego amicè Virum,poſt euulgatũ elegantiſſimum Opus interrogaui,cur ſilentio egregium adeò facinus obuoluiſſet? Et quòd id ipſum* in Petraſancta *de Antonio Cardinali Carafa legerat; ſe ingenuè putaſſe reſpondit, per errorem Iaanni-Petro à noſtris Scriptoribus attributum,quod vni tantùm (vt ipſe credidit) Antonio Nepoti contigerat. Laudaui ego probi hominis,ingenuique Scriptoris, ſinceram quidem mentem ac fidem. Sed quòd Antonium Caracciolum, pientiſſimum ac erudituiſſimum illum ſenem, à quo de Paulo quicquid ipſe luci dedit acceperat,tàm ſupini erroris argueret,laudare nequaquã potui. Itaque vt hiſtoriæ veritatem,& virtutem Ioãnis-Petri noſtri Ordinis Conditoris oſtenderem,illum citatum ad Mutium amandaui; alioſque ſubiunxi, qui hoc ipſum diſertiſſimè narrant: & extare etiam nũc ceream illam icunculam atteſtantur. An prudenti Viro ambigendi locus ſupererat, vt ſine noſtri Ordinis hiſtoriarum iniuria,quicquid ea de re tabulis alij conſignarunt, de medio ipſe tolleret, deleretque? An non ſatis eſt quamplurium Scriptorum authoritas, & Oppidorum diſcrimen,vt vtriuſque rei geſtæ diuerſitas ſine errore deprehendatur? His auditis, ſummoperè illi diſplicuit,doluitque,ſua ſe Hiſtoria,ac Pauli Vita,non aſpernabilem gemmam eripuiſſe. Quod tamen Auctoris integritati,qui non vulgare ſuo ipſe Operi pretium fecerit,animi ſtylique candore,quo Deo viuit ac ſcribit,eſt condonandũ. Ne quem verò eius ſilentium & authoritas quicquam moueat,vt omnes illos Scriptores erraſſe putet,qui rem,quam dixi,vni tantùm Antonio non adſcribunt; diſertiſſimi hominis ex Societate Ieſu teſtimonium afferam: quo apertiſſimè demonſtrabo,illud ideò mirum facinus ab Antonio patratum, & incendium extinctum fuiſſe; quòd à Paulo factum cùm illi in mentem veniſſet; mirificè ipſius animum ad idem in re ſimili opportunè gerendum, & ſpem fidemque in Deum ritè concipiendam incendit. Inſignis planè Orator,quem huc ſubijcimus, audiatur. Neque enim quenquam pigebit alias Antonij laudes à tanto Viro prolixiùs enarrari: qui etiam Pauli IV. mentionem ac laudem in orationem ſuam haud ſemel iniecit.*

P. Franciſcus Bencius è Soc. Ieſu in orat. & carm. in Orat. 21. in funere Antonij Carafæ Cardinalis fol. 338.

4 Multa enim huic viro ſupra communem morem, & conſuetudinem,diuinitùs obtigerunt: vt veniat mihi interdum in mentem vereri, ne or-

ne ornandi cauſa fingere videamur: cùm contra futurum ſit, vt qui Antonij vitam & mores perſpectos habent, multa à nobis prætermiſſa, vbi peroratum fuerit, iuſtiſſimè conquerantur. Hoc certè, quod paulò antecram aggreſſus, relinquendum non eſt. Oro vos, Auditores, quoniam nō nihil pertinet ad comprobandos ritus Catholicæ religionis, vt facitis, diligenter attendite. Ego rem ipſam breuiter, & ſimpliciter explicabo. Septimodecimo Calendas Quintiles, qui dies Vito eſt & Modeſto & Creſcentiæ ſacer, qua tempeſtate permagni æſtus eſſe ſolent, in quamdam ædium partem Dynaſtæ Montis-Nigri, apud quem eo tempore verſabatur Antonius, improuiſo caſu adhæſit ignis, tanta vi, atq; impetu, vt cū iam corripuiſſet lacunar cubiculi, materiam ad exardeſcendum aptam, & proxima quæq; populando, anteiret remedia velocitate mali, timendum eſſet, ne deflagraret domus, & vno incendio concideret vniuerſa. Hic, quod in eiuſmodi rebus fieri amat, cùm conſilium darent omnes, periculum ſibi ſumeret nemo, magno animo, ſed maiore in Deum fiducia, Antonius (CVM REDISSET IN MEMORIAM PAVLI QVARTI, A QVO TALE ALIQVID ALIQVANDO FACTVM ACCEPIMVS) ſcalas miræ longitudinis in parietem poſcit: & omnibus mirantibus, veroque vultu, & trepido pectore, tantum ne facinus auderet, neue ſe in apertum diſcrimen conijceret, magno opere diſsuadentibus, contento curſu, ſupremos gradus arduo ſuperat aſcenſu, in tectum peruolat: hic vero, cum miraculo audaciæ obſtupefacti viri pauidi ſtetiſſent, & exanimatæ metu mulieres duplicarent vota, & nihilo ſecius baccharetur ignis, nec longiùs abeſſet ab Antonio, flexit ille ſuppliciter genua ad Deum preces effudens: quas veluti ſenſiſſet auditas, diuini plenus ardoris exſurgit; ſacramq; cæleſtis agni effigiem, quam habebat ad collum, impreſso crucis ſigno, omnibus inſpectātibus, in medios ignes iacit. Mirum dictu, ſed verum: quę indomita dudum furebat, omniaq; ſe hauſturum minitabatur flamma, reſedit repente, ſuaq; ſponte ſopita primùm, mox etiam extincta eſt. Auxit religionem Antonius, qui virginali quadam modeſtia, Dei virtutem extollens, cùm fieri negaret poſse, vt ſacra plaguncula fuiſset igni obnoxia, ſedulòq; perueſtigaſset, illam illibatam omnino inter medias prunas, atque integram prorſus offendit: quæ etiam nunc, ad rei memoriam, ab eodem Dynaſta ſanctè pièq; ſeruata venerationem habet. Breue factu, Auditores, idemq; breuius dictu, ſed quod & inter faciendum, plures habuit admirationis, & nunc etiam inter narrandum, ſi paulò inſpiciatur attentiùs, non pauciores habere poſſit laudationis gradus. Fortuito igni abſumuntur tecta, flammam ac terrorem latè ſpargentia, quid terribilius? cunctantibus cunctis, aut diſſimulantibus, in præſens periculum per præcipites ſcalas celeriter contendit Antonius, euadit in ſummum, quid audacius? proximè accedit in-

Digitized by Google

cendium, prouolutus in genua intentis Deum oculis, & immoto corpore orat, quid animi ſecurioris? coniecta cerula, quæ alioquì primo ſtatim afflatu colliquefieri poſset, peſtem abſterret validè dominantem, quod maius argumentum pietatis? ex ardentibus adhuc reliquijs, & fauillis parum fideliter extinctis, recipit ſacroſanctum pignus, quaſi depoſitum commiſiſset, quæ clariora indicia conſtantis religionis? Et quidem in re deſperata illud cogitare, Chriſtianæ fuit prudentiæ: audere velle, fortitudinis: nihil timere, conſcientiæ: perficere, ſanctitatis: puram ceram nec tactam igni, ac ne leui quidem fuligine reſperſam ex incendio tollere, cognitæ Deo acceptæque virtutis. Vt tantæ rei narratio ademptura ſit alteri admirationem, quam tamen breuiter curſimque perſtringam: tùm quoniam Dei enuntiare opera, & confiteri, valde decorum eſt, tùm etiã, ne qui propter egregiam voluntatem & amorẽ diuinorum myſteriorum, res eiuſmodi ſitientibus auribus, & libentibus animis accipiunt, debita voluptate fraudentur. Eo igitur tempore, quo inuicta Antonij virtus in cæcis tenebris eluxit, per illos ſemper honoratos, & acerbos dies, quibus anniuerſario ritu ſalutis noſtræ auctoris mortui ac ſepulti memoria renouatur, in quoddam Cœnobium religioſæ familiæ, vt excluſis ceteris, Deo meliùs vacaret, ac ſibi, Antonius diuerterat. Exornauerat magnificè, atq; inſtruxerat, ea ſcilicet arte, quam didicerat per puerilem oblectationem, textili ſtragulo, conchyliatiſq; peripetaſmatis, multo item argento, honorarium monumentum: in quo condita cùm eſſet ſacroſancta Euchariſtia, plurima face collucens, & cuſtos, de more qui excubaret, relictus, ſera iam nocte, cum reliquis diſceſſit in interiorem domum. Hìc cùm modica cœnula, cibo potuque tenuiſſimo, procurarent corpora, ſurgit confeſtim è menſa Antonius, aliquid animo præſagiente: &, Imus hinc, inquit, in templum; vereor ne ſepulcri ornamenta corripuerit ignis, dormiente cuſtode. Nec fruſtra erat diuinitùs iniecta præſagitio: ſopitus iacebat excubitor, audacior flamma volitabat, magno quidem damno, ſed periculo maiore, niſi Antonio ad tempus occurrente, & hic fuiſſet excitatus, & illa compreſſa. Ex quo patuit apertè, hunc ab eo atque illum ignẽ, non ſine ope Diuini Numinis extinctum. Equidem cùm de vtroq; facto cogito, ſimulq; amorem incredibilem pulcherrimæ pudicitiæ, quo Antonius ſemper exarſit, conſtituo mihi ante oculos, Dei prorſus beneficio factum videtur, eius vt corpus inuiolatum eſſet ignibus, cùm animus inuictum ſe præſtitiſſet ſemper ab omni flamma impuræ libidinis.

5 Declaratũ id maximè, ijſdẽ ferè annis, vno atq; altero, quę proximè ſubijcientur, exemplis: facit enim veſtra nobilitas, vt iſtam auram benignitatis, quæ iamdudum impleuit vela noſtræ orationis, conſtantem ac perpetuam, dum ex alto inuehar in portum, ſperem futuram: cùm præcipuè nemo libentiùs audiat laudes aliorum, quàm illi, qui ipſi quoque

lauda-

laudabilia fecerunt. Erat iam Antonius annorum circiter duorum & viginti, eadem ſemper naturæ bonitate, voluntate, & inſtituta ratione vitæ, vt quanta ad ætatem, tanta etiam ad probitatem atque doctrinam fieret acceſſio. Factum eſt, vt hyemali quodam die, cùm multo mane focum famuli accendiſſent, ad aliaque negotia digreſſi eſſent, attentè legens librum, quem cum lumine popoſcerat, ſe teneret in lecto. Hìc oblata, an captata occaſione, mulier, quam ſuæ pulchritudinis non pœnitebat, inſtigante diabolo, hortante libidine, per pſeudothyrum in cubiculum clam omnibus ingreditur, & nullum ſtrepitum pede faciente, peſſulum oſtio obdit: furem diceres theſauro inhiantem: & ſanè ita erat: ad lectulum obrepſit propiùs, quàm neceſſe erat probæ: iamq; adhibebat illecebras prænuntias flagitij, iamq; tendebat impuriſſimas manus. Quod vbi animaduertit pudentiſſimus adoleſcens, indigniſſimè ferens impudentiſſimam mulierculæ audaciam, recordatus, quid olim in ſimili periculo fecisset Bernardus peradoleſcens, quam poteſt maxima voce famulos inclamat. Vaſtum erat cubiculum, & clauſum: nemo accurrebat, nemo reſpondebat, exaudiebat nemo: ſolus erat ipſe, nulla extrinſecùs ſpes auxilij; intẽtabat furia teterrimas faces, & rurſum diabolus ſolita arte per præſtigias mulieris ſolicitabat Antonium. Quid faceret oppreſſus, & obſeſſus, cùm ageretur ſumma rei cariſſimæ, neque, in tantis difficultatibus, conſilij vllius exitum inueniret, & celeritas periculi cogitandi ſpatium auferret? Excitauit memoriam (nec dubium quin admonitus à Deo) ad cogitationem Thomæ Aquinatis, quem miro ſemper honore coluit: eumque tacitè veneratus, pulcherrimum ipſius facinus in re præſenti ſtuduit imitari. Cùm enim eſſet camino proximus luculento, repentino impetu, batillum, quem habebat ad manum, implet prunis ardentibus, eaſque omnes, vt ignem igni reſtingueret, in vultum ac ſinum veneficæ violentus effundit: quæ fauilla ac cinere oppleta, non tam dolens ſuo damno, quã mœrens non expugnata pudicitia aliena, protinus aufugit: dicerem pudore perfuſam, niſi iam illum vel in cogitato ſcelere perdidiſſet. Taceat nunc prodiga laudis vetuſtas: exaggerari non poteſt huius facti gloria, cùm verba non occurrant niſi re ipſa minora. Video locum, in quo ſimilibus exemplis, & contrarijs, afferendis & conferendis, excurreret atque exultaret ſpecioſa cuiuslibet eloquentia: ſed quoniam ita res magna eſt, atque ampla, vt dici pro dignitate non queat, eam in admiratione veſtra, Auditores, relinquo, eòque libentiùs prætereo, quòd ad alterum, & par in eodem genere Antonij factum, feſtinat oratio: quod ſi item verbis æquare non potero, oro vos atq; obteſtor, ipſum vt potiùs à ſua magnitudine, quàm à noſtra tenuitate, exiſtimandum arbitremini: ex quo etiam à me nihil augeri, ſed exponi tantùm omnia ſimpliciter, intelligere debetis.

Digitized by Google

6 Victus erat priore prœlio dæmon, neque tamen defatigatus, aut fractus: alteram admouit machinam ad arcem demoliendam: credo etiã plures, ſed victorias ſtudiosè occultabat modeſtus adoleſcens, qui ſuarũ rerum teſtem atque arbitrum Deum volebat eſſe, non homines, præclaraque fretus conſcientia, non inani gloriæ laborabat, ſed ſolidæ virtuti. Et hæc duo, vti ſe habuerunt, cognita, non ex ipſius narratione, ſed ex aliorum prædicatione, habemus. Vt igitur paucis expediam. Cùm aliquando ſe in bibliothecam abdidiſſet, vir quidam cum coniuge perhoneſta facie ac liberali, ad famulos accedit, ad dominum aditum orans: &, quoniam neminem vmquam à congreſsu neq; ianitor neq; negotium abſterruit, & erat in miſeria multorum perfugium miſericordiæ, admiſsus cùm eſset, orationem habet demiſsam ac ſupplicem: ſuam exponit inopiam, vt ſubueniatur orat: atque, vt eſt interdum paupertas peccandi magiſtra, vxorem præſentem offert, qua ipſius conceſsu ad ſuum arbitrium abutatur. O lutum, ò tenebræ, ò ſordes. Tu ne coniugem tuam, cuius tibi pudicitia, quàm vtriuſq; vita carior eſse debuit, quaſi venalem habuiſti? Tu ne, hominum nequiſſime, caſtiſſimas adoleſcentis aures, tam acerbo conuicio vulnerare non horruiſti? Et grauius quidem, Auditores, hoc cõuicium Antonio viſum, quàm vt patiens ipſius aures ferre poſsent: vſq; adeò commotus eſt, vt malè acceptum verbis hominem vltimum ſupplicium illi minitans, ſi reuerti cum tali prœmio auderet, extemplò dimiſerit: quamquam poſteà, ne videretur pecuniæ magis, quàm pudicitiæ pepercisse, per fidelem virum, ac prudentem, miſit aureos aliquot nummos, cum ſeueriſſimo interdicto, ſi non hominis cauſa, at certè humanitatis. Hoc erat robore animi, hac indole virtutis & continentiæ, Antonius. Quod ſi fluuius fuit quiſpiam, aut eſse creditur, qui mari acceptus, non receptus, per ſalſas aquas, dulces vndas, & ſuas dumtaxat perpetuo trahens, olei modo ſupernatet, aut animal, quod medios ignes peruolitet impune, hoc ipſe profectò fuit: qui quibus temporibus inuictus à calamitate, de rebus ſuis aduerſis, iiſdem etiam integer à libidine, de vitijs egit triumphum: vt qui attentè hoc conſiderarent, non ſperarent ſolùm, ſed planè confiderent, procreatorem mundi Deum, qui ex turbido tranquillum facit, non permiſsurum diutiùs, vt tanta lux deliteſceret in angulo, quæ illuſtris etiam poſset eſse, in hac luce Romana. Accedebat mater pleniſſima pietatis, quæ quotidianis illis, vti diximus, precationibus, pro filio vota faciebat. Quamquam & ipſa quoque inter orandum audire vocem viſa eſt clariorem humana, qua & nominatim compellata, & benè ſperare de filio iuſſa eſt: neque verò aut huius ſpes, aut illorum fides, ludibrio fuit. Conuerſus enim eſt orbis Chriſtianæ reipublicæ, atq; ad eius gubernacula admotus, commemorabili vir pietate, & nulli Pontificum ſecundus, Pius Quintus magnus auunculus tuus, Alexandrine Cardina-

dinalis:qui,cùm olim Antonio familiariter fuiſſet vſus,eumque propter admirabiles ipſius virtutes amaret plurimùm,eum ad ſeſe per litteras accerſit,eiuſq; cauſam,cui rectiſſimè confidebat, voluit de iure cognoſci, ac diligenter diiudicari: quo experimento ſingularis Antonij integritas atque innocentia clariùs apparuit: vt non tantũ inuidiæ collegerit olim promiſcuè delatus,quantùm nunc meruerit laudis ſeorſum abſolutus. O rerum omnium præpotens,immortalis Dei Fili,Patris veritas,& ſapientia,Deus etiam ipſe,Chriſte Maxime,qui,humana natura aſſumpta,inter mortales vnus è mortalium numero eſſe voluiſti: vt ſunt verba omnia tua effata,ſapientiaque dicta! Tu,cùm homines pietatem doceres,atq;ad cęleſtem vitam inſtitueres,admonere ſolebas,vt quærerent præ cæteris rebus regnum Dei: facilè enim reliqua omnia in cumulum acceſſura. Oraculum magiſtri, tùm alij perſæpè multi, tùm etiam Antonius ipſe comprobauit:qui cùm reſtitutus eſset in priſtinam dignitatem, cohortemq; Pontificis,ſuis rectè factis,quæ omnes virtutis numeros continerent,breuì confecutus eſt,vt ſummam omnium opinionem,quæ erat de ipſius virtute,admiratio ſuperaret: & ſuperior ille diſceſſus optandus fuiſſe & expetendus videretur,quo carior videlicet omnibus atq;expectatior rediret. Cùm igitur iàm videretur locus virtutibus patefactus,excellenſque gloria ſua luce depuliſſet omnem vmbram inuidiæ,maximus idem & ſanctiſſimus Pontifex Pius, qui acerrimo ſemper fuit iudicio, in deligendis viris,& decernendis honoribus, Antonium virum religioſiſſimum, prudentiſſimum,optimum,ſingulari virtute ac modeſtia præditum, ampliſſimo veſtro cœtu & concilio, Cardinales illuſtriſſimi, dignum eſse iudicauit;cùm ferè eo ipſo die expleret annum,quo inuentor veritatis & magiſter vitæ Chriſtus Deus incœpit dare hominibus præcepta viuẽdi. Et intellexit ille tanto honore auctus, quantum oneris impoſitum ſuſtineret:quàm ob rem totum animum,omnem curam,operam, diligentiamq; ponendam ſibi putabat in amplificatione honoris & glorię, Chriſtianæ religionis: quod niſi ab illis fiat quorum humeris innixa eſt,altiſſimum iſtum gradum honoris ſummo proximum,plus inuidiæ,quàm dignitatis afferre:hocquè ipſum,quòd Deo auctore cupiebat,eodem adiutore adeò præſtitit,vt cogitatis,dictis,factiſque omnibus, formam expreſserit veri ac perfecti Cardinalis. Iàm verò,quoniam nos, dùm ſumma rerum faſtigia perſequimur,eum in locum narrationis ordo deduxit,vndè emergere proprijs viribus nullo pacto poſsumus: vt poetæ,cùm maius opus mouentes non reperiunt quemadmodùm expediant exitum inſtituti poëmatis,confugiunt ad Muſas,multò veriùs,& iuſtiùs,in hac magnitudine rerum,& copia,tuum ego ſancte Spiritus præſidium,tuam opem, tuum numen appello:tu tibi deditiſſimum Antonij Cardinalis animum puræ religionis veræq;laudis cupiditate incendiſti: tu illum ab omnibus alijs

cogi-

Digitized by Google

cogitationibus ad propagationem Chriſtiani imperij contuliſti:tu ab illo exoratus in multis tenebris ac tempeſtatibus clariſſimum lumen eius menti prætuliſti:vt laudandis ipſius virtutibus,tua etiam beneficia,atq; adeò te ipſum laudare videamur.Vos quæsò,Patres ampliſſimi,dùm quę per tres & viginti annos,tot enim Antonius Cardinalis egit exemplum illud virtutis,&,quod eſt ſummum in rebus humanis,innocentiæ,ſumma cùm laude geſſit,curſim delibo,mecum breuiter recognoſcite;dabo operam,quantum in me erit,vt hæc ipſa nec ſine ratione prolata, nec ſine causa commemorata eſſe videantur.Ac primùm,pono illud,quod veriſſimum eſſe oportet,veſtram,Cardinales,dignitatem, vbi à ſumma diſceſſũ eſt,eſse altiſſimam,atque ampliſſimam:vt exiſtimare debeatis rempublicam Chriſtianam,cuius vos eſtis ornamenta dignitatis,& præſidia ſtabilitatis,in veſtram fidem ac tutelam,eſſe collatam:eſſe vos, duces quoſdã & quaſi ſigniferos populi,eſſe veluti ſocios laborum,& adminiſtros Põtifici datos,vt & illi proſitis conſilio,& omnibus gentibus, quarum non ſolùm animis,ſed etiam oculis ſeruire debetis,præluceatis exemplo. Vidit hoc Antonius Carafa Cardinalis,eamque ob cauſam tot annos ita vixit,vt maximè ſemper Dei gloriam intueretur,ad eamq;vnam, & ad proximorum vtilitatem,quæ non eſt ab illa ſeiuncta,omnia dirigeret,ab eoque ſtudio nulla nec difficultate rerum,nec voluptate corporis, nec hominum iniuria demoueretur.Ita factum, vt quò excelſiore erat loco, eò magis eius virtus emineret.Nàm quid dicam de pietate, procreatrice & quaſi parente reliquarum virtutum,quæ non niſi à Deo dari poteſt?cum qua homines viuere ſtudent,pro qua mori concupiſcunt?quantam in illo fuiſſe dicendum eſt,quæ cum eo,& creuit ab infantia, & ab vtero eſt matris egreſſa?Nàm ſi talem taciti admirati eſtis,pueri,atque adoleſcentis,cùm erat teneritas quædam, qualem in viro fuiſse creditis, firmata ſtirpe virtutis? id præcipuè temporis, quo cui plus datum erat, plus ab eo exigebatur?Quamquam enim eſt illa de earum genere virtutum,quæ magis conſcientia,quàm fama lætantur, vt de ea plura ſuſpicari mente, quàm conſequi oratione poſſimus,& Antonius omnem plauſum fugiẽs popularem,ſibi tantùm canebat,& Deo:ex ipſis tamen oculis, ore,vultu, tacita illa imagine mentis,conijciebatur, quàm ſuauis eſset concentus omnium actionum,quàmq; diſſimiles & diuerſos motus animi & corporis vna regeret conuerſio diuinæ voluntatis.Prætermitto,ſtatis quotidiè precationibus,Deum orandi,explorandi animi,atq; excolendi, corporis caſtigandi voluntarijs verberibus,& cilicio interiore per ternos dies ſingulis hebdomadis,diligentiam:ſileatur moderata illa, & non à quærendi,ſed à ſtudio placendi Deo profecta in victu veſtituq;parſimonia: non dicatur,ne illud quidem,è menſa, immò verò ex ipſis epulis, quibus veſcebatur,ſemper miſsam partem ad pauperes,quos etiam largiore pecu-

nia

nia ſuſtentabat:vt nullus eſset dies, quem amiſsum iurè cōqueri poſset: horum atq;talium facilè patior fieri iacturam.quæ etſi in alijs meritò admiramur, tamen propter facientis perſonam, quæ in eam conſuetudinē erat adducta,magna quidem fatemur fuiſse, ſed non ita admirabilia videntur:natura enim comparatum eſt, vt nouitas potiùs rei,quàm magnitudo ſit cauſa admirationis.Ita enim ſe in rebus omnibus gerebat Cardinalis, vt nec ipſi maleuoli, qui curioſiùs ſingula ſcrutantur, inuenirent quid in eo reprehenderent; quæ certè laus à viro Principe abeſse non debet.Sic enim cogitate cum animis veſtris,Auditores. Priuato quidem homini ſatis eſt,erraſse non videri, malè agitur cùm eo, qui alijs præſidet,ſi aliqua quamuis leuis errati ſuſpicione perſtringitur.In rudi panno, craſsoque vitro,macula etiam magna vix apparet:purpuræ pulchritudinem,& ſplēdorem gemmæ,vel labecula inquinat & infuſcat.Si qua peccantur à priuato,eorum pœna culpaque in auctorem redit:ſi quid aduerſum leges committitur ab ijs,quorum lucem accendit Deus,vt luceat hominibus,illud & ipſis turpe eſt,& alijs pernicioſum.Neque enim tàm facilè vaporis vitium concipit proximus aër,mox etiam transfundit in animantes,vndè origo peſtis,quàm corruptis moribus Principum inficiuntur populi,qui ad eorum exempla ſe fingunt.Neque tamen ignoro etiam ipſos homines eſse:ſed illud etiam ſcio,geri ab illis vicem,atque imaginem Dei:vt cùm externa ſpecie ſint ſimiles alijs hominibus,internis animi bonis,& ſanctimonia,Deum ſtudeant æmulari:nec minùs dignitate ceteris quàm virtutibus antecellant. Proponant ſibi ſtellarum ſimilitudinem,quæ vocantur errantes (ſunt enim & ipſi ſtellæ) vt,quemadmodum illæ,etſi eadem cæli conuerſione cum reliquis mouentur,ſua tamen natura,ijſdem ſpatijs curſibuſque, diuerſum omninò & contrarium motum tenent,ſic etiam ipſi,etſi communem agere videantur vitam,ſint tamen à vulgò,& nobilitate morum, & viuendi ratione ſeiuncti. Addam vnum,Auditores,quod ipſum quoq;mihi aſsentiamini neceſsè eſt:Principum benefacta, & virtutes,minùs ſuſpiciuntur,quia debita putantur: vbi vel tantulum declinarunt ipſi ab officij religione, per magnam inurunt ſibi ignominiæ notam.Sic Solem illuminantem terras quotidiè vix attendimus,deficiētem interdum defixis oculis intuemur.Neq;eſt,quod cuiquam imponat ſpes latendi,in impunita libertate peccandi. Pronunciatum eſt Veritatis.Nihil opertum eſt,quod non reueletur,neq;abſconditum,quod non ſciatur. Prætereo angorem animi, ſtrepitumque conſcientiæ,qui ſi non auditur à pleriſque,ſentitur tamen: interpretes conſiliorum,& conſcij,vt exprobratores aſpiciuntur:ipſimet,quaſi augeatur lætitia,ſi communicetur cum pluribus, narrare geſtiunt ſimilibus ſui:fumat intereà domus,multaque redolent indicia turpitudinis, & quo premuntur magis, erumpūt tetriora: cæca denique nox aperit flagitia,muti pa-

ti pa-

ti parietes loquuntur. Quantò Carafa ſapientiùs, in cuius domum omnibus patentem, non pedes modo quilibet egenus, ſi vellet, ſed curioſus etiam oculos (quod Liuius Druſus optaſſe dicitur) inferre poſset? Quoniam enim nihil agebat in occulto, quod fieri non poſſet in oculis multitudinis, nullius timuit importunum interuentum, qui arcana domeſtica introſpiceret: ad eamdemque laudem, ſuos omnes familiares, & inuitabat imperio, & incitabat exemplo. Quod, ſiquis, quantumuis diligens & ad domeſticos vſus neceſsarius, duriorē ſe præberet, aut minùs audientē, malebat carere eius vtilitatibus, quàm, ne vnius vitio corrumperetur familia, in periculum venire. Didicerat nempè, eamq; ſententiam crebro ſermone celebrabat, patriſfamilias eſse totius domus non ſolùm facta omnia, ſed etiam dicta præſtanda: nec ſatis eſse, ſi ipſe ſit integer, niſi etiā velit, vt ne ſui cuiquam re aut verbo noceant, omni ratione prouidere: propterea quòd ſicuti à domino peccāte influit cōtagio in domū, ſic etiā à peccato domus infamia in dominū redundat. Ita in eius ædibus nihil vidiſses niſi pium, niſi pudicum, niſi ex optimo more, ac ſanctiſſima diſciplina. Ipſum autem numquam offendiſses domi, non dico tempus terentem alea, aut pila: nàm huiuſmodi luſionibus dicebat Cardinales animū amittere, non remittere: non languori deditum ac deſidiæ: ſed aut colloquentem cum viris doctis & pijs, qui eum vt parentem beneficum venerabantur: aut cum ijs, quibus commiſsa cura rerum publicarum, de negotijs grauiſſimis agentem: aut legentem auctores, qui res diuinas humanis litteris tradidere: aut ea ſcribentem, quæ commendarentur immortalitati: numquam denique otioſum aut vacuum reperiſses. Is præfectus libellis ſupplicibus, quibus quod conceditur, apponitur gratiæ: obſignandis, vigeſimum ferè annum: quàm integer rectuſq; fuerit in eo munere, propterea minùs arbitror à me dicendum, quia quod laudari debet ab omnibus, non eſt permittendum vnius tantùm laudationi. Illud profectò, omnium ſermone celebratum eſt, nullum ab eo vmquam, ne leue quidem, munuſculum acceptum: vt à corruptæ fidei iudicijque non tantùm crimine, ſed etiam ſuſpicione abeſset. Is laborauit omnium maximè (cū apud ipſum eſset ius de quibuslibet rebus referendi) in clariſſimo virorum cœtu, qui decreta Tridentini Concilij, ſiqua videntur difficilia, & controuerſa, & feliciter expediunt, & fideliter interpretantur: qua in prouincia ita modeſtè ſe geſſit, atq; prudenter, vt nec quicquam detraxerit moderatio animi de exiſtimatione ſcientiæ, nec minorem fecerit moderationem animi ſcientia quæſtionum difficillimarum. Vt de quo viro, ſacrorum Antiſtites, vel è remotis regionibus (erat enim celebritate famæ, quæ vires plerumq; capit ex longinquitate locorum, etiam abſentibus notus) mirificam præcepiſſent opinionem, in eo, cùm ad vrbem ratione ſui officij accederent, maiorem prædicatione virtutem ſe inueniſſe

dice-

dicerent:& cognitione expectatio,aures ab oculis vincerentur.Is præſes fuit & cuſtos bibliothecæ Vaticanæ, qui honos non niſi Cardinali eruditiſſimo ac ſapientiſſimo tribui ſolet: quem ipſum honorem ita honeſtè atque vtiliter obtinuit,vt & bibliothecam auxerit libris vndiq; conquiſitis (huc enim transferendum putabat,quicquid vſquam eſset egregiū) & ornauerit præclaris commentarijs,quibus ipſe, magnas ingenij vires negotiorum mole non onerante,edendis,omniq;cura & ſtudio elucubrãdis,non interfuit ſolùm,ſed etiam præfuit. Huc enim ſummorum epiſtolas Pontificum.Huc Caſſiani opera emendata,& notis illuſtrata.Huc publica Patrum concilia,quæ generatim ad omnes pertinent, in priſtinam formam redacta.Huc Tridentinum explicatum. Huc ſacroſancta biblia Græcè,ex fide vetuſtiſſimorum codicum correcta (& ſi nondum omnibus hiſce operibus extrema manus impoſita) è Pontificum auctoritate, vt inferrentur,curauit.Quæ cùm omnia ſint à ſuis, & à ſe plurimùm elaborata (totos enim dies atque noctes,apud eum , atque etiam ab eo, legebatur,ſcribebatur,ſumma contentione & induſtria) nemo eſt quin intelligat Carafæ domum domicilium fuiſse doctrinæ , officinamque virtutum.Hinc non ita frequens per Vrbem:cùm domi ſapientię ſtudijs attineretur:cùm ſuſciperet negotium pro otio,& intermiſſionis loco arbitraretur eſſe mutationem laboris.Quod ſi interdum vrbanam commorationem Tuſculano rure diſtingueret,modicus ille receſſus,& rarus,homini non ſatis firma valetudine,ſolatio videbatur eſſe,non voluptati.Neque verò,inter tàm multa agenda,& conſultanda,ipſe,atq;ipſius beneficia omnibus non patebant:aut quiſquam erat, qui eius congreſſum, aut facilitatem ſermonis deſideraret:quin etiam,cùm perſæpe præſtandi celeritate occuparet tempus optandi, egregiamque erga omnes voluntatē declararet opere,non oſtentaret promiſſis,vt vir demerendis hominibus genitus,vtilitati multis,omnibus admirationi erat.Nulla ferè fuit religioſorum virorum,aut virginum familia,quæ non eum vt patrem agnouerit: nullus locus pijs operibus deſtinatus, quin eius beneficio ſit plurimùm vſus:vir penè nullus, non Romæ ſolùm,aut in Italia , ſed in toto ferè orbe Chriſtiano,litterarum ſcientia & doctrina excellens,aut diſcendi cupidus adoleſcens,in quem non ſint officia profecta à Cardinale tàm multa,vt meritò ipſe non pietate modò ac litteris excultus,ſed piorum quoque & litteratorum bonus parens,& fidelis tutor eſſe videretur . Video, Auditores, quam in me attentè audiendo conſeruatis benignitatem : & eò modeſtiùs vti debeo,quò maiorem experior.Sed tamen,veſtram non vereor aut ſatietatem in ijs audiendis,quæ libenter auditis,aut defatigationem in rebus recordandis,quibus ille , diuturno licet labore , faciendis non eſt defatigatus.Neque enim ita ſanctè ac laudabiliter viuere incœpit,ſed non perſeuerauit : neque perſeuerauit quidem , ſed non vicit

factis ſequentibus priora: neque vicit quidem priora ſequentibus, ſed humanam gloriam expetijt: virtute fuit pro laude contentus, & cùm ſe abderet in benefactis, ipſa etiam benefacta abdere cupiebat. Quo magis æquum eſt, vt, quoniam vox, & memoria ſuperſtitum, eſt via mortuorum, & ego hac qualicumque oratione, & vos iucunda commemoratione, quę etiam eat in poſteros, tantam virtutum magnitudinem ab hominum ſilẽtio, & obliuione, id eſt, ab interitu, vindicemus. Et certè cùm mors immineat omnibus neceſſitate naturæ, hoc inter improborum exitum, ac proborum, non ignoramus eſse diſcrimen. Quod eorum fama cum corpore celeriter interit, horum autem æterna eſt, eòque maior atque illuſtrior, quòd & dies auget deſiderium virtutis, & mors vmbram gloriæ, inuidiã extinguit. Sed vt, vndè digreſſi ſumus, eò reuertamur. Apud Antonium, domi nihil audires quod non laudares, nihil videres quod reprehenſum velles: admirareris tamen eius & moderationem in priuatis rebus, & in publicis ſplendorem: illæ, etſi fuere minùs in ſcena, tamen cùm ſunt prolatæ laudantur: hæ verò, cùm Romam habeant theatrum, incurrunt in omnium oculos, magnoque viſentium plauſu, & gratulatione, celebrantur. Quis enim eſt, qui religione locoque inclytam beatorum Ioannis & Pauli ædem, in Cælio Monte, ſibi adeundam putet, quin ipſo in aditu veſtibuloque, magnificentiam ſuſpiciat Carafæ Cardinalis? qui, cùm eius templi titulum obtineret, expolitum illud, & ornatum, ac pænè redditum priſtinæ dignitati, egregijs picturis, non ijs modò, quas euaneſcentes vetuſtate, ijſdem coloribus, quibus fuerant, renouauit, ſed alijs etiam additis eiuſdem artificij, locupletandum locauit. Quod & in alijs templis, quorum tutela ac patrocinium ad eum pertinuit, curauit ita diligenter, vt cùm ipſis gratulatus eſſes, gratias ageres ipſorũ patrono. Quamquam præclaram hanc voluntatem, etiam antequam illa indole virtutum, & benefactorum gradibus aſcenderet ad faſtigium Cardinalis, declarauit Antonius. Simulacrum ſanctiſſimæ Virginis Dei Matris, filij corpus è cruce depoſitum in ſinu gremioque habentis, præclarè factum è marmore, excellentiſſimi manu artificis, qui, & ſi ſua ſemper opera faſtidioſè probauit, vt manum ferè neſciret tollere, hoc ita delectatus eſt, vt nomen ſuum minutis litterulis in eo inſcribendum exiſtimarit. Hoc igitur ſimulacrum, quod mirando non ſatiamur, in templo Vaticano poſitum eſſe ſcimus omnes: erat aliquot ante annis, in eiuſdem templi loco obſcuriore: in hanc porrò lucem, vbi nunc eſt, Antonius, cùm adhuc eſſet ex ampliſſimo eorum ordine, quorum debito officio ac diligenti cultu ſacrorum cærimoniæ celebrantur, transferendum curauit. Ex quo videtis perpetuam fuiſſe in viro optimo, rerum agendarum ex virtute conſtantiam.

Ad

Digitized by Google

Ad quam enim pietatem erat natura factus, voluntate exercitus, conſuetudine firmatus, eam, ad religionem diuinam, quoad fieri poſſet, illuſtrãdam & propagandam, libentiſſimè conferebat. Sed hæc properãtes percurrimus, quaſi minora: maiora videamus. Quid ni enim appellem maiora, quæ eius religioni ac diligentiæ committebantur certatim à Principibus Chriſtianis, à Catholico Rege, ab ipſis etiam Pontificibus, qui maiora quædam negotia aut per illum explicabãt, aut certè non ſine illo? Erat videlicet in Antonio acerrima vis quędam animi, & ingenium pręſtantiſſimum: ita, cùm magnis magna mandentur, grauiora plerumq; ad eius fidem ac prudentiam deferebantur. Et ego, de Antonio cùm cogito, magni quidem facio eximiam eis prudentiam, ſed multò pluris ſingularem religionem. Nàm etſi talis erat ipſe, vt de rebus futuris, quantùm conſequi humana ratio poteſt, optimè conijceret, nihil tamen aggreſſus eſt vmquam, quin ſe ante ſuppliciter commendaret Deo, & piorum precibus apud Deum. Nouerat quippè rerum omnium initia, quæ benè homines euenire vellent, à bonorum auctore omnium duci oportere: hoc qui faceret, ei nihil contra vtilitatem accidere dicebat, etiam ſi quid accideret præter opinionem. Addebat idem, vt in re ſuſcipienda æquitatẽ, & prudentiam, ita etiam in perficienda requiri conſtantiam, & fidem. Hinc egregia illi libertas, & magnitudo animi, non ignota vobis, Patres ampliſſimi, in dicenda ſententia, in conſeſſu veſtro pleniſſimo ſanctitatis, & conſilij, in illa arce Regum omniũ, & perfugio Nationum. Non ignorabat, in eo qui ſuſcipit aliquam deliberationẽ, hæc in primis requiri: vt cognoſcat quid opus ſit facto: vt explicare dicendo poſſit: vt ſit ſtudioſus reipublicæ: denique, vt ne priuati vllius commodi ſpe, aut incommodi timore ducatur. Qui enim acri eſt iudicio, & quæ recta ſunt nouit, neque explicat tamen oratione, perindè eſt, atque ſi nõ noſſet: hac enim in re infans à non intelligente nihil differt. Qui vtrumque præſtare commodè poteſt, & eſt non amantiſſimus reipublicæ, nihil ſuadere videbitur, quod in commune ſit vtile: multò minùs, ſiquis metuit alicuius offenſam, aut omnium vtilitatem non anteponit ſuæ. Ipſe igitur, qui hanc certam optimi conſiliarij normam exiſtimauit eſſe, perfectamq; rationem, nec quicquam dixit vmquam, quod tacere, nec tacuit, quod dicere præſtitiſſet: ex quo factum eſt, vt quod ſentiret animo, id vultu promptum haberet, & lingua: æquum ſcilicet ratus, vt, vbi ſentire, quæ velles, ibi etiam quæ ſentires, dicere liceret. Ita non tantùm bonum virum illum eſse crederes, ſed etiam magnum. In comitijs autem Pontificijs, vbi maximè declaratur veſtra, Cardinales illuſtriſſimi, voluntas, & poteſtas, quibus ipſe quaternis interfuit, quid niſi prudenter, grauiter, religioſè, fortiter geſſit? quam rem aliam propoſitam in illis habuit, niſi gloriam diuini nominis, & vtilitatem populi Chriſtiani? Iàm de eius ſpectata in multis ma-

gniſq;rebus integritate,admirabiliq;iuſtitia (qua interdum etiamſi alioquì offenderentur,eos prædicebat futuros poſteà amiciores) & longum eſt vobis commemorare,aliquem exitum expectantibus, & non neceſſarium ſcientibus,plura reperiri in eo,quæ tacui,nulla ex ijs deeſſe,quæ dixi.Quid dicam de contemptis rebus humanis, quas aut periculum afferre docebat poſſidentibus,aut onus?de honorum cupiditate neglecta,quã quidam ſolam dixerunt eſſe ſenectutis expertem?Semper ille quidem, ſed præcipuè extremis hiſce temporibus, quibus grauium laborum ſuorum maximus fructus erat bona conſcientia,& mala valetudo, de rebus cæleſtibus,& de proxima ad illas via ianuaque, id eſt, de morte cogitabat. Sed quid me flentes aſpicitis Maronitæ, qui me vultu appellatis? Etiam,ne tacitos vos relinquam,veremini?non ero ita impius.Rectè clariorem gemitum extuliſtis.Parentem amiſiſtis. Carafa Cardinalis,veſter defenſor,propugnator,tutor,cuſtos,patronus,parens fuit.Ille vos à Gregorio Tertiodecimo (iucundam cuius Pontificis memoriam Quartuſdecimus eius cognominis repræſentat) ſibi commendatos, quo non beneuolentiæ ac liberalitatis genere proſecutus eſt?ille vt inſtitueretur Collegium,vbi optimis imbueremini litteris,ac moribus,effecit. Ille in vobis ſuſtentandis,alendis,ornãdis,nullum ſtudij aut officij genus reliquit, vnum illud omnibus opibus viribuſque videbatur elaborare, vt & veſtrum adiuuaret cœtum, qui Romæ informatur ad Romanam diſciplinam,& veſtram Nationem Catholicæ ſemper ſtudioſam religionis, Romanoque ſubiectam Pontifici,quo duce errari nullo pacto poteſt, in officio retineret. Itaq; ea ſemel atque iterum, ipſius ope rogatuque, per Nuntios Apoſtolicos obita,confirmataque eſt:eademque opera, ſacra veſte ac ſupellectili inſtructa templa,eruditi Sacerdotes, larga pecunia adiuti pauperes,typus deniq;conflatus Chaldaicis litteris,libriq; editi, quorum lectio Catholica addiſcentibus myſteria neceſsaria eſſet. Quid plura? non ita mater vidua dilexit vnicum ſuum, vt vos ille amauit vniuerſos.Veſtro ille, vbi per negotia licuiſset, delectabatur alloquio, recreabatur aſpectu:in veſtra ſpe requieſcebat: quin etiam nouos in dies excogitabat beneficiorum gradus,quaſi inconſtantem putaret amorem, qui non accipit incrementa.Nàm illud, quod vltimo teſtamento, quod eſt index cuiuſq;voluntatis, bonorum ſuorum vos heredes inſtituit,non explicari verbis,ne capi quidem mente,aut cogitatione poteſt.Ergo hoc litteris poſteritatique tradetur, hoc celebrabitur per omnes ætates, ac regiones,hoc nulla lingua conticeſcet:Virum fuiſſe genere,doctrina, integritate,grauitate,virtute,fide,dignitate præſtantem,qui religionis cõſeruandæ cupidus ac propagandæ, longinquorum iuuenum & alienigenarum cœtui, certis deuincto legibus, ſuam non mediocrem reliquerit hereditatem,perpetuò hoc in animis ſenſibuſque penitùs affixum manebit,

bit,& inſitum:& dùm Maronitarum genus,dùm Vrbis Romę nomen extabit,Antonij Caraſæ Cardinalis incredibilis erga vos beneficentia nominabitur.Præceſſerit anteà deflagratio cæli,atq;terrarum,quàm extinguatur tàm inſignis facti memoria,aut obliuione deleatur.Conſeruate vos gratum iſtum animum,& excitate veſtram diligentiam ad Catholicæ fidei,in veſtris terris propagationem:neq; vobis in omni vita tàm ſit res vlla propoſita,quàm vt tanti Viri iudicium laudetur à poſteris: & ipſe, qui de cælo vos ſpectat,& intereſt veſtris actionibus, ſe de vobis optimè meritum eſse lætetur.Et ille quidem in cælo eſse,tùm vita integrè caſtèque acta,tùm mors ſanctè & religioſè obita,perſuadet.Cauete enim exiſtimetis,Auditores,Caraſæ Cardinali,quamquam non ita ſenex eſt mortuus,parum enim aberat, quin expleret tertium & quinquageſimum annum,quicquam mali contigiſſe. Neque enim mors aut immatura homini,aut inopinata Chriſtiano poteſt accidere, aut pio miſeranda. Homo quippè,vt natus eſt,à primo ſtatim exortu morti debetur: vir nomine animoque Chriſtianus, meditatus ſemper ac paratus eſſe debet ad tempus ſupremum: at pius quilibet & purus à ſcelere, non finit vitam, ſed mortalitatem,cùm excedit è vita.Neque ego te dicam mortuum, Antoni, quem placidiſſimo ſcimus ſopitum eſſe ſomno:itaque abiſſe, vt è valle lacrymarum in locum lætitię & exultationis,ab exilio in patriam profecturum te eſſe indicareș.Iàm diù videtis, Auditores, tàm copioſo laudationis argumento,multa à nobis potiùs detrahi,quàm quicquam affingi.Id etiam ex hoc perſpiciatis velim, quòd ſileo nonnulla,quæ præcurriſſe eius mortem,atque etiam prænuntiaſſe,dicuntur:non,quòd vera eſſe non potuerint,ſed ne quæ iaciuntur poſt factum,vt dicta faciliùs,& ficta impuniùs,congeſſiſſe videamur.Hæc igitur ſileo.Ipſe enim, ipſe, inquam,Antonius, cùm affectum corpus morbo haberet, & ſentiret defectionem virium,præſenſit ſibi diſceſſum imminentem. Ergo paucis ante obitum diebus,res ſuas omnes ordinauit:teſtamentum condidit:pręſcripſit modicam,& perexiguam funeris pompam. Erga familiares omnes,è quibus multi antè erant eius benignitatem experti, itemque erga illa Cælitum templa, & piorum Cœnobia,quæ curæ illius aliquando fuere commiſſa,largum ſeſe præbuit ac liberalem. Cùmque ingraueſceret vis morbi,quæ eum in lecto iacere nõ permittebat, ſacroſanctum viaticum Chriſtiano inſtituto, & conſuetudine popoſcit: quod cùm attuliſſet Sacerdos,magno vir animo,& conſtanti in Deum fide, multis audientibus viris grauiſſimis,qui aderant,vt hunc illi honorem haberẽt, & lacrymas non tenentibus,teſtificatus eſt,ei ſeſe Deo, quem animo magis videret, quàm cerneret oculis,totum dedere:orare vt abſtergeret maculas, quas fragilitas humana contraxerat: in eius manibus animam ſuam poſitam & conſecratam eſse velle. Vt hac etiam in re, admirabile illud Thomæ

Aqui-

Digitized by Google

Aquinatis renouarit exemplum.Quòd ipſum fecit, cùm oratione adhuc & mente conſiſteret. Iàm corpus hominem, iàm vires, nondùm pietas deſerebat:cùmque ceteris ex partibus oppreſſa mens eſset, cælum proſpectans,& ad Deum euolare cupiens,extremum ſenſum ad memoriam diuinæ clementiæ, & vocem, ad opem implorandam Dei Matris, quæ adeſt illo modo morientibus,reſeruabat.Compreſſis deindè faucibus,cũ ægrè traheret ſpiritum,ſedens (ſedens enim illum efflauit) ſe paulisper ſomno dedit, quem cum morte coniunxit: quamquam non ſum locutus eo modo quo debui: non eſt mortuus Antonius, ſed dormit. Et animæ quidem Deus virtutum præmia perſoluit:corpus autem tempore excitabitur ſuo, vt, cum quo labores olim & diſcrimina, cum eodem honores & munera communicentur.Quæ cùm ita ſint,Auditores,quoniam Antonius gauiſus in vita tàm excellentibus ſuis bonis, fruitur in præſens, fructurque in perpetuum,inter mortales fama,inter cæleſtes gloria,fructu illo virtutum ſuarum:lætandum eſt immortali eius bono: ad vos autem non conſolatio,ſed gratulatio potiùs adhibenda eſt.Quippè,habuiſtis Cardinalem in veſtro concilio,Patres ampliſſimi, qui cuiuslibet viri gloriam vel æquarit, vel anteceſserit. Carafarum gens illuſtriſſima laudare poteſt è ſuo genere Principem,in quo ſic virtus cum nobilitate certauit,vt nemo poſset,vtrum nobilior,an melior eſset, iudicare. Roma denique,& Chriſtiana reſpublica,huius nomine, quem & præſentis habuit æui decus,& ſuperiorum exemplum,gloriabitur.Supereſt illud vnũ, Auditores,vt quem viuum admirati eſtis,mortuum veneramini, ille vos incitet imitãdi cupiditate,& inflammet exemplis.Is enim fuit,vt ad præclara eius ſtudia atq;inſtituta quilibet impelli debeat.At te,auctor vitæ, ac vita ipſa,Chriſte Optime, ſi fidelem adminiſtrum tuum,quod es olim pollicitus,ad tua gaudia iàm admiſiſti,nouaq;addita luce cælum auxiſti: ſi Antonium Carafam Cardinalem,pro vita,quam ducere ſtuduit ſimilẽ Cælitibus,in eorum numerum tranſtuliſti: obſecramus atq; obteſtamur, vt vtamur auxilio eius:vt noſtram agat apud te cauſam,defenſoris adductus officio,ſeù certè amici:neque enim illos negliget in cælo, quos in terris fouebat: vt adiuuet Chriſtianam rempublicam, nunc vt maximè laborantem.Rege tu,ab illo,& à nobis exoratus,maxime Põtifex,& ęterne,in hac difficultate rerum ac temporum, conſilia & actiones Gregorij Quartidecimi Pontificis optimi,& ſanctiſſimi, cuius nutum veretur orbis Chriſtianus.Da illi vires oneri ac menti pares:conſerua mentẽ, quã dediſti.Vt,quemadmodùm verum eſse intelligimus,quod à te dictum eſt, benè agi cum eorum animis,qui in corporibus cùm eſsent, ſequuti ſunt præcepta benè beatèq; viuendi,ipſorum quoq; precibus adductum te tribuere beneficia hominibus,veriſſimum eſse reperiamus. DIXI.

1 *Is cùm à publica ac temporali Regnorum adminiſtratione, quamuis Eccleſiæ rebus ex officio conſulens, ac ſub colore Epiſcopatus tanquam alter S. Gregorius Magnus ad ſæculum reductum ſe videns, & lugens, cogitaret ſe non niſi ægrè Deo & animæ ſaluti vacare poſſe, continuiſque laboribus ac periculis eſſe obnoxium, & negotiorum fluctibus expoſitum, ad ea, quæ Dei ſunt, vix poſſe mentē erigere: memor item oraculi Dominici, quo Mariæ orātis & feriatæ ſortem, Marthæ circa multa ſatagentis & occupatæ miniſterio feliciorem iudicauit: poſthabitis ciuilibus ac ſæcularibus curis, ſtatuit deinceps in Eccleſiæ ſibi commiſſæ tantùm regimen incumbere. Ideòque Theatem perrexit, ad Gregis cuſtodiam: ad quod fortaſsè tempus referendum eſt, quod ſcribit V. Andreas Victorellus, interfuiſſe Anno Domini 1513. ſeſſioni 6. & 7. Concilij Lateranenſis ſub Leone X. Sed cùm ne illic quidem interna pace & quiete gauderet---Plebiumque ac Principum mores homini ſolùm Deum præ oculis habenti æquè diſplicerent: ſimul & animo voluens, ne fortè Patruus ſuus, Cardinalis ille Oliuerius, humano potiùs affectu, quàm diuina motione impulſus, eum ad Epiſcopale onus ac dignitatem euehi curaſſet; ſe quoque, qua erat animi demiſſione, minùs aptum exiſtimans ad Eccleſiæ illius gubernacula tractanda; re priùs benè conſulta, atque perpenſa, primùm ſe ab Aulæ hominumque frequentia ſubtraxit. Tùm quæcunque habebat Sacerdotia, ac Brunduſinum ipſum Archiepiſcopatum, ſibi à Cæſare tunc delatum dimiſit; annuente qui tunc Eccleſiæ Clauum tenebat Clemente VII. Summo Pontifice. Quin etiam facultates ſuas omnes in egenos diſtribuit: ſicque nudus ad ſacrum otium confugit. Et hanc eſſe ratus veram philoſophandi rationem, ſi quis ad Dei cognitionem & amorem, non niſi terrenis omnibus impedimentis liber ac ſolutus aſſurgeret; priuatis in ædibus, procul ab hominum conſpectu, in regione Montis Pincij, aliquando conſedit.* Ludouicus Donius d'Attichy Epiſcopus Æduenſis loc. cit. fol. 130. & 131.

DISQVISITIO VNDECIMA.

Quibus Io. Petrus ſeſe infulis abdicauit? An quod Sacerdotia recuſauerit, ignauiæ tribuendum?

P. Auguſtinus Oldoinus è Societate Ieſu in Paulo III. lo. cit.

2 BRunduſinum Sacerdotium ſuo ditius oblatum recuſauit. Immò ſuo (non abnuente Pontifice Clemente) dimiſſo, ac facultatibus omnibus in egenos diſtributis, apud Collem Pincium, à mundanis ſegregatus curis, Deo ſe totum dedidit: Religioſumq; inſtituit Ordinem, & in Vaticana Baſilica, ante aram principem, cum ſodalibus, ſolemnium votorum nexu ſe obſtrinxit. *Vis plura?*

P. Ioan-

P. Ioannes Rhò è Societate Ieſu in interr. apolog. inter. 15. fol. 267.

3 Marij Matteſilani verba, ex libro quem de Guelphis & Gibellinis conſcripſit, quem teſtem grauem eſſe oportet, in medium adducantur. Igitus Ioannes Petrus Carafa, vt exactiùs quod animo agitauerat, re ipſa perficeret, nullaque cogitationum aut dignitatum humanarum procella poſſet deinceps mentem ſubuertere, Theatino Epiſcopatu ſe liberè abdicauit: atque adſcitis aliquot Viris, eiuſdem ſancti propoſiti Socijs, ad Contemplationis arborem extendit manum: indeque ſuaues illos excerpſit fructus, qui vltrò ſe ſe ingerunt ijs, qui mundanis ſoluti ſolicitudinibus, cupiunt eiuſmodi delitijs ſaturari. Teſtantur id, perpetuòque teſtabuntur, remota à rumoribus loca, ac proindè exercēdæ perfectæ Contemplationi valdè idonea, quæ Vir ille & Veronæ & Venetijs incoluit: quibus adeò clarum Religioſæ vitæ morumque ſpecimen dedit, vt inde quiſque liquidò noſſe potuerit, nihil terrenum quicquam habuiſse virium ad Carafam ab optimo eo inſtituto, quod ſemel cœperat, dimouendum. *Hæc Marius Matteſ. par. 2. fol. 42. Romanæ editionis. Sed ſi receſſus cauſas fuſiùs enarrari cupias, & num id ex ignauia Carafa præſtiterit, intelligere; P. Rhò iterum adeundus, qui* ibid. fol. 268. num. 31. *ſic habet:*

4 Audiatur & Hieronymi Magij de eodem Carafa teſtimonium. Quibus rebus cùm diù multùmque Io. Petrus præfuiſſet, atque in publica adminiſtratione verſatus eſſet, ſentiretque ſe in occupata popularique vita cōtinuò prolapſionibus & periculis eſſe expoſitum: quin etiā ſæpè ex ea mente, quæ ad Deum, hoc eſt ad primum ſummumque bonum deuecta eſſet, in medio ipſo curſu, negotiorum fluctibus deiectū iri ac obrutum: memor item reſponſi eius, quod tanquam decretum ex ipſius Domini ore prolatum eſt, dijudicantis pacatam vitam præſtantiorem, ſibique omninò gratiorem eſſe, quàm quæ curis ciuilibus occuparetur; cogitationem omnem, conſiliumque conuertens ad ea onera, quibus grauiter premebatur, ſtatuit commiſſos ſuæ fidei populos cura & diligentia pro ſua virili gubernare, cetera omnia omittere. Itaque contulit ſe Theatam: vbi cùm multos annos laboraſſet, vt ſalutaribus conſilijs curationibuſque ægrotos de grege ſuo in ſalutem reuocaret, idque non ſine ſumma cùm dexteritate tùm patientia ageret, multa ſibi----obiecta ſentiebat, quò minùs fungi debito ſuo munere poſset. Quare grauiter, vt par erat, commotus nihil non tentatum reliquit, vt ſi qua ratione fieri poſset, iura ſua integra & illæſa ſeruaret. At tandem cùm nequidquam, neque ſummi Pontificis authoritate----neque ſuo ipſius ingenio ac gratia proficeret, populorum etiam atque Principum mores ſtomachans quodammodò, ſimulque animo voluens, Patruum ſuum iam pridem non certo iudicio, ſed amore potiùs, atque humano animi affectu impulſum, ei Epi-

Digitized by Google

ei Epiſcopatum tradidiſſe, ſeque iam (quæ eius animi erat demiſſio) vel propter imbecillitatem ætatis, vel propter exiguum rerum vſum minùs aptum exiſtimans ad illius gubernationem, re priùs bene conſulta ac diligenter conſiderata, primùm ſe ab Aula, hominumque frequentia amouit, deindè quæcunque habebat Sacerdotia repudiauit, atque vt trãquillitatem ſecuritatemque aſſequi omni ex parte poſset, omnia etiam bona ſua, partem in propinquos egenos, partem in pauperes ciues erogauit: ita vt nudus penè ad otium perfugerit; exiſtimans vitam beatam non alia in re poſitam, collocatamque eſse, quàm in veri ſummique Dei cognitione; ad quam ſi quis peruenire vellet, omni animi perturbatione vacandum eſſe, tùm cupiditate & metu, tùm ægritudine & voluptate dicebat. Quo peracto, in eadem ipſa Vrbe Roma vbi tunc erat, ſe in concluſum & ſecretum locum contulit, in quo vitam tranquillè cum paucis degebat, Deo vnà in pace ſilentioque deſeruiens.------Quo ſanè excellẽti mirabilique facto, vt quiſquis optimus erat, ita maximè permouebatur, excelſamque viri huius virtutem, ingentemque animi magnitudinẽ laudabat. Porrò quòd hoc temerè non fecisset, vita ſanctiſſimè acta, ætas iam firma, rerum vſus, varia multiplexque doctrina, diligens ac diuturna præparatio, fidorumque amicorum amantiſſima conſilia ſatis demõſtrabant. Quòd verò non ambitione motus hoc vitæ genus petierit, familiæ nobilitas, diuitiæ, omnium ferè gentium erga ipſum fauor & ſtudia, ſumma hominis eloquentia, conſtanſque in omni tempore vita, facilè indicabat. Quòd autem non ob naturæ timiditatem aut ignauiam, lucem atq; homines fugerit, multa inditio erant, plurima ſcilicet & propè infinita pro Republica Chriſtiana, apud vniuerſos ferè Orbis Principes, feliciter acta: & (quod caput eſt) rerum omnium humanarum deſpicientia, quæ quidem facilè eius inſignem animi fortitudinem arguebat. *Hactenus Magius: qui (vt* in Collect. fol. 6. *Antonius Caracciolus ait) ſcripſit erudita illa Miſcellanea Critica, & de aculeo & tintinnabulis libellos poſthumos, Francofurti haud pridem editos. Porrò cùm iam ætate & eruditione eſſet prouectior, & in Clade Cypria, Venetorum Architectus bellicus egregiam pro Chriſtianis nauaſſet operam, à Turcis captus, & Conſtantinopolim abſtractus, in carcere ſtrangulatus eſt: vti Arnoldus Manlius in Catalogo* Testium *refert. Hanc verò narratiunculam ſcripſiſſe videtur eo tempore, quo varia (Vti Onuphrius narrat) de Carafa vulgus iactabat. Quòd autem hic Caraphus habet, non Carafa, id Magius more ſuo facit: is enim ipſe lib. 2. Miſcellaneorum cap. vlt. eadem terminatione nobile hoc cognomentum enunciat.*

---

1 *Sodalitium, quod ſæpe memorauimus, fauſtè à Diuino Amore nuncupatum, certis quibuſdam legibus fundarunt ea mente, vt excitatis ab ea flamma exem-*

*ploque igniculis,rediuiua pietas,cultuſque religionis penè conclamatus, Romæ renaſceretur,& mox per reliquas Italiæ Vrbes propagaretur.Sodalium numerus ſtatim ad ſexaginta quà infulis,quà virtutis commendatione, magni nominis ad vnum omnes.----Agnoſcimus in hoc Diuini Amoris ſodalitio Theatinæ Congregationis primordia:nec à vero ibimus,affirmantes,æternam Numinis Sapientiam, cùm egregios eos Viros conſociauit, conſtauitque Clericorum ſæcularium Societatem, maiori cuidam Inſtituto,hoc eſt,Clericorum Regularium Congregationi præiuiſſe.Enimuerò proludere ingentibus rebus,cæptiſque,ac rudimenta priùs ponere magni cuiuſque Operis ſolet Deus.*Ioſ.Sylos inhiſt.par.1.lib.1.pag.30.

DISQVISITIO DVODECIMA.

Quæ Diuini Amoris Sodalitas Romæ tunc erat, ex qua Clericorum Regularium Inſtitutores,Chriſtiani Orbis beneficio,prodiere? Hi ne primi omnium è Clero fuerunt, qui Religioſum Ordinem excitarent? Quod in eo condendo propoſitum aut diuinam impulſionem & inſpirationem habebant? Sylloge omnium,quæ diximus, exponatur.

P.Ioannes Rhò è Soc.Ieſu de varijs Virt.hiſtor. lib.1.cap.1.n.XX.fol.10.

2 FVit ſuperiori ineunte ſeculo in Vrbe,quamquam non dùm planè inſtaurata pietatis libertate, virorum piorum ad S.Dorotheæ, Sodalitium;cuius ſanctiſſimas fuiſse leges atque opera,tùm quòd exillo Theatinorum Auctores,tanto cum Eccleſiæ bono, prodierunt,tùm præclarum ipſum Amoris Diuini,quod optauerunt,nomen abundè teſtatur.

P.Petrus-Antonius Spinellus è Soc.Ieſu de Virg.Deip.laud.cap.40.n.11.fol.587.

3 Romæ quædam Sodalitas inter reliquas extitit in Templo S.Dorotheæ,quæ à Diuino Amore,cui ſodales præcipuè ſtudere ſatagebant, appellationem acceperat:ad quam complures tùm Eccleſiaſtici tùm laici,& in his Prælati,alijque Viri Nobiles conueniebant;ſpiritualibus operibus vacabant;in meditationibus & exhortationibus exercebantur; ad Sacramenta percipienda crebriùs, quàm alij eo tempore facere conſueuerant,accedere ſtudebant.Ex qua complures, tùm vitæ ſanctimonia, tùm doctrina illuſtres prodiere: inter quos meritò numerantur quatuor illi,qui religioſiſſimi Ordinis Clericorum Regularium, quos Theatinos vulgò vocant, Auctores, & Fundatores extitere, Anno Domini 1524. die 14.Septembris,omnes Natione Itali,generis Nobilitate & vitæ ſanctitate præſtantes; qui OMNIVM PRIMI, hac tempeſtate, Clericorũ Regularium Ordinem excitarunt, VT SVO EXEMPLO ATQVE OPERA CLERVM SÆCVLAREM AD SANCTIOREM VIVENDI RATIONEM, IVXTA SACRORVM CANONVM NORMAM, EXCITARENT. *P.Sfor-*

Digitized by Google

P. ſortia Palauicinus S.R.E. Card. è Societ. Ieſu in Hiſtor. Concil. Trid. par. 2. lib. 24. cap. 10. num. 17. fol. 1043.

4 Adiungere volo vnum Luſitanum, non minùs doctum ac authoritate præditum virum, Dydacum Payuam, Regis Sebaſtiani Theologum, varijs in locis laudatum à nobis, ac magis à pretio ſuorum Operum. Magnæ quidam auctoritatis viri, *inquit in explic. Orthodox. lib. 1. cap. 1.* pietatis ardore accenſi, in ſeparatum quendam & à vulgi conſuetudine ſecretum locum vnà conuenire frequenter ſolebant, vt precationibus, Sacramentorum frequentationi, pietatis charitatiſque officijs ſedulò vacarent. Quæ ideò Diuini Amoris Sodalitas dicebatur (*Hæc autem non ſub Clemẽte VII. vt loquitur, ſed ſub Leone X. eſt inſtituta*) Quorum exemplo Paulus IV. Pont. Max. qui tùm Ioannes-Petrus Carapha dicebatur, excitatus, eorum ſe numero aggregauit (*is inter prima illius Sodalitij capita numeratur*) Cùm verò ſe aliquandiù in illis præclaris operibus cum reliquis exercuiſset, ex pijs illis ac religioſis viris quatuor---peculiari neſcio qua Spiritus ſancti impulſione incitati, cæleſtis amoris ſingulari ardore inflammati, magnoque & iuſto dolore commoti, quòd ſacer hic noſter Clericorum Ordo à primæua ſinceritate ac puritate tàm turpiter degeneraſset, ac magno Eccleſiæ detrimento obſoleſceret, egregiam quãdam rationẽ inierunt, qua illius antiquum ſplendorem, aliqua ex parte reuocare ac conſeruare poſsent. Omnium namque bonis in communem vſum ſepoſitis, vt pro cuiuſque neceſſitate in ſingulos diſpertirentur, rerumque omnium humanarum curis abiectis, ſe totos diuinis laudibus concinẽdis, rerumque cęleſtium meditationi tradiderunt; illamque in rebus omnibus viuendi rationem ſunt ingreſſi, quam antiquæ puritati ſimillimam eſse iudicarunt. Quare Presbyteri Regulares appellati ſunt. At quoniam Paulus IV. Pont. Max. relicto tunc Epiſcopatu Theatino, hanc viuendi rationem, MAGNA CVM OMNIVM ADMIRATIONE ſuſcepit, vulgò Theatini omnes dicti ſunt. Is tamen inter eos ſicut Epiſcopali dignitate, ita auctoritate, vt par erat, plurimùm ſemper excelluit, eſtque vitæ illud Inſtitutum religioſiſſimum. *Hactenus ex Payuua. Cui, vt omnium quæ diximus Sylloge adijciatur, Bartholomæus Chioccarellus ſub an. 1549. ex cathalogo Neapolitanæ Eccleſiæ Antiſtitum, audiendus. Ioannes-Petrus, inquit, ex illuſtri Caraſia familia Neapolitana ortus, Io. Ant. Montorij Comitis ſilius, à tenera ætate bonis & ingenuis artibus, ſacræ religioſæque vitæ inſtitutis ſe tradidit. Cùmq; acris eſſet ingenij, magna omniũ admiratione, doctiſſimus euaſit in omnibus ferè diſciplinis, & præſertim ſacrarũ literarum, linguarũ Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ. Cùmque animum ſuum non minùs humanis literis, ac grauibus ſtudijs, quàm bonis moribus imbuiſſet, Canonicatum in maiori Eccleſia Neapolitana obtinuit ſub Alexandro Caraſa Archiepiſcopo: vt comperimus in eius Eccleſiæ & Capituli monumentis;*

» *mentis;in quibus is Io.Petrus An.1500.maioris Neap.Eccl.Canonicus ac Primicerius appellatur; & An.1503.Canonicus pariter eius Eccleſiæ, & Rector Eccleſiæ S.Mariæ ad ſecula nuncupatur. Romam verò profectus in Oliuerij Carafæ S.R.E.Card.& Archiep.Neapol.ſacrique tunc Collegij Decani Conſanguinei ſui domum ſe recepit:qui per id tempus in Romana Curia, & apud cæteros Mundi Principes ſummo loco habebatur. Vbi virtutum ac doctrinæ radijs magis ac magis illuſtrior, à Iulio II. in primordio ſui Pontificatus Theatinus Epiſcopus die 30. Iulij 1505.creatus eſt,ex reſignatione Cardinalis Oliuerij.Paulò poſt ab eodem Pontifice A.1506.Neapolim miſſus eſt,vt Ferdinandum Regem Catholicum,ex Hiſpanijs illuc accedentem,dignis honoribus,Pontificis nomine,exciperet.Dein Lateranẽſi Concilio ſub Leone X.An.1513.interfuit;in quo inter cæteros excellens habitus eſt, ac emicuit. Ab eodem Leone Pontifice Nuncius Sedis Apoſtolicæ in Angliam ad colligendum S.Petri vectigal,ex more,miſſus eſt. Qui tribus ibi annis expletis, ad Ferdinandi Catholici Regis Aulam profectus,ad Conſilium Regis adſcitus eſt, & Regij Capellani Maioris V. creatus: quod munus etiam ſub Carolo Rege eius Nepote,qui poſteà Carolus V.Imperator fuit,functus eſt. Dein ab Adriano VI. qui Io. Petrum in Hiſpanijs optimè nouerat,quocum ob literarum morumque ſimilitudinẽ arctam contraxerat familiaritatem,vnà cum Marcello Gazella è Caieta Romã euocatur:vt eius conſilio in Chriſtianæ Reipublicæ Reformatione vteretur----At cũ Carolus V.Brunduſino Archiepiſcopatu Io. Petrum exornare enixè exoptaret, ſuo longè opulentiore;Io.Petrus magna animi demiſſione,ne dum illo abſtinuit, verùm etiam & Theatinum renuntiauit, & ſumma modeſtia in Clementis VII. manibus reſignauit:atque in Montem Pincium ſe contulit,longè ab hominum conſpectu, vt humili caſa ac ſeueriori victu vitam ageret ſolitariam, ac liberiùs Dei ſeruitio vacare poſſet: quod exequi diutiùs nequiuit. Paucos enim poſt annos, cùm religiosã vitam inibi ageret,immani illa Vrbis direptione ac depopulatione diſcedere coactus Veronam,atque indè Venetias petijt:vbi Clericorum Regularium Religionem inſtituit,quos de Nomine Eccleſiæ, quam is priùs obtinuerat, Theatinos vocauit. Hæc* Chioccarellus;*qui tamen in Theatino cognomento ab ipſomet Carafa noſtro Ordini attributo plurimùm errat:vt in ſequenti Parte diſcutiemus.*

Laudetur Sanctiſſimum SACRAMENTVM; & benedicta ſit ſemper ab omnibus B. MARIÆ Virginis PVRITAS,& immaculata CONCEPTIO.

DISQVI-

Digitized by Google

DISQVISITIONVM HISTORICARVM DE SANCTISSIMI PAVLI PAPAE IV. INCVLPATA VITA,

CLARORVM SCRIPTORVM E SOCIETATE IESV TESTIMONIIS AC ELOGIIS EXPLICATA,

AVCTORE D. FRANCISCO MARIA MAGGIO C. R.

PARS ALTERA.

SIVE

Qualis fuerit IO. PETRVS in condendo ORDINE CLERICORVM REGVLARIVM.

I. *Theatinorum Patrum Congregatio Anno Chriſtiani Orbis* 1524. *erecta Inſtitutores habuit quatuor: quorum ea maximè intentio & mens fuit. I. Vt exemplo morum Clerum, qui virtutis æuique inclinatione peſſum ibat, emendarent. At viſa profectò, & in dies cernitur, reſtitui paſſim, ac reflorere Clericorum diſciplina vbi Regulares Clerici degunt. Exemploque Theatini Ordinis inſtitutæ ſubindè aliæ Clericorum Regularium familiæ, eidem operi ac fini peregregiè inſudantes. II. Eam paupertatem excolere, quam Apoſtoli ipſi inuexere, ſanctèque obſeruarunt: quibus nec patrimonia, nec communes cenſus erant: nec ſtipe emendicata, ſed ſpontanea fidelium pietate victitabant. III. Vt Sacramentorum vſum, primitiuorum Clericorum ritu, poſtliminiò reuocarent: vt Lutheri ac Sacramentariorum impietatem, qui in abrogandis ſacris, ſacrorumque cultu vſuque, neruos omnes tùm maximè contendebant, infringerent: exploratumque abundè eſt, Theatinos eſſe, quibus maximè frequentem myſteriorum vſuram acceptam referre debet hæc ætas. IV. Vt Clerici concionandi munus, obſoletum eo ſæculo, reſtituerent: cùm hoc Clericorum proprium ſit, populos inſtituere. Et quidem florere iam apud Clericos Verbi Dei diſſeminandi ſtudium, omnes norunt. V. Vt ſupremo ſpiritu laborantibus opem ferrent, darentque piјſſimo in hoc opere Curionibus auxiliarem manum nullo prorſus hominum ſtatu graduque excluſo. Fuere poſteà è Religioſis Viris eximiæ huiuſce pietatis præclaro quidem exemplo ſectatores. VI. Non modò vt ita*

morien-

morientes pijs adhortationibus erigerent; verùm illos etiam, quos publicum ſupplicium mulctaret. Illamque proindè Albatorum Sodalitatem, quæ Neapoli hoc opus curat, ordinarunt. Quocirca fuere ſemper in eo Linteatorum ſodalium cenſu noſtri homines: quibus & ea potiſſimùm cura erat, vt ſocietatem ſucceſſiuè ineuntes inſtruerent &c. Ioannes Capycius Galeota apud Syl. par. 1. fol. 62.

DISQVISITIO PRIMA.

Quæ conditi cuiuſque recens Ordinis cauſæ cenſeri debent?

P. Nicolaus Orlandinus in Hiſtor. Soc. Ieſu p. 1. lib. 1. n. 2.

2 QVoniam nouæ Religionis origo deſcribenda proponitur, iurè quærere in hac ipſa velut operis proluſione quis poſſit, cur in tanta Religioſorum Ordinum copia, varietate, nobilitate, quibus & tanquã adminiculis ſuſtentatur, & tanquam luminibus decoratur Eccleſia; Maieſtas tamen illa, cuius ſpiritu totum Eccleſię corpus adminiſtratur & regitur, nouas in ea familias, nouos Ordines ſuſcitet: & tanquam non contenta veteribus, alia ei præſidia comparet, alios denuò ſplendores accerſat. Ac mihi quidem, præter arcana eius ſapientiæ conſilia, quæ rationum omnium momentis longè præponderant, cauſæ omninò quatuor in mentẽ veniunt, indicandæ perpaucis. Quarum ea Princeps eſt, vt nouæ Satanæ machinationes ac technæ, nouis item ſuæ Maieſtatis inuentis, nouis artibus eludantur. Excogitarat inuidiſſimus hoſtis ad extinguendum omnem cultum ſacræ Religionis, perdendamque innumerabilem vim animorum, vt vnum aliquem è Monachorum numero blandè ſeduceret, teterrimumque ei ſuum ſpiritum inhalaret, per quem toto terrarum Orbe ſua venena diffundens, tantò certiora ſuæ nequitiæ iacula figeret, quantò nequiorem ſatellitem nactus eſſet: tantò exploratiùs de religione, de cęrimonijs, de cœnobitica ac Religioſa vita actum iri confideret, quantò venenata eius proles, & longo vſu cœnobij, & ſingulari oſtentatione doctrinæ ad perniciem inferendam videbatur inſtructior. Nec deerant, vt modò ſignificaui, pernobiles in Orbe Chriſtiano familiæ, ſeù Catholicæ doctrinæ præſidijs, ſeù ſanctitatis ſplendore coruſcæ, quæ ad eam peſtem auertendam magno vſui, vti ſunt, Eccleſiæ Catholicæ eſſe poſſent. Sed, ne verſutiſſimi draconis aſtutia Dei Sapientia videretur inferior, opponendæ fuere viciſſim nouis impiorum cateruis, nouæ piorum acies; nouis Diaboli ſatellitibus, noui Chriſti Ieſu miniſtri. Quorum ex ſocietate, tàm præter opinionem, tàmque opportunè conflata Religio, ſatis indicat

Digitized by Google

cat & vnde,& quorſum ea edita ac procreata ſit. Proxima verò nouas cō-dēdi familias cauſa eſt, vt veterum familiarum ſtudia, quæ interdum aliquid de primis initiorum ardoribus ipſa temporis diuturnitate remittunt, nouarum acuantur exemplis. Sæpè enim, quæ latebat incluſa virtus, æmulationibus laceſſita, ſe prodit; & quæ nullos nacta eſt æmulos obſoleſcit. Vt enim, cùm ex quatuor rerum initijs pugna & certamen exarſit, tùm maximè ad diuturnitatem viget incolumitas mundi; ſic inter dicatas Deo familias, vbi pia exarſerit æmulatio, puriſſimus Dei cultus & vera ſanctitas effloreſcit.------ Accedit, quòd ex ijs, quæ oriuntur familijs, aliæ alias ad excolendam Domini vineam facultates & vires afferunt: nec recens oritur diſciplina, quæ non ſingulari aliquo officij munere Apoſtolicæ famuletur Eccleſiæ: vt nullam temerè ac fortuitò, ſed ſumma omnes prouidentia ac conſilio inſtitutas ac procreatas intelligas, ſi cuiuſque vires atque functiones, & quibus quæque ſit inſtructa & ornata muneribus, animaduertas. Cōſentanea quippè deſtinatis vſibus Deus, velut ſua dote ſingulas locupletat & ornat: ſingularumque operam ad ſuæ vineæ culturam pro tributis cuique muneribus & donis adhibet, ideòque certis ætatibus ac temporibus nouas creat.---- Verùm ad id ipsū docendum, ne illa quidem minùs efficax ratio eſt, quòd augendis Religionum Ordinibus, ipſa quoque in Eccleſia varietas, quæ fons eſt pulchritudinis omnis, amplificatur & creſcit. Nàm vt in condendo mundo fabricator tanti operis, vt ſuæ in eo veſtigia pulchritudinis adumbraret, & de theſauris ſuis ex illo immenſitatis Oceano ſuppeditaret aliquid, infinitarum eum rerum varietate diſtinxit: vt ea de cauſa Græci κόσμον, Latini lucentem, ſeù mundum nominarint: ſic in Eccleſiæ corpore, quā quotidiè ſibi velut vnicam ſponſam exquiſitiùs adornat, & nouis quodammodò ſplendoribus ad elegantiam expolit, ſpectabilem quandam ex omni Ordinum ac familiarum genere varietatem admiſcet. Quæ tanta, tàmque admiranda in omni ſtatū ac natura varietas, non tàm quia ſpectabilis ac decora, quàm quia peropportuna & ſæpè neceſſaria probatur, ab ſummo illo ac ſapienti opifice videtur inuenta. Quorſum enim ad capiendos humani corporis ſenſus tàm multiplex eſt reperta varietas? cur paſcendis ſingulis, ſingula rerum inuenta ſunt genera, colorum, ſonorum, ſaporum, odo[illegible]tionum, atque tactionum? Quorſum tot animantium ſpecies? tot locorum ac regionum, tot oppidorum tanta deſcriptio? Quorſum tanta in his notis vſitatiſque naturis formarum generumque diſſimilitudo? Num ad vniuerſi dumtaxat ornatum ac voluptatem, an etiam ad multiplicem hominum vſum atque opportunitatem, quorum gratia eam, quam dixi, varietatem excogitauit diuina ſolertia? Nimirum naturæ hominum variæ, volūtateſquē, tàm multa, tàmque inter ſe diſtantia ac diſſimilia rerum genera requirebant, vt qui re aliqua minùs capi-

tur

tur & afficitur, ei nunquam in tanta varietate deeſſet, quod eius mulceret ſenſum, & velut arrideret palato. Par in diſciplinarum multitudine varietatis eſt ratio, quam idcircò Prouidentia Dei ſua in Eccleſia tàm eſt machinata ſolerter, vt varijs hominum voluntatibus & ingenijs, moribus ac naturis, conſtitutionibus corporum, atque viribus indulgeret; nec in tanta familiarum copia deeſſet vnquam, quæ cuique præ cæteris probari poſſet, & quò ſuus quemque nutus ac voluntas impelleret. Argumento eſt, quòd multi, qui ſe ad certam aliquam diſciplinam appulerunt, nunquam ſe ad aliam forſitan inclinarent, niſi congruentem illã cum ſuis moribus inuenirent. Quàm multi autem in hac noua minimaque familia ſocietatem iniere nobiſcum, qui, niſi ea edita in lucem eſſet, in ſuis adhuc tenebris permanerent, nec vllum de Religine conſilium mentemque ſuſciperent. Nouarum igitur familiarum ortus, in fructu diuinæ ponendus eſt Sapiẽtiæ, quæ & cuiuſq; priuati moribus ſenſibuſque, & vniuerſæ Eccleſiæ decori ac pulchritudini, & cæterarum diſciplinarum bono atque commodo, & præſenti temporum neceſſitati opportunitatique voluit eſſe proſpectum.

---

1 Clericorum Ordines porrò ex Apoſtolis originem ſuam traxiſſe cenſentur. Vetus enim inſtitutum fuit, vt Clerici bonis, ſi aliqua haberent, paternis cederent, nihilque ſuum poſſiderent, & hanc eſſe cauſam, ſcribit Hieronymus, vt refertur in *cap. Duo.* 12. *quæſt.* 1. cur ab ipſo Eccleſiæ initio Clericorum capita radi cœperint, vt ſignificaretur, ait ille, temporalium rerum abdicatio, quia victu & veſtitu contenti nihil proprium habere debent, ſed omnia communia. Et teſtatur Proſper, vt refertur *cap. Expedit.* 12. *quæſt.* 1. Expedire facultates Eccleſiæ communiter poſſideri, & proprię perfectionis ſtudio & amore contemni; & ideò quiſquis omnibus, quæ habuit, dimiſſis aut diuenditis, fit rei ſuæ contemptor, cùm Præpoſitus factus fuerit Eccleſiæ, omnium quæ ipſe habet efficitur diſpenſator. Refert deindè exemplum Paulini & Hilarij, quorum vterque paterna prædia diuendita in pauperum vſus erogauerunt. *P. Ioannes Azorius è Societate Ieſu in par.* 1. *Inſtit. Moral. lib.* 13. *cap.* 11. *fol.* 1663.

DISQVI-

DISQVISITIO SECVNDA.

Clericorum Regularium Ordo num primò omnium ab APOSTOLIS originem ac initium duxit?

P. Franciſcus Suarez è oc. S Ieſu to.4. de Relig. tr.9. lib.1. cap.7. fol.326.

2 MEritò dicere poſſumus, PRIMAM RELIGIONEM CLERICORVM, AB IPSO CHRISTO FVISSE ET INSTITVTAM ET CONGREGATAM, ac probatam. Satiſque veriſimile eſt, Religionem illam non perijſſe cum Apoſtolis, ſed continua ſucceſſione fuiſſe in eorum ſucceſſoribus ac diſcipulis conſeruatam. Quod ſignificauit Vrbanus Papa in cap. *ſcimus* 12. *quæſt.* 1. vbi ait, vitam communem inter Chriſtianos vſque ad ſua tempora viguiſſe, præſertim inter eos, qui in ſortem Domini ſunt electi, ideſt, Clericos. Et idem colligitur ex cap. *duo ſunt.* cap. *quia.* cap. *dilectiſſimis.* cum alijs eadem cauſa & quæſtione; vbi inter alia Clemens I. *Epiſtola* 5. ſic inquit: Communis vita omnibus neceſsaria eſt, & maximè his, qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum, eorumque diſcipulorum imitari volunt. Vndè, in vita Auguſtini refert Poſſid. *cap.* 5. factum Presbyterum intra Eccleſiam mox inſtituiſſe monaſterium, & cum Dei ſeruis viuere cœpiſſe ſecundùm modum & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam. *Et tr.* 10. *cap.* 5. *tradit,* Religionem Clericorum Regularium per ſe eſſe Religionem Clericorum, quia directè ordinatur ad eas actiones, quæ in diuinis myſterijs perficiuntur: de qua Religione licet communiter cenſeatur à Diuo Auguſtino incœpiſſe, multi tamen exiſtimant, Auguſtinum potiùs fuiſse Reſtauratorem & Reformatorem illius, quæ iam anteà erat ab Apoſtolis deriuata; quod ſentit Vincentius *in ſpec. hiſtor.* & Nauclerus *in Chronographia.*

1 *Primus Religionis Patrum Theatinorum Fundator & Princeps, imò primus Cleri Reformator, vt dicit Sebaſtianus Verronius* in Chron. *ſeu primus Apoſtolici Ordinis Reſtitutor, vt dicit Ricordatus in Hiſt. Monaſt. die* 2. *pag.* 219. *Quẽ tanquam Ducem Regularis Cleri inſecuti ſunt alij Ordines Regularium Clericorum, Societatis Ieſu, Barnabitæ, Somaſchi, Miniſtri infirmorum, Clerici Minores, Ioannes-Petrus ex illuſtriſſima, antiquiſſima, Heroum inſignium ſplendore, ac opibus, titulis, ac prærogatiuis ad ſummum cumulatiſſima &c.* P.M.F. Dominicus Grauina in voce Turt. lo. cit. fol. 301. & 302.

DISQVISITIO TERTIA.

Qualem ergo Paulus Ordinem & Congregationem inſtituit? Quoue dignius titulo, ob eam inſtitutionem, eſt honeſtandus?

P. Silueſter Petraſancta de Symb. Her. in Elog. §. 6. num. 12. fol. LXIX.

2 IOannes-Petrus Carafa fuit VNIVS MAGNI ORDINIS CLERICORVM FVNDATOR &c. PRIMVS APOSTOLICI CLERICORVM ORDINIS RESTITVTOR.

---

1 *Succeſſere deindè aliæ Clericorum familiæ. Sed hi, quòd primi, Clerici Regulares peculiari quadam nuncupatione appellantur: Diuinæ in primis Prouidentiæ Aſſertores; quòd nec cenſus poſſideant, nec oſtiatim quæritent; ſed præſtolentur cū ſilentio ſalutare Dei, fiducia quidem miraculo proximo.* Laur. Beyerlinc. loc. cit.

DISQVISITIO QVARTA.

Excitauit Io. Petrus ſolus ipſe ne Ordinem, an cum alijs? & quod, illi eius Ordini, eſt nomen?

P. Nicolaus Orlandinus in Hiſtor. Soc. lib. 1. num. 122. Rom. edit. fol. 34. Antuerp. fol. 26. col. 2.

2 IOannes-Petrus Caraffa, cui poſteà Eccleſiæ Catholicæ gubernacula diuina detulit Prouidentia & Paulus IV. eſt appellatus—& NOBILITATE GENERIS, ET LITTERARVM ERVDITIONE, ET ALIIS DEI MVNERIBVS SPECTATISSIMVS, Theatino Archiepiſcopatu relicto, cum alijs tribus æquè pijs ac nobilibus Viris, Clericorū Regularium Ordinem, quos ab Archiepiſcopo cæteris clariore Theatinos nominant, recens condiderat.

---

1 *Porrò moliri hoc ipſe ſecum ardentiſſimè eo tempore cœpit Carafa, quo id ipſum Caietanus animo peruolutabat; collimabantque impulſore Deo in idem ſimul inſtitutum ambo: cùmque neuter alterius mentem ſenſumque cognoſceret; modum vterque excogitabat, quo res bene cederet. Intereà temporis euulgare egregium conſilium cœpit Thienæus: ſtatimque ſparſus rumor in Epiſcopi Theatini aures inſuſurrauit, illum de abdicanda Aula cogitare, & condendi noui Clericorum Ordinis*

men-

Digitized by Google

mentem cum Bonifacio communicaſſe. Reſciuit id vix Carafa: cùm admotis veluti ſtimulis, ac vehementer incenſus, Caietanum ingenti quodam ſpiritu conuenit. Et, molitum ſe, ait, iam diù opus: Eandemque Clericorum Regularium Ideam, & concepiße pridem animo, ac tùm quidem de ea cogitare, nec vlli adhuc mortalium mentem aperuiſſe. Nunc verò quando ipſe priùs ea de re ſermonem habuerat, admitti ſe magni conatus ſocium prolixè rogabat, ad omnem certè Paupertatis aſperitatem, ſuique contemptum, vires atque animos ſuffecturus. Ioſ. Sylos in hiſtor. par. 1. lib. 2. pag. 33.

DISQVISITIO QVINTA.

Quomodò fundata hæc à Paulo & S. Caietano Religio dici debet? Illi ne Thienæus, an Thienæo ſe Carafa ſocium addidit?

P. Nicolaus Lancicius in 1. Opuſc. de rectè trad. adol. n. 258. fol. 86. col. 2.

2 CONgregatio Clericorum, quos Theatinos vocant, ſic à---Fundatore Epiſcopo Theatino, & poſteà Romano Pontifice Paulo IV. appellata, cum B. Caietano Thienæo, alijſque ſocijs vitæ ſanctitate illuſtribus inſtituta, VALDE ECCLESIÆ VTILIS, ET IN ITALIÆ PRÆCIPVIS VRBIBVS FLORENS, REBVS VBIQVE PRÆCLARE GESTIS, ET MAGNAM DEI GLORIAM PROMOVENTIBVS ILLVSTRISSIMA. *Ita Lancicius. Sed quis ipſorum Fundator? quis alter alterius ſodalis, & verè ſocius fuit?*

P. Petrus Ribadineira in Vita P. Ignatij Loyolæ lib. 2. cap. 6. fol. 134.

3 QVI (*Ioannes-Petrus*) EPISCOPATV THEATINO RELICTO----AD CAIETANVM VICENTINVM SE SOCIVM ADIVNXERAT. *Ita Ribadineira. At id vellem, inquis, inſpicere veſtri Ordinis Hiſtorijs annotatum, non quidem recens in lucem editis, ſed multò ante typis impreſsis, quàm Thienæus Beatorum Syllabo adſcriptus eſſet. Id vbinam legitur?*

P. Ioannes Rhò è Societ. Ieſu in Apolog. interrog. pag. 198.

4 Legitur apud Caracciolum Collectaneorum *pag.* 190. *quæ Coloniæ Vbiorum excuſa ſunt An.* 1612. *cùm de Caietani cauſſa (hoc eſt, Apotheoſi) Romæ agitanda non dùm vlli quidquam in mentem venerat. Et hunc plenè Scriptorem P. Rhò pag.* 269. diſertiſſimè *loqui dicit; & pag.* 47. diligentiſſimum Antiquitatis *appellat. Tùm pag.* 106. minutiſſima diligentia omnia rimatum fuiſſe video, *inquit*, & laudo clari Viri ſtudium laboremque: neque enim aurum colligentes, quamuis diuite in vena, vel ipſa ramenta negligere conuenit; opera namque maiorum & virtutum exempla, quamuis aliquan-

Digitized by Google

do in tenui ſit labor,quolibet Peruano auro pretioſiora qui colligit,ingens profectò operæ pretium facit. *Sed ante illum Ioannes-Antonius Pratus, S.Caietani Nouitius,quem P.Rhò pag.*46.Optimum Senem *vocat,idem tabulis conſignauit.Quo circa* Caracciolus (*vt idem P.Rhò loquitur in fol.*47.) qui eas tabulas vidit,quique ſibi Caietani Vitam,opus difficili rerum inquiſitione,quæ illum diù tenuit, planè laborioſum fuiſse teſtatur, *factum ita deſcribit.*Caietanus igitur ea, *inquit*,quæ ſecum aliquantiſper,molitore Deo, agitauerat, cum Bonifacio à Colle Viro integerrimo amicè communicat. Probat ille,& ſancto correptus Spiritu ſe tàm præclaro facinori ſocium offert. Hanc rem non multò pòſt olfecit Ioannes Petrus Carafa, Epiſcopus Theatinus,is videlicet, cuius iàm geſta retulimus: & qui diù cupiuerat è mundi fluctibus in portum aliquem emergere,vbi primùm percepit inſtituendi Ordinis rationem atque ſcopum, exarſit illicò vehementi deſiderio ineundi Inſtituti, quod Monaſticæ ſimul & Clericalis vitæ munera laudeſque coniungeret. Itaq; vt nunquam ferè non erat ad virtutum ardua capeſsenda optimè animatus,Caietanum liberè conuenit,& maiorem in modum ab eo petijt, vt ſe eiuſdem voti compotem faceret.Eſse ſibi ſi nō meritum,certè ſtudium par atque ceteris,& ſimilē propemodùm ſacri Sodalitij imaginem ſe concepiſse animo, quam non fuerit auſus cuiquam patefacere.Proindè ſibi & amico, & Epiſcopo, & auidè cupienti, non eſse ſaltem poſtremum in eo optimo facinore locū denegandum.Ille admiratus viri animos & nulli præclaro operi anguſta pectora, gratias primùm agere, quòd tantus Antiſtes pauperum Clericorum vitam adeò cupidè vellet amplecti. Deindè verò (vt Carafæ impetum ardoremque reprimeret) excuſare ſe multis modis, atque difficultates, quæ multæ & grauiſſimæ certè inerant,opponere; ſcilicet per ſacros Canones,quos Carafa ipſe probè noſſet,non licere Epiſcopo,deſerto ſuo & Chriſti grege,ad Clauſtra ſecedere. Videret tempora fortiū exemplorum valdè indiga. Proindè ne ſe intra muros abſconderet, qui oppoſitus eſſet à Deo murus pro Domo Iſrael aduerſus huius temporis Philiſthæos. Pergeret potiùs cum alijs Epiſcopis ductare Chriſtianas acies, ſe verò alioſque priuatos homines fineret ſub ſignis contineri inter gregarios milites. His alijſque eiuſmodi dùm Carafam Caietanus dehortari nititur,ille,vt erat ingenio præferuidus,& recti conſilij,quod ſemel apprehendiſſet, tenaciſſimus, nihilùm his dimoueri difficultatibus, imò magis magiſque inardeſcere. Denique multis verbis vltrò citròque habitis,Carafæ ardor eò proceſſit,vt fixis repente humi genibus,vultu ſubirato ac propemodùm minaci proteſtatus fuerit Caietano, ſe in die Iudicij de ſua anima ab eo rationem coram Chriſto Iudice repoſciturum,niſi protinus ſe è ſæculi turbis ad quietam Religioſæ vitæ ſtationem admitteret. Tùm Caietanus obſtupeſcens Viri conſtantiam,

ſtantiam,facundiam,grauitatem,procubuit & ipſe in genua,cumque cõplexus amantiſſimè;Ego te, inquit, mi Domine nunquam deſeram. Iunctis itaque animis viribuſque ſedulò veſtigant,quanam ratione, maturè cum Deo id,quod propoſuerant, perficerent: mutuiſque cohortationibus ſeſe inuicem accendunt. Antequam autem ad rem aggrederentur, Quartum adſciſcunt Socium,Paulum videlicet Conſiliarium, fidum Caraſæ amicum, & antiqua ſtirpe ac probitate conſpicuum. His quatuor veluti baſibus ædificium omne noſtri Ordinis ſuperſtructum eſt. Atque adeò has quatuor Roſas inter medias humanorum pectorum hyemes,B. Dorothea vt Cæſareæ quondam, tunc Romæ iterum protulit. Cæteri, qui ad triginta octo fuiſſe referuntur, & ſi ad primum noui inſtituti nũcium incaluerant,& ſe quiſq;Sociumineũdo Clericorum Ordini promptè obtulerant, difficultate tamen rei, & arctiſſimæ Paupertatis voto quod ij quatuor conceperant perterrefacti,refrixerunt. Igitur anno redempti Orbis M.D.XXIV.feſto die Inuentæ Crucis à quatuor iam dictis Viris res cœpta eſt apud Clementem VII.Pont.Max.ſedulò agitari. Magnis primùm difficultatibus impediebatur, pleriſque Romanæ Aulæ Proceribus nouum id fore pronunciantibus,Clericos à Monachis,habitu,nuncupatione,nonnullo etiam inſtituto diſtinctos,ad inſtar nihilominùs Monachorum, ſeptis Clauſtri rigidè contineri, & ſolennibus Chriſto nuncupatis votis obligatam vitam ducere.Prætereà,non videri, poſſe eos ſeſe tolerare, niſi aut ſtipem emendicatò quærerent, quod fermè inuſitatum Clericis, aut certos cenſus prouentuſque ſibi compararent, quod nullo modo ſibi Patres perſuaderi patiebantur. Apoſtolicam verò illam rationem viuendi ex vltroneis oblationibus, haud proſperè his tẽporibus ſucceſſuram,in queis virtutum cultus & charitas potiſſimùm,in egenos,adeò refrixiſſe cernitur, vnoquoque propemodùm quæ ſua ſunt quærente,non quæ Ieſu Chriſti:Neque etiam facilè impetratu fuit à Sũmo Pontifice,ut Caraſæ liceret, relicto Epiſcopali munere,ad priuatam vitam emigrare. Nouerat enim Pontifex quantum præſidij in eo Viro reperire poſſet Reſpub. Chriſtiana,ijs maximè temporibus, quibus præſtantes virtute,conſilio, pietate homines operæ pretium eſſet ad gubernacula adhibere,non autem in Clauſtra aut in ſolitudines ablegare.His itaque res implicata nodis vix vnquam fuiſſet expedita, niſi Caietanus in primis,& ſocij etiam alij ſtrenuè reſpondiſſent: Nihil,ſe, nihil poſteros,modò Chriſto fiderent,Deique Regnum ſedulò quærerent,de victu cultuque corporis vnquam fore ſolicitos. Illud vnum agerent: cætera Chriſto ſponſore adijcienda neutiquam ſe ambigere. Apoſtolos,primoſque Euangelij Sectatores longè infeſtius pietati, ac Charitati ſeculum incurriſſe: neminem tamen eorum aut fame aut algore conſumptum,niſi ſiquando perſecutorum rabies ijſce modis diuites ſimul & inopes cruciauit.

ciauit. Cenſus prouentuſq; perpetuos quòd plerique alij Ordines retineant,ſe quidem nequaquàm improbare;at inficiari non poſſe,illud eſſe perfectius inſtitutum,quod Euangelicam paupertatem impēſiùs ſeruat. Diuitias ſæpe eſſe ſeminarium litium,& perniciem libertatis. Itaque rogare ſe Purpuratos Patres Sanctiſſimumque Pontificem, vt faueret inſtaurationi Clericalis Inſtituti,quod Apoſtoli dedicaſſent,viriq;Apoſtolici longa ſerie ſuo exemplo firmaſsent.De Theatino Epiſcopo,ſperare ſe non minus illum Reipuq.Chriſtianæ fore vtilem Clericorum Ordinis parentem,quàm Theatinæ Eccleſiæ præſul extitiſset.Neque illum tuendæ Chriſtianæ cauſæ ſeſe reddere ineptum, quòd Religioſum iniret inſtitutum:ſed ipſummet qui anteà in acie dimicauerat Primipilus, poſtmodùm veluti de ſacra quadam Turri, memorando poſteris exemplo, vnà cum ſocijs,propugnaturum.His alijſque rationibus ea quæ obiecta fuerant diluebant Patres:quibus magnum profectò robur addidit Matthæus Gibertus, celeberrimus ille Veronæ Epiſcopus, qui quòd apud Clementem gratia,apud Cardinales plurimùm auctoritate valebat,Noſtros magnoperè iuuit. Et quidem eò diligentiùs incubuit Gibertus expediēdę rei,quòd percuperet ſe ijs aggregare,adeòque ea ratione ex Aulæ ſe ſubducere ſtrepitu,atque turbinibus. Verùm ſui is laboris fructu votoque potiri non potuit.Abnuerunt enim Patres tantùm Præſulem ſibi ſocium adiungere, quocum Pontificiæ rectionis curas Clementem partiri probè noſsent:atque adeò nunquam illum permiſsurum, vt ſe deſtituto rebuſque publicis, ad alia ſe conferret vel optima ſtudia. Ex Epiſcoporum numero ſatis ſibi fore Carafam,cuius auctoritate, conſilio,ope iuuaretur.Itaque cùm Inuentæ Crucis feſto die res agitari cœpta eſſet,in Crucis itidem exaltatæ ſolenni luce fauſtè confecta eſt;vt proindè non immeritò Crucis inſigne nobis aſſumpſiſſe videamur.Erit autem fortaſſis pretium operæ,ſi quo modo Quatuor ij Viri ad B.Petri in Vaticano colle Deo ſeſe votis obſtrinxerint, breuiter hoc loco narrauero. Clemens VII.cuius iam ſæpè meminimus è Medicea Stirpe Pont. Max. vt renaſcentem Clericorum Regularium Ordinem Apoſtolica protectione foueret,& ſibi, hoc eſt, Chriſti Vicario proximè ſubijceret, iuſſit Ioanni Baptiſtæ Bonzianio Caſertæ Epiſcopo,& Apoſtolico Datario,vt Pontificio nomine iam dictorum quatuor virorum ſolennia Vota exciperet,atque Apoſtolica auctoritate roboraret.Acceſſerunt itaque eo feſto die Noſtri Patres,vnà cum Bonziano ad Ædem auguſtiſſimam Vaticanam,vniuerſo Clero, ac maxima omnium Ordinum multitudine proſequente;& celebrato à Caſertano Epiſcopo ad Altare Sancti Andreæ ſolenni ſacrificio, ac cœleſti pane profeſſuris Patribus ritè porrecto, Aram Sancti Petri, quæ eius Templi eſt primaria ac ſacratiſſima, bini adeunt:ibiq;Clementis VII.Diplomate per Notarium clara voce recitato, pri-

Digitized by Google

to, primus Ioannes-Petrus, tùm Caietanus, deindè alij duo ſolennia Religionis vota Summo Numini deuotiſſimè nuncuparunt: quorum formulas ſingulis autographis deſcriptas Bonzianius Summi Pontificis nomine recepit, probauitque. Poſt hæc, quoniam iam dicto Diplomate concedebatur ipſis, vt Præpoſitum ſibi quem vellent eligerent, idcircò, ſecedentes ij Quatuor Viri parumper ab adſtantium cœtu, cùm de ea re inter ſe aliquantiſper deliberaſſent, in Ioannem Petrum cunctorum ſuffragia conuenerunt. Ipſum igitur iam deſignatum electumque primum Clericorum Regularium Præpoſitum, Caſertanus Epiſcopus, qua pollebat poteſtate, roborauit atque firmauit.

---

1 *Qui (Clericorum Regularium Ordinem) condiderint, quatuor Viri fuere, excellenti virtute, atque inſigni Romana in aula exiſtimatione: nempè B. Caietanus Thienæus, Vicentinus, Protonotarius vt aiunt Apoſtolicus, ex his, quos participantes vocant: Ioannes-Petrus Carafa Neapol. Epiſc. Theatinus, Paulus Conſiliarius Rom. & Bonifacius à Colle Alexandrinus. Ex his præcipui Thienæus & Carafa: & ille quidem in eam deindè Sanctimoniæ laudem euaſit, vt celebrari publicis honoribus meruerit ab Vrbano Pont. VIII. Beatorum (à Clemente verò X. Sanctorum) numero adſcriptus: floretque hodieque inſigni miraculorum fama cũ Neapoli, vbi ſacri eius cineres quieſcunt, tùm adibi poſſim; adeò vt nihil iam per Italiam frequentiùs imploretur, quàm Caietani tutela & nomen: indicantque collata ab eo beneficia, infinita propemodùm ad tumulum donaria, ac votiuæ vbique pro parietibus tabulæ.* Laur. Beyerl. in Th. V. Religio fol. 259. & 260.

DISQVISITIO SEXTA.

Si Theatinæ Congregationis vnum Inſtitutorem dicere velim, quis nominandus? aut quomodò cum eo cæteri iurè ac meritò appellabuntur?

P. Nicolaus Lancicius in 1. Opuſc. cap. 19. n. 258. fol. 83.

2 B. CAIETANVS THIENÆVS FVNDATOR ORDINIS CLERICORVM REGVLARIVM, & (*cæteri*) EIVS SOCII.

---

1 *Quod ad inſtitutionis negotium, ac præcipuum Fundatoris nomen, re tùm ad Veterum Patrum ſenſum, tùm ad hiſtoriarum fidem maturiùs examinata, par eſt, vt illibata Epiſcopi Theatini laude, ſuum etiam B. Caietano decus aſſeratur. Nam*

Digitized by Google

Nàm & ſi Carafa feruentiore quidem ſtudio atque opera id negotij adgubernaſſet, curaſſetque impenſiùs ſurgentis Religionis momenta; tamen qui Apoſtolico huic Operi inſiſtere, præclarumque conſilium primus aperire, atque euulgare, ac Socios adſciſcere cœperit, Thienæus fuit: quem & ipſemet conuenit Epiſcopus Theatinus, ea magni pectoris celſitudine, generoſique animi demiſſione, quam ipſi enarrauimus: omniſque ætas, ac gentium linguæ loquentur. Itaque hac de re breuiter ſtatuendum ſic cenſeo: vt inter quatuor eos Viros, Thienæus & Carafa, quippè qui luce Generis, Infuliſque, ac celebriori virtute inſigniores erant, primarij Conditores fuerint: enimuerò è duobus alijs, vt Bonifacius Caietano, ita Conſiliarius adhæſit Carafæ: ac propterea & ſi in eo opere prouehendo vnà cum alijs ſummo quidem ardore animi incaluerint, ac ſimul vota nuncupauerint, proindéque Fundatoris laudem, nomenque demeruerint: tamen illi, præclari nominis, virtutiſque prærogatiua, præcipui. Inter hos verò, cùm eandem, vti monuimus, vterque mentem conceperit, ac egregiè pro virili quiſque parte in ea prouincia inſudauerit, nullus profectò alter alteri videtur anteferendus. Nàm ſi inſularum ac nominis ſplendorem, primamq; Ordinis Præfecturam, atque egregios in explicandis difficultatibus conatus ſpectemus, præcipuum huiuſce Clericorum Reipublicæ Caput Patremque, Carafam dicemus. Si ſparſam euulgatamque inter Romanos Proceres eam excitandæ Sodalitatis mentem; primus Familiæ Auctor Thienæus fuit: ita vt hic quidem, quòd Ideam operis propoſuit; ille quòd opus ipſum inſigni conatu molitus fuerit, velut æquales ac compares præcipuam quiſque laudem, ac principem ſibi locum vendicet. Ioſ. Sylos in hiſt. par. 1 lib. 3. fol. 69. & 70.

DISQVISITIO SEPTIMA.

Cur verò in hac Theatina Congregatione, præter aliorum Ordinum morem, non vnus omninò Fundator, ſed ex quatuor, duo præſertim inſigniores ac præcipui nominantur? Quomodò id dici poteſt?

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in Diſput. Hiſtor. n. 32. fol. 60.

2 RAtione diuerſa. CAIETANVS FVNDATOR DICITVR, QVIA PRIMVS DE RELIGIONE REFORMATORVM CLERICORVM CONDENDA COGITAVIT: PRIMVS SOCIOS QVÆSIVIT, ET COGERE COEPIT. CARAFA VERO, QVIA SODALIBVS PRIMIS, DIGNITATE, SCIENTIA, ÆTATE, ATQVE AVCTORITATE ANTEIBAT. Quam ob cauſam, Pontifex, in Literis, & Breuibus, primo loco Carafam nominat: in Profeſſione facienda, primus ſolennia Vota nuncupat: poſt Profeſſionem, primus à cæteris in præpoſitum eligitur. *Hactenus P. Iulius Nigronus. Id ipſum*

verò

verò quod diſertiſſimus Sylos edidit, multò ante alij docuere. Legantur Vitæ ac Geſta Romanorum Pontificum denuò typis impreſſa à R.P. Auguſtino Oldoino è Soc.Ieſu in Paulo IV.& in addit.Andreæ Victorelli, vbi ait:

3 Quidam Ioannem-Petrum Carafam, quidam Caietanum Thienæum,Ordinis Clericorum Regularium Inſtitutorem agnoſcunt: alij ab his, à Bonifacio à Colle, & à Paulo Conſiliario Ordinem inſtitutum fatentur.Ego cum ijs ſentio,qui duos illos inſtitutores, hos autem Socios appellant.*Et optimam rationem aſſignat:* Nàm Clemens VII.Literas,quibus eundem Ordinem firmauit, ad Ioannem-Petrum Epiſcopum Theatinum,ad Caietanum Vicentinum Presbyterum,& ad Socios eorum dedit.*Hæc ille.Literæ autē, vel Diplomata,quæ Victorellus, & P.Iulius Nigronius citat,plura fuere.Ego vnum & alterum huc ſubijciam. Et primum quidem, quo Clemens VII.Ordinem comprobauit,hoc fuit.*

Venerabili Fratri, Io. Petrō, Epiſcopo Theatino, & dilecto filio Caietano Presbytero Vicentino,ac eorum Socijs & Succeſſoribus.

CLEMENS PAPA SEPTIMVS.

Venerabilis Frater, & dilecti Filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exponi Nobis nuper feciſtis, quòd Vos, & nonnulli alij, eiuſdem propoſiti Socij veſtri,diuina,vt creditur,inſpiratione ducti cupientes,cum maiori animi quiete Deo ſeruire,& illi magis pro deſiderio cohærere poſse,tria ſubſtantialia religioſæ vitæ,Paupertatis ſcilicet,Caſtitatis, & Obedientiæ vota emittere, & ſub ſolito, & communi habitu Clericali in vnum habitantes, & communi ac de communi viuentes, ac Deo humiliter,& deuotè,quantum ipſe dederit,ſeruientes,ſub noſtra,& Apoſtolicæ Sedis humili, & immediata ſubiectione, & ſpeciali protectione,Clericalem vitam ducere decreuiſtis, ſupplicareque nobis feciſtis,vt de noſtræ,atque huius Sanctæ Sedis plenitudine poteſtatis, ſolitaque clementia in præmiſſis benignè annuentes,de ijs,quę ad huius vitę propoſitum conducere,aut quomodolibet expedire videntur,Vobis, ſocijs,& ſucceſſoribus veſtris prouidere dignarēmur. Nos qui omnium Chriſti fidelium pijs, & honeſtis deſiderijs libenter annuimus, veſtrum in hac parte laudabile deſiderium plurimùm in Domino commendantes,veſtriſque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Vobis, & cuilibet veſtrum, vt quandocumque viſum fuerit, poſitis tria ſubſtantialia religioſæ vitæ,vt petitis,Paupertatis,Caſtitatis, & Obedientiæ vota publicè emittere,& in manibus cuiuſque Presbyteri ſecularis,vel cuiuſque Ordinis regularis ſolemniter profiteri,ac ſub ſolito,& communi habitu Clericali,ſubq; nomine, ac nuncupatione Clericorum Regularium in communi viuentes,in locis religioſis aut ſecularibus, prout vobis ab il-

 lis,

lis,quorum loca ipſa conceſſum fuerit, ſeu expedire videbitur, ſub Noſtra,& Sanctæ huius Sedis Apoſtolicæ immediata ſubiectione,& ſpeciali protectione in vnum habitare,atque ex vobis, inter vos ſingulis annis Superiorem eligere,Præpoſitum nuncupandum,qui vſque ad triēnium, & non vltra confirmari poſſit,alioſque quoſcumque Seculares Clericos, quauis dignitate fulgentes,ſeu Laicos,qui Deo inſpirante, ad huiuſmodi vitæ propoſitum,& communem viuendi modum ſe conferre voluerit, recipere, & poſt annuam probationem ad talem trium votorum profeſſionem,in manibus Superioris,ſeu Præpoſiti emittendam, ad huiuſmodi communem viuendi modum admittere:nec non ſtatuta quæcumque,ordinationes,& Conſtitutiones de omnibus,& ſingulis,quæ ad huiuſmodi vitæ propoſitum conducere,moreſque,& inſtitutum honeſtè, & deuotè clericaliter viuendi concernere videbuntur: de Miſſis præcipuè, & de alijs diuinis Officijs,ſiue Horis Canonicis,prout vobis melius videbitur, celebrandis,& recitandis,licita tamen,& honeſta, rationabilia, & bonis moribus,& ſacris Canonibus non contraria,facere,edere, & pro tempore facta edere,corrigere,reformare,& in parte,vel in totum immutare, ac de nouo alia,prout vobis expedire videbitur,inſtituere,& ordinare, & iuxtà illa viuere;quæ poſtquam à vobis condita,& reformata, inſtituta,aut immutata,& ordinata,ac Nobis, ſeu Succeſſoribus noſtris exhibita fuerint,Apoſtolica auctoritate confirmata,& approbata ſint,& eſſe cenſeantur:& vt omnibus,& ſingulis priuilegijs,exemptionibus, immunitatibus, indulgentijs, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, indultis,fauoribus,conceſſionibus,& gratijs ſpiritualibus,& temporalibus, quibus,potiuntur, & gaudent, aut in futurum potientur, & gaudebunt Canonici Regulares Lateranenſes,Congregationes,perſonæ,& loca eorum,Vos,& loca veſtra vti,potiri, & gaudere poſſitis, quorum tenore præſentibus pro ſufficienter expreſſis,ac de verbo ad verbum inſertim haberi volumus;ita vt litteræ Apoſtolicæ ſuper eiſdē priuilegijs, exemptionibus,immunitatibus,conceſſionibus,& gratijs eiſdem conceſſis,vel pro tempore concedendis,mutatis dumtaxat nominibus,cognominibus, inuocationibus,& diebus,ad libitum expediri poſſint; perindè ac ſi illa omnia,& ſingula,non ſolùm per clauſulas generales, ſed per eorum tenorem,de verbo ad verbum expreſſionem, & inſertionem fuiſſent vobis per has noſtras litteras,ſub hac ipſa die expreſſa, & ſpecialiter conceſſa, tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia, & ex Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis,Vobis,ac ſocijs,& ſucceſſoribus veſtris in perpetuum concedimus,pariter & indulgemus,& ad præmiſſa omnia,& ſingula,quibuſcumque impedimentis,& contradicentibus amotis,liberam,plenamque auctoritatem,& facultatem elargimur,non obſtantibus nomine,dignitate, & officio Epiſcopali, quæ Ioanni-Petro ſupradicto per alias noſtras litte-

litteras reſeruauimus, Apoſtolicisſque, & generalibus, aut ſpecialibus conſtitutionibus, ordinationibus, etiam iuramento, aut quauis alia firmitate roboratis, etiam ſi qua ſpecialiter, ſeu de verbo ad verbum exprimenda eſſent, quæ pro expreſſis haberi, & quibus quoad effectum præſentium dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, alijsque contrarijs non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die vigeſimaquarta Iulij M.D.XXXIV.

Iacobus Sadoletus.

4 *Alterum fuit, quo Pontifex emendandi Breuiarij & Miſsalis libri facultatem indulſit noſtris Patribus, hunc in modum.*

CLEMENS PAPA SEPTIMVS.

Venerabili Fratri Io. Petro Epiſcopo Theatino, & dilectiſſimis Filijs, Caietano Presbytero Vicentino, ac eorum Socis, & Succeſſoribus, Clericis Regularibus nuncupatis.

Venerabilis Frater, & Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis, quòd poſtquam aliàs vobis Clericalem, & exemplarem vitam, ſub emiſſione trium votorum ſubſtantialium in habitu Clericali ducere, ac in communi, & de communi viuere cupientibus id inter cætera, nec non aliquas ſuper Miſſis, & alijs diuinis Officijs celebrãdis ordinationes, & conſtitutiones, dummodò licitas, honeſtas, & rationabiles, ac bonis moribus, & Sacris Canonibus nõ contrarias faciendi, & ſecundùm illas eaſdẽ Miſsas, & Officia recitandi, & celebrandi cõceſſimus; prout in alijs noſtris ſub Annulo Piſcatoris litteris deſuper ſub die 24. Iunij, Pontificatus noſtri anno primo confectis, pleniùs continetur; vos Religionis, & diuini cultus honore, ac feruore ſuccenſi, Miſſas, & diuina Officia, quibus nunc Sancta Romana Eccleſia vtitur, ad certum modum, vt quidem vobis videtur, decentiorem, ſanctorumque Patrum, ac ſacrorum Canonum ſtatutis conuenientiorem, magiſque aptum profectui celebrantium, & deuotioni audientium excogitaſtis, quem componere deſideratis, Nobis, & Sedi Apoſtolicæ poſteà offerendum, vt ex illius inſpectione, an publico Eccleſiarum vſui tradendus ſit, decernere poſſimus. Verùm, ſicut eadem veſtra expoſitio ſubiungebat, quia non facilè ad compoſitionis huiuſmodi effectum, & complementum deuenire poſſe ſperatis, niſi per ipſiuſmodi continuam per aliquod tempus tractationem, & Officiorum à vobis compoſitorum recitatione, ex qua & vſu ipſo multa à vobis videri, & animaduerti, & animaduerſa corrigi, & mutari poſſent, cupitis propterea, vt experientiam ducem, ac magiſtram habeatis, Miſsas, & alia diuina Officia huiuſmodi iuxtà modum à vobis repertum, & in choris, & in Eccleſijs veſtris celebrare, & recitare. Quarè pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vobis id faciendi licentiam ad annum concedere, voſque interim

ſic recitantes,& celebrantes à celebratione,& recitatione Miſsarum, & Officiorum diuinorum iuxtà cõſuetum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ morẽ facienda,ac à recitatione Officij B. Virginis etiam per vos compoſita, attenta occupatione veſtra,& longiori Officio,interim à vobis celebrãdo,abſoluere, aliaſque deſuper vobis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur in te præcipuè, frater Epiſcope,ſperantes,& confidentes, quòd pro tua doctrina,prudentia, & pietate nihil niſi pium,& Canonicum,laudeque, & Profeſſione veſtra dignũ in hoc ages,agique à tuis fines;vobis omnibus, & ſingulis veſtrum dumtaxat,vt Miſsas,& diuina Officia iuxtà modum nouum,per vos excogitatum,& componendum,in choro,& in Eccleſijs veſtris per annum dumtaxat à data præſentium computandum celebrare, & recitare ad Dei laudem liberè,& licitè valeatis;interim ad celebrationem,recitationemque Miſsarum, ac Officiorum huiuſmodi iuxtà conſuetum Romanæ Eccleſiæ morem faciendam minimè teneamini:nec Officium B. Mariæ,etiã per vos compoſitum per dictum annum recitare ex præcepto obligemini;ſed ab omni alio more aliter celebrandarum Miſſarum, & recitandorum Officiorum per dictum annum tãtùm prorsùs exempti, liberi, & abſoluti eſſe cenſeamini,auctoritate Apoſtolica,tenore præſentium concedimus, & indulgemus, ac vobiſcum ſuper quouis voto, obligatione, & profeſſione,per vos factis, ad effectum præſentium diſpenſamus. Volumus autem,vobiſque in virtute Sanctę Obedientiæ inhibemus,ne dictũ modum,per vos componendum alicui alteri vtendum, & legendum tradatis,antequam ille per vos ad Nos miſſus, & à nobis, & ab hac Sancta Sede fuerit canonicè approbatus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 21. Ianuarij 1529. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Bloſius.

---

1 *Aptari in ipſos (Thienæum & Carafam) iurè poterit, quod de celeberrimo quodam Oratore,eiuſque in dictionis præſtantia principatu dictum à Tullio olim fuit: Demoſthenes,inquit,tibi præripuit,ne eſſes primus Orator; Tu illi,ne ſolus. Ita vt Thienæus & Carafa primam ſibi in condendo Ordine palmam viciſſim præripuerint.* Ioſ. Sylos par. 1. hiſt. lo. cit.

DISQVI-

DISQVISITIO OCTAVA.

Conſtat ex dictis, Caietanum Thienæum, & Ioannem-Petrum Caraſam, vel Confundatores (vti P. Ioannes Rhò vocat) vel Coinſtitutores Theatini Ordinis appellari. Ne inſolens ac mirum id videatur; de quo nam exemplum haberi potuit, hac in re, quod Noſtrates imitarentur?

P. Henricus Sommalius è Soc. Ieſu in vita Thomæ à Kempis cap. 8.

2 DE Gerardo Magno, COINSTITVTORE CLERICORVM REGVLARIVM.

---

1 *Planè id Naturæ ingenium, atque indoles eſt, vt adnotauit Plinius, vt propè venenatas herbas, ſalutares plerumque ferat, quò ſimul & enatum malum, & ipſam prona manu antidotum propinaſſe intelligeremus. Id quod eiuſdem Naturæ moderator, & auctor Deus, cùm in grauiſſimis Chriſtianæ Religionis momentis, tùm in huiuſce præſertim Ordinis inſtitutione feciſſe cernitur. Etenim eodem hoc iſto anno inſtitutam confirmatamque ipſam voluit, cùm Martinus Lutherus, impius Auguſtiniani Ordinis, Fideique deſertor & transfuga, poſtquam modeſtiam omnem ſpeciemque probitatis exuerat, Religioſum habitum perſonamque dimiſit, vt oſtenderet adnatum eodem tempore teterrimo veneno præſentiſſimum remedium. Nempè Theatinorum Patrum, qui primæuos Clericorum Regularium mores induerunt, ea potiſſimùm mens fuit, vt collapſum ſacrorum cultum Religionemque inſtaurarent; pugnarentque ea Clericorum Reformatorum legione in ſeculi vitia, quemadmodùm Regulares illi Auguſtini Clerici, & Auguſtinus ipſe in peſtilentiſſimas ſuorum temporum Hæreſum phalanges decertauerat.——Quod & Lutherus ipſe intellexit, teſtatuſque eſt conceptis verbis. Nam cùm excitatam Romæ per ea tempora ad Apoſtolicæ Paupertatis, vitæque normam, eam Clericorum Sodalitatẽ reſciuiſſet, inclamaſſe ſuis fertur: Magnum nobis Romæ paratur Bellum.* Ioſ. Sylos in hiſtor. par. 1. lib. 2. fol. 42. & 43.

DISQVISITIO NONA.

Quale fuit quatuor illis Viris in condenda Congregatione propoſitum? Quaue Nomina, Cognomina, & Patriæ ipſorum?

P. Antonius Spinellus è Soc. Ieſu de Virg. Deip. laud. cap. 40. n. 11. fol. 587.

2 QVI OMNIVM PRIMI HAC TEMPESTATE CLERICORVM REGVLARIVM ORDINEM EXCITARVNT,

VT

VT SVO EXEMPLO ATQVE OPERA CLERVM SÆCVLAREM AD SANCTIOREM VIVENDI RATIONEM, IVXTA SACRORVM CANONVM NORMAM, EXCITARENT; HI FVERE B. CAIETANVS Thienæus Vicentinus, Protonotarius Apoſtolicus, qui vitæ merito miraculis etiam claruit: Bonifacius à Colle ab Alexandria, Galliæ Ciſalpinæ Vrbe: Paulus Conſiliarius Romanus: & Ioannes-Petrus Carafa Neapolitanus, Epiſcopus Theatinus.

---

1 *Exaltatæ S. Crucis die, in Baſilica Principis Apoſtolorum, ſupra Aram Maximam, vbi glorioſiſſima Corpora ſanctiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli condita ſunt, magna populi atque totius Aulæ frequentia, quæ hunc Præſulem & Socios plurimi faciebat, Votorum profeſſio emiſſa eſt.* D. Petrus Recordatus, Monachus Caſinenſis in hoſtor. monaſt. die 2. fol. 219.

DISQVISITIO DECIMA.

Quonam in loco, & priuato ne, an ſolemni & celeberrimo cultu, prima hæc Clericorum Regularium Congregatio eſt inſtituta?

P. Hieronymus Platus è Soc. Ieſu de bono ſtat. Relig. lib. 2. cap. 28. fol. 404.

2 PAulus IV. Religioſam formam inſtituit; quam etiam ROMÆ, PVBLICE, IN SANCTI PETRI ÆDE, ADSTANTE EIVS TEMPLI CLERO, MAGNA OMNINO CELEBRITATE, AD APOSTOLORVM CORPORA, vnà cum ſocijs profeſſus eſt, editis ijs Votis, quæ ſolennia ſunt omnibus Religioſis. Contigit hoc, Anno 1524. ipſa die, quæ Sanctæ CRVCIS EXALTATIONI dicata eſt: eaque fuere initia eius, quem dixi, Ordinis; qui deindè quotidianis incrementis non ſuo tantùm, ſed aliorum etiam mortalium bono auctus eſt, & in dies augetur.

---

1 *Secularis Clerus eò ſub Leonis X. Adriani VI. & Clementis VII. Pontificatu deuenerat, vt planè illud Oraculum verum eſſet: Sicut populus ſic Sacerdos. Deus tamen benedictus ſpeciali pietate ac prouidentia, vt tanto defectui Miniſtrorum proſpiceret, impulit quatuor ſeruos ſuos, vt in Clero primæuum illud Apoſtolicum Inſtitutum Clericorum Regularium inſtaurarent. Et hi primi Religioſi homines è Clero fuerunt, antiquæ Obſeruantiæ Diſcipulorum Chriſti primi Reſtitutores. Ideòque facultatem obtinuerunt, vt abſolute & antonomaſticè Clericorum Regularium Cognomento appellentur. Nam qui poſt ipſos Presbyteri Religioſi*

ſequu-

Digitized by Google

ſequuti ſunt, veluti RR.PP. Barnabitæ, RR.PP. Societatis Ieſu, RR.PP. Congregationis Somaſchæ, ac RR.PP. Minores, abſolutè, tùm ſine addito Regulares Clerici appellari non poßunt. D. Siluester Maurolicus Abbas Ciſternienſis in Mari Oceano Religionum fol. 367.

DISQVISITIO VNDECIMA.

Ioanni-Petro Clemens VII. in Ordinis Fundatione, quam facultatem indulſit? Qui poſt eius Ordinem ſunt ſequuti, quomodò ab illo diſcriminantur? Num ex Priuilegio acceptum, vt Theatinus Ordo, Clericorum Regularium Congregatio diceretur? S. Ignatius cur, Societatem Ieſu, ſuam ipſe ampliſſimum Ordinem nuncupauit?

P. Iulius Nigronus in Regul. Comm. Soc. Ieſu comment. tit. par. 3. num. 20. edit. Mediol. fol. 86. & Colon. Agripp. fol. 77.

1 ANno 1524. Clemens Septimus Pont. Max. dedit facultatem Ioanni-Petro Caraſę Epiſcopo Theatino, & Socijs, ac poſteris eorum, vt emiſſis publicè ac ſolenniter tribus vitæ Religioſæ ſubſtãtialibus Votis, ſub ſolito & communi habitu Clericorum, ſubque nomine & nuncupatione CLERICORVM REGVLARIVM in communi viuerent.—Per eadem tempora in Oppido Bergomenſis agri, cui nomen eſt Sommaſcha, Hieronymus Æmilianus, Patricius Venetus, Congregationem Presbyterorum inſtituit, cui pauperum Orphanorum educationem commendauit; quam nonniſi poſt multos annos Pius V. in Ordinẽ Regularem erexit. Anno 1533. Clemens VII. conceſſit Bartholomæo Ferrario, & Antonio M. Zachariæ, tribuſque ſocijs Mediolani degentibus, vt Religioſorũ Vota profiteri poſſent, & ſub Ordinarij obedientia viuerent: biennio poſt à Paulo III. ſub Sedis Apoſtolicæ protectionem recipiuntur ad quinquennium: & Clerici Regulares nominantur. Demum à Iulio III. ſub quo profiteri cœperunt, appellati ſunt Clerici Regulares Sancti Pauli; quanquam vulgus Barnabitas appellat, quòd ad Eccleſiam S. Barnabæ nata ſit eorum Congregatio. Quæ omnia ex ipſis Pontificijs Cõſtitutionibus decerpſi, per quæ Typographorum error apud Rutilium Benzonum corrigendus eſt. Rauennæ quoque Anno 1537. Margarita, fœmina ſanctitate, miraculis, & dono Prophetię clara, Congregationem Presbyterorum inſtituit, ſub nomine boni Ieſu, quæ adhuc viget, non inde egreſſura. Meminerunt eius Franciſcus Turrianus noſter, Paulus Morigia Ordinis Ieſuatorum, & Baſilius Serenus Canonicus Regularis Lateranenſis; qui tradit, iuuiſſe ad eius erectionem Seraphinum Firmanum, Canonicum Regularem. Obtinuiſſe facultatem proſi-

profitendi multò poſt à Pio IV. prodit Carolus Tapia Iuriſconſultus. Mitto dicere de alijs Clericorum Ordinibus, qui poſt Societatem noſtram conſtitutam ſecuti ſunt. Clerici Doctrinæ Chriſtianæ, Romæ Anno 1560. ſub Pio IV. Clerici Minores Neapoli, & Clerici Miniſtri infirmorum Romæ ſub Sixto V. congregati, atque à ſequentibus Pontificibus in cœtũ regularem inſtituti, quorum mẽtionem facit idem Rutilius. *His ita explicatis ſubdit P. Nigronus:* Mihi ſatis fuit demonſtraſſe, COACTVM FVISSE B. IGNATIVM COGITARE DE PECVLIARI NOMINE, QVANDO CONGREGATIO, QVÆ DICITVR THEATINORVM, A SEDE APOSTOLICA IAM OBTINVERAT, VT IPSI NVNCVPARENTVR CLERICI REGVLARES SINE ADDITIONE VLLA: & aliæ Congregationes, quæ vel tunc naſcebantur, vel paulò ante (*Societatem*) erant inchoatæ, per aliquod additamentum à PRIMIS CLERICIS REGVLARIBVS differebant; qualia ſunt, S. Pauli, De Somaſcha, Boni Ieſu. Propterea appellatus eſt hic noſter Ordo Clericorum Regularium, Societas Ieſu: qua appellatione, tùm ab antiquioribus (*hoc eſt, PP. Theatinis*) tùm ab æqualibus tempore, tùm ab ijs, qui poſteà ſunt ſecuti, diſtinguitur. *Hactenus Nigronus. Ideòque Anno* 1573. *Gregorius XIII. etiam ſuo Diplomate comprobat* Inſtitutum Clericorum Regularium Societatis Ieſu; *& P. Philippus Alegãbe ſuæ Bibliothecæ Societatis fauſtè auſpicatus eſt initium, hunc in modum*: S. P. Ignatius Loyola, Parens, atque Inſtitutor Ordinis Clericorum Regularium Societatis Ieſu. *Quem loquendi morem pluries apud ipſos Patres & exteros obſeruabis.*

---

1 *Hi quidem egregij Viri dilapſam cùm cernerent communem, regularemque Clericorum vitam, atque eximiam eam Paupertatem, quam Apoſtoli ipſi, ac ſuccedentes deindè florentis Eccleſiæ Clerici ſeruauerant, hoc eſt, quæ neque annuis prouentibus nititur, neque emendicatò viuit; inſtaurare illam, ac ſimul Eccleſiaſticorum mores formare, cultumque Diuini Numinis expolire, in animum induxere ſuum. Succeſſitque egregiè conſilium: atque omnium primi Clericorum Regularium inſtitutum, ad Apoſtolorum omninò normam ac ritum, inuexere iterum in Orbem: vt de ijs Cæſar Cardinalis Baronius in ſuis ad Martyrologium Notis die Iunij 29. pronuntiauerit: Clerici Regulares priſtinam illam Apoſtolicam viuendi formã ex integro redditam piè ſanctèque colunt.* Laur. Beyerlinc. in Theat. V. Religio fol. 260.

DISQVI-

Digitized by Google

DISQVISITIO DVODECIMA.

Clericorum Regularium Ordinum ſeries, ab Apoſtolorum æuo deducta, vſque ad Carafæ, & Thienæi tempus, qui Apoſtolicum inſtitutum reſtituêre, iterum ac prolixiùs explicetur.

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in Reg. comm. tit. par. 3. n. 5.

2 NON eſt (*Clericorum Regularium Ordo*) inuentum huius ſeculi, neque appellatio nouitia. Nàm præteritis quoque ſeculis reperti ſunt--Gofridus Monachus in vita S. Bernardi *lib. 4. cap. 4.* narrat ab eo, in Monaſterio trium fontium, quod ad Vrbem eſt, illuminatum fuiſſe cœcum & Clericum ex ijs, qui Regulares nominantur. Ipſe S. Bernardus (*in Apol. ad Guill. Abb.*) explicans varietatem, qua circumdata eſt Regina in veſtitu deaurato, commemorat Ordines Religioſorum diuerſos; qui varietatem illam iucũdiſſimam efficiũt: atque inter eos, poſt Cluniacenſes & Ciſtercienſes, numerat Clericos Regulares. Iuo Carnotenſis Epiſcopus, ſanctitate doctrinaque præclarus (*in Epiſt. 213. ad Ioan. Aurel. Epiſc.*) ſcribit ſe conſultum: Vtrum Clerici regulariter viuentes Parochias regere poſſint, & animarum habere cuſtodiam. Ac reſpõdiſſe: Nullum in primitiua Eccleſia rectorem animarum conſtitutum, niſi de communi vita aſſumptum; atque id multis canonibus probat. Petrus Bleſenſis (*ſer. 32.*) de S. Auguſtino: Ordinauit etiam regulam Clericorum canonicè degentium; lineam canonicè mediocritatis extendens, vt ſapiens architectus, iuxta quam communiter viuerent Apoſtolicam vitam agẽtes. His verbis declarat illos Dei ſeruos, quibuſcum viuere cœpit ſecundùm Regulam Apoſtolicam in Monaſterio intra Eccleſiam, vt narrat Poſſidius (*in vita cap. 5.*) non Monachos fuiſſe ſed Clericos. Atqui hi loci non ab alio notati, præter vltimum, ſint ſatis ad probandum Clericorum Regularium nomen ac genus non eſſe rem nouam in Eccleſia. Nàm plura huc producere ſuperſedeo, quòd ea reſeruem ad integram ac plenam huius rei tractationem, quæ Clericorum Regularium Ordinem ad Apoſtolos refert. Interim legantur Hieronymus Platus (*lib. 2. de bono ſtatu Religionis cap. 23.*) ac Petrus Ribadeneira noſtri Ordiñis: nec nõ Baſilius Serenus Canonicus Regularis Lateranenſis amicus meus in Chriſto (*lib. de priuileg. Canonicorum Regularium*) & Antonius Caracciolus Clericus Regularis in notis ad præfationem conſtitutionum Ordinis ſui; qui non ieiunè tractat hoc ipſum argumentum. *Et quãquam prolixa admodùm narratio eſt: quia tamen omnibus ob inſignem Viri eruditionem accepta, ad Apo-*

L ſtolicam

Digitized by Google

ſtolicam dignitatem noſtro Ordini aſſerendam plurimùm facit;ſicuti non grauabor illam exſcribere, ita benignè lector inſpicere,aut ſaltem præterire nō dedignabitur.

3 Igitur poſt Apoſtolos,quos noſtri inſtituti Principes,primoſque, ſecundùm Chriſtum,autores extitiſſe monſtrauimus, Clericorum Regularium Ordo à Petro ad Vrbanum vſque I.inuiolatus,& propoſiti ſui tenax perſtitit.Patet id eiuſdem Vrbani teſtimonio, in epiſtola ad omnes fideles; *Scimus*,inquit,*vos non ignorare,quia hactenus vita communis inter bonos Chriſtianos viguit,& adhuc gratia Dei viget,maximè inter eos qui in ſortem Domini ſunt electi.* Hæc ille. Interea verò multa claruerunt per Apoſtolicos viros eo primo Chriſti ſæculo fundata Clericorum Regularium collegia,quorum illud inprimis quod Alexādriæ,Marco inſtitutore,floruit, reticere non debeo:Therapeutas intelligo,de quorū ſancta, & penè cœleſti conuerſatione,officijs,gradibus,ſacriſque miniſterijs,proprio volumine tractauit Philo (*de uita contempl.*) & poſt eum Euſebius(*lib.2.cap.17.*) Hieronymus (*Catal. Script. Eccl.*) Caſſianus (*coll. 8. c. 5.*) Epiphanius (*hær.29.*) Nilus(*in Aſcet. fol.1.*) Io. Diaconus (*l. 2. vit. S. Greg.*) Nicephorus(*l.2.cap.16.fol.9.*)& recentiores alij, quorū verba hoc loco ponere non eſt neceſse.Sat fuerit ſcire,per hos Clericos fundatam fuiſse Alexandrinam illam celebrem ſcholam,cui poſteriore tempore præfuerunt eruditiſſimi viri,Pantenus,Clemens,Origenes, Pierius, alijque inſequētes. Igitur poſt Therapeutas, eodem primo ſeculo recenſendi mihi ſunt Ignatius,Barnabas,Polycarpus,horumq; ſocij, atque ſectatores, qui regularem ſanè vitam obſeruaſse videntur.Nàm præter illa verba generalia Vrbani Papæ à nobis paulò antè recitata, eiuſdem Ignatij epiſtolæ non obſcurè id ſignificant: inquit enim, Polycarpum alloquens, veluti Cleri Smyrnenſis Principem (*ep.8.*) *Collaborate vobis mutuò,vnà certate, concurrite,compatimini:vnà ad quietem vos componite,vnà exſurgite, vt Dei diſpenſatores,aſſeſſores,& miniſtri.Placete illi,cui militatis,à quo ſtipendia refertis: Nemo veſtrum deſertor inueniatur.*Hæc certè verba,*Vnà ad quietem vos componite,vnà exſurgite,mutuò collaborate*,regularis vitæ diſciplinam indicant. Rurſus cùm monet eos,ne ſint deſertores,tametſi videri poſſit dictum, ne Chriſti fidem abnegent,nihilominùs rectè exponi poteſt,ne religioſæ vitæ,& votæ Deo fidei ſacramentum abijciant; nàm eodem ferè modo loquitur Paulus, de Religioſis viduis adoleſcentioribus Timotheo ſcribens (*1.Tim. c.5.*) *Adoleſcentiores autem viduas deuita: cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto,nubere volunt,habentes damnationem,quia primam fidem irritam fecerunt.*Quod de Smyrnenſi dico,idipſum autumo de Clero,& Presbyterio Antiocheno ſub Ignatio Epiſcopo: quam rem eiuſdem Ignatij verba ſignificant *ep. 9. Saluto ſanctum Presbyterorum collegium, ſaluto ſacros diaconos.*Et ad Heronem,ſuum in ea ſede ſucceſſorem;*Saluto*,inquit(*ep.10.*) *diuinis ornatum moribus Presbyterium,ſaluto ſanctos Condiaconos, quibuſcum ego*

ſum

Digitized by Google

ſum & corpore, & ſpiritu. Inculcat item ſæpiſſimè Ignatius obedientiam, & ſubiectionem, quam inferiorum ordinum Clerici debent Epiſcopis, adducitq; exemplum Apoſtolicorum Diaconorum. *Quid verò*, ait (*ep.2.*) *Diaconi? imitatores Angelicarum virtutum, qui purum, & inculpatum miniſterium Epiſcopis exhibent, vt S. Stephanus, B. Iacobo; Timotheus, & Linus, Paulo; Anacletus & Clemens, Petro.* Vt ſcilicet ex ijs verbis intelligat lector, obedientiam, quam hodièque ſacrorum ordinum ſuſceptores, ad præſcriptam in libris Pontificalibus formam, ſpondent ſuo quiſque Epiſcopo, veſtigium eſſe regularis illius obedientiæ, quam vnà cum ceteris votis, Caſtitatis ſcilicet, Paupertatis, primis Eccleſiæ ſeculis, Clerici nuncupabant. Præerant enim Epiſcopi ſuis Clericis, vt religioſis contubernalibus. Cuius antiquæ conſuetudinis extitit, diu pòſt, inſigne exemplum S. Guthberti Lindisfarnenſis Epiſcopi, eiuſdemque ſui Cleri regularis Præpoſiti; apud Bedam; & S. Auguſtini Cantuarienſis Epiſcopi, ſuum itidem Anglicum Clerum iure Præpoſiti regentis, apud S. Gregorium Magnum; de quibus mox dicemus. Neque huic noſtræ aſſertioni de illius primi Eccleſiæ ſeculi regularibus Clericis obeſt, quòd Dionyſius (*Eccl. Hier. cap. 6.*) Chriſtianam aciem ſuæ ætatis, in Pontifices, Sacerdotes, Miniſtros, Therapeutas, & plebem ſanctam partiẽs, videatur ſecernere Therapeutas, hoc eſt, Aſcetas, ſiue Religioſos, à Clericis. Nam, ſicut non negamus extitiſſe eo ſeculo quamplurimos ſimplices Therapeutas, hoc eſt, Religioſos viros, nullo inſignitos ordine Eccleſiaſtico, qui proculdubio à Clericis erãt diſtincti; atque de his locutum Dionyſium non imus inficias: ita, extitiſſe etiam eodem ſeculo, Clericos planè religioſos, qui ſimul Thrapeutæ eſſent, & Clerici, id tàm certum eſſe arbitramur, quàm certum eſt, Apoſtolos (quod ſuperiùs probatum eſt) & Barnabam, quem ſuorum bonorum ſolemnis illa apud Lucam (*actor.4.*) abrenuntiatio, paupertatis votum euincit nuncupaſſe, alioſque innumeros eius æui Clericos, verè fuiſſe Religioſos. Denique quidquid ſit de Dionyſianis Therapeutis, certè Alexandrinos illos, à Marco Epiſcopo inſtitutos, Clericos extitiſſe, & Philo (*de vita contempl.*) ſignificat, & Euſebius, atque Nicephorus, Philonis interpretes, euidenter affirmant. *Præterea ſcribit Philo*, inquit Euſebius (*lib.2.cap. 17.*) *quo pacto præſideant inter eos ij quibus Eccleſiaſtica commiſſa ſunt miniſteria: diaconatus etiam, & quæ ſupra cũctos eminent, Epiſcopatus præſidentia.* His ſimilia habet Nicephorus. Sed & Clemens, Petri diſcipulus ac ſucceſſor, Regulares Clericos, ſuo, hoc eſt, primo Euangelij ſeculo, extitiſſe, confirmat (*ep.4.*) his verbis, à Gratiano relatis: *Communis vita*, fratres, *omnibus neceſſaria eſt, & maximè his qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt*, (hoc eſt, Clericis,) *& vitam Apoſtolorum, eorumque diſcipulorum imitari volunt.* Et inferiùs: *Veſtram prudentiam hortamur, vt ab Apoſtolicis regulis non recedatis, ſed communem vitam ducentes, & ſcripturas ſacras rectè intelligen-*

tes,quæ Domino vouiſtis,adimplere ſatagatis. Itaque ab Apoſtolicis regulis, quas Clemente teſte primi illi ex voto ſeruabant Clerici, dicti ſunt Regulares,quotquot deinceps veſtigia illorum, nuncupatis Deo votis, inſtiterunt.Seriem igitur cœptam proſequamur.

4 B.Creſcens,Pauli diſcipulus,Gallorum Apoſtolus, vitæ regularis formam in Gallicanum Clerum primus inuexit:videlicet,vt ex ſacro Altari,miniſtri altaris viuerent,neque aliud quiſpiam eorum haberet,diceretue ſuum. Huius religioſi,ac verè Apoſtolici inſtituti, vitio ſuccedentium temporum miſerè violati, meminit Synodus Moguntina (*can. 9.*) ante 800. annos habita.Vide Turrianum contra Nouatores ſcribentem, & hanc rem memorantem (*de iur.Ord.lib.2.*) Itidem feciſſe ceteros Apoſtolorum diſcipulos , ab ijs in diuerſas orbis oras fundandis Eccleſijs amandatos,pro comperto habeo,tum quòd eo tempore, vt acutè notat Sotus *lib.10.de iuſt.q.4. art.3.* vna omnibus fuerit diſciplina, vt quod de Ignatio,Barnaba,Polycarpo,Creſcente probatum eſt,idem dici iurè debeat & de ceteris: tùm etiam quòd Clementis & Vrbani Pontificum teſtimonijs nuper allatis id religioſi moris, bona omnia relinquendi, & paupertate vota, de communi Eccleſiæ ſubſtantia vitam Epiſcopo ſubiectam tranſigendi,ijs eſſet ſeculis in vſu omnibus Clericis. Pergo igitur vlteriùs,& reperio S.Cyprianum Carthaginienſem Epiſcopum idem inſtitutum fuiſse ſectatum.Nàm vt Pontius (*in vita*) ſcribit,is primùm Neophytus, per omnia Eccleſiaſtica munia magno ſuo merito ad ſacerdotium peruenit.Sed priuſquam eos gradus aſcenderet,cùm,diuinas litteras peruolutando,didiciſſet paupertatis,& caſtitatis præconia,ſtatim vir beatus in earum virtutum amorem exarſit.Ita factum,vt & continentiam tueretur,& diſtracto patrimonio,facultates omnes in pauperes erogaret : idque teſte Pontio adhuc Catechumenus : ſcilicet vt ante penè cœperit perfectus eſſe,quàm didicerit. Hinc Cypriano floridæ illæ laudes virginitatis,pudicitiæ,ac voluntariæ paupertatis. Hinc cùm ob longam Eccleſiæ pacem Apoſtolicæ diſciplinæ neglectus,Clericos potiſſimùm infregiſſet,à Cypriano (*lib.de lapſis*) his verbis correpti ſunt:*Studebant augendo patrimonio ſinguli, & obliti quid credentes aut ſub Apoſtolis antè feciſſent,aut ſemper facere deberent, inſatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus inhiabant. Non in ſacerdotibus Religio deuota,non in miniſtris fides integra,non in operibus miſericordia,non in moribus diſciplina.* Hæc ille. Atque adeò ætate Cypriani,feruore Clericorum paulatim remittente,eò peruentum eſt(quod notat Pamelius *in ep.Cypr.36.*& Sotus lo.cit.)vt non ſicut antè, omnis Clerus communem & religioſam ageret vitam,ſed in duas claſses diſpertitus;alijs in communi viuentibus,alijs priuato victu cultuque degentibus;è quibus illi,communi menſa ab Epiſcopo ſuſtentabantur,his verò ſingulis,pro cuiuſque merito,certa nummorum quantitas,alijs maior,

ior,alijs minor,diſtribuebatur,vel ciborum deme͞ſum quotidiè per ſportulantes patres (vt Cyprianus loquitur) mittebatur. Huiuſce duplicis Clericorum Ordinis,qui ſequenti etiam æuo in Eccleſia perdurauit, teſtis eſt in Africa S. Auguſtinus, ſermonibus duobus de communi vita Clericorum:in Gallijs S.Proſper Aquitanicus (*de vita contempl.l.2.c.9.*) & in Italia S. Hieronymus, de poſteriori Clericorum genere loquens, dum Clericorum luxum ſuius epiſtolis exagitat.Sed de his poſteà. Interim poſt S.Cyprianum occurrit S.Lucianus Martyr,Antiochenus,quem D.Baſilius vocat *Aſcetam & Presbyterum*,hoc eſt,religioſum Sacerdotem, atque adeò regularem Clericum:illa ſcilicet inter Clericos Monachoſque diſtinctione,quam antiquitus vſurpatam docebimus.

5 Sylueſter Papa ſanctiſſimus,quem deſcribit Damaſus,Clericis copioſis egentes coniunxit,vtique in conuictu, & contubernio regulari, iuxtà primæuam Eccleſiæ formam:qua diuiſis facultatibus,prout cuique opus eſſet,nemo egens erat inter Chriſti diſcipulos,miniſtroſque.Non multò poſt vixit S.Euſebius,Epiſcopus Vercellenſis,& Martyr inclytus; ad cuius,pro fide catholica exulis, glorioſum reditum, lugubres veſtes, teſte B.Hieronymo (*adu. Luc.*) Italia fermè tota depoſuit.Is in Eccleſia ſua Vercellenſi (Clericorum Regularium Monaſterium tanta religionis obſeruatione conſtituit,vt proindè à B.Ambroſio (*lib.*10.*ep.*82.) his verbis meruerit commendari: ***Primus in Occidentis partibus diuerſa inter ſe Euſebius,ſanctæ memoria,coniunxit, vt & in Ciuitate poſitus inſtituta Monachorum teneret,& Eccleſiam regeret ieiunij ſobrietate.*** Et poſt aliquot verba: ***Hæc igitur patientia,in S.Euſebio coaluit vſu monaſterij,& durioris obſeruationis conſuetudine hauſit laborum tolerantiam.Nam hæc duo in attentiore Chriſtianorum deuotione præſtantiora eſſe quis ambigat,Clericorum officia, & Monachorum inſtituta?*** Clariùs autem S.Maximus Taurinenſis (*ſer.de S.Euſeb.*)eius inſtitutum exponit,laudatque hoc modo: ***Nam vt cetera taceam,illud quàm admirabile eſt, quòd in hac ſancta Eccleſia*** (Vercellenſi) ***eoſdem monachos inſtituit, quos Clericos? atque ijſdem penetralibus ſacerdotalia officia contineri, quibus & ſingularis caſtimonia conſeruatur? ut eſſet in ipſis uiris contemptus rerum, & accuratio Leuitarum:ut ſi uideris monaſterij lectulos,inſtar Orientis propoſiti,iudices;ſi deuotionem Cleri perſpexeris,Angelici ordinis obſeruatione gaudeas.*** Eadem fermè ætate S. Baſilius in epiſtola ad Amphilochium memorat Τοῖς κανονικοῖς, quos fuiſſe Clericos declarat Balſamo Scholiaſtes. Id verò nomen ad nos potiùs pertinere,quàm ad Canonicos Regulares, clarum eſt, ſi verba Balſamonis Κληρικῶν κανονικῶν Latinè vertantur:ſonabunt enim,non,*Clericorum Canonicorum*,ſed *Clericorum Regularium*. Idem notatum velim in alij Baſilij locis,vbi eorundem meminit. Erant igitur in Cappadocia, Baſilij æuo,Clerici Regulares,quos idem Sanctus nō ſemel inſtruit monaſticis regulis:atque ob id Græcis κανονικοὶ, hoc eſt, Regulares nuncupati ſunt.

6 Ex

6 Ex Oriente ad Gallias conuertamur: quam Prouinciam Clericali monachatu B.Martinum Turonenſem Epiſcopum exornaſſe, præter teſtimonium Matthæi Galeni (*lib.de orig. mon. p.*186.) eruditiſſimi viri, & Cardinalis Baronij (*ad An.*328.) Scriptoris Ampliſſimi, ſunt argumenta, quæ probent. Primùm, multorum nomina Monachorum de Martini ſchola, quos Clericos fuiſſe teſtatur Sulpitius, dum memorat, Clarum, & Euſebium Presbyteros, Aurelium Diaconum; rurſus Refrigerium Preſbyterum; alium item ſacerdotem Martini ſodalem, & apud Cæſarem Maximum, conuiuam. Et niſi me coniectura fallit, Clerici fuerunt illi, quos funus B. Martini proſecutos Sulpitius refert; *Agebat*, inquit, (*ep. ad Baſſul.*) *nimirum ante ſe paſtor extinctus greges ſuos, ſancta illius multitudinis pallidas turbas, agmina palliata: & aut emeritorum laborum ſenes* (Presbyteros intelligit) *aut iuratos Chriſti in ſacramenta tyrones*, hoc eſt, iuniores Clericos, Votis tamen adſtrictos. Denique pergit Seuerus, monaſterij à Martino fundati Clericos, Presbyteroſque ſeriatim prodeuntes, deſcribere. Conſtabat enim è Clericis, vt vidimus, & Presbyteris, cùm alioquin inuſitatum fuerit in cœnobijs ſimplicium Monachorum aliquem habitare Sacerdotem præter vnicum, qui monachis ſacramenta miniſtraret. Vndè in Monaſterio Scythico apud Caſſianum (*coll.*3. *c.*1.) vnus Paphnutius Presbyter legitur, cui in officio Abbatis, ſimul & Presbyteri, vnus Daniel ſucceſſurus ordinatur. Et apud eundem (*coll.* 10. *c.*1.) ſcriptum reperio, quatuor Presbyteros, quatuor Eccleſijs monachorum, ſingulos ſingulis præſediſſe; ceteris omnibus vtique, neque ſacerdotio, neque minorum Ordinum gradu pollentibus, vtpotè qui merè Laici eſſent. Imò adeò verum eſt monachos illius æui fuiſſe clericatu immunes, vt monaſteria plerunque neque vnum Presbyterum intra ſepta Clauſtri ſecum cohabitãtem habuerint, ſed dominico die è ciuitate proxima aliquem liturgum accerſere ſoliti fuerint: quod à B.Epiphanio ſcriptum, (*tom.*2.*oper.Hier. ep.*60.) tradidit gloſſa Decreti (*in cap. Hinc eſt.*16.*q.*1.) Sanctus etenim Epiphanius excuſat ſe apud Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum, quòd in monaſterio eius diœceſis, ipſo inconſulto, Presbyterum ordinaſſet, aſſerens illud ipſum Monaſterium diu anteà caruiſſe ſacerdote: & adeò refugere ſolitos Aſcetas eius loci, ſacerdotij gradum, vt opus fuerit per vim ordinare vnum ex eis qui tali miniſterio aptus iudicatus fuerat à ceteris fratribus. Itaque nulli dubium eſse debet, ea ætate diuerſa extitiſſe Monachorum & Clericorum officia. Quod etiam Hieronymus ad Pammachium, & ad Heliodorum, & ad Riparium ſcribens apertè teſtatur. Hæc omnia, quæ huc congeſſimus teſtimonia, eò tendunt, vt exploratum compertumque ſit Lectoribus, ea monaſteria, quæ complures Sacerdotes, altariſque miniſtros haberent, fuiſse Clericorum Regularium collegia, eoſque vocatos alicubi Monachos, non quòd à Clericis, vti hodie

die ſit, diſtinguerentur; ſed quòd (vti ex Auguſtino diſcimus) communẽ vitam ducerent, & in vnum concordi voluntate conuenirent. Olim quippè longè aliter atque hodie Regulares Clerici à Monachis diſtinguebãtur. Nàm apud priſcos ex viris religioſis ij omnes Clerici dicti reperiũtur, qui ad religioſa vota ſacros ordines adiũgebant, ac proindè ἱερομόναχοι, Græcè ſunt appellati, hoc eſt, *in ſacram militiam adlecti Monachi*: Nunc verò id non eſt ſatis, ſed opus eſt prætereà, vt non cucullati, ſed Clericali habitu induti procedant. Itaque olim non habitu, ſed ordine atque Officio diſpeſcebantur; nunc verò contrà, non Ordine, aut Officio, ſed habitu, atque vocabulo diſtinguuntur. Paſſim enim tùm Clerici tùm Monachi propemodùm omnes, docent, prædicant, & Sacerdotio inſigniti, Sacramenta Euchariſtiæ & Pœnitentiæ adminiſtrant. At verò Monachi Officium antiquitùs erat luctus, oratio, ſilẽtium, & manuum labor; ijdem autem, quòd nullo inſigniti ordine erant, ſed merè laici, infimum inter Eccleſiæ miniſtros locum habebant, vti poſt Dionyſium Areopagitam (*Hier. Eccl. c. 7.*) qui eos extra cancellos ſtatuit, clarè oſtendit ex Concilio Romano, à Sylueſtro Pontifice celebrato, Greg. (*diſt. cap. A Subdiacono*) his verbis: *Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolythus, Acolytho Exorciſta, Exorciſtæ Lector, Lectori Oſtiarius, Oſtiario Abbas, Abbati Monachus in omnibus præſtet obſequium, ſiue in publicis, ſiue in gremio Eccleſiæ.* Super quæ verba ſcribit Gloſſator: Loquitur hic Canon ſecundùm ea tempora, cùm Monachi non erant Clerici, vt infra 16. q. 1. Generaliter. Denique B. Hieronymus, quodnam olim eſſet inter Clericum Monachumque diſcrimen, breuiter comprehendit, contra Vigilantium ſcribens: *Monachus non docentis ſed plangentis habet officium, qui vel ſe vel mundum lugeat, & Domini pauidus præſtoletur aduentum.* Indè cœpta eſt olim migratio è Monachiſmo ad Clericatum. Vndè ortum eſt prouerbiũ, cuius meminit S. Auguſtinus *Epiſt. 76.* ad Aurelium: Qui non fuit bonus Monachus, non erit bonus Clericus. Itaque qui ex Monachis in Clerum adſciſcebantur, ijs quidem vtriuſque vitæ munia coniungere licebat, vti Vercellenſes Clericos feciſse, teſtatur Ambroſius, & ijdem, vt dixi, ἱερομόναχοι, ſiue, vt Gregorius loquitur, *Monachi Presbyteri* appellabantur, ac proindè Regulares Clerici dici poſſunt: Clerici quidem, quòd ſacris ordinibus eſsent inſigniti; Regulares autem, quòd non ſecus ac Monachi, diſtrictam religioſis regulis vitam agerent. Eiuſmodi igitur, Martini monaſterium extitiſse ex his quæ diximus, palam eſt; ac proindè B. Petrus Damianus meritò (*to. 2. ſer. 57.*) appellat B. Martinum Clericorum & Monachorum ſpeculum, vtpotè qui vtriuſque vitæ munia, laudeſque coniunxerit. His adiungendi ſunt, ex Hieronymi Chronico, Aquileienſes Clerici, de quibus ſic ille ſcribit: *Aquileienſes Clerici quaſi Chorus Beatorum habentur.* Hi nimirum, S. Valeriani Epiſcopi, quem tantopere

perè

perè idem Hieronymus laudat,exemplo,atque doctrina, & S.Chromatij itidem Epiſcopi confirmati vigili rectione, tantùm profecerunt in ſtadio religioſæ virtutis,vt adeò inſigni elogio promeruerint commendari.

7 Nec præterire debeo Antiochenæ, & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Clericos,qui Chryſoſtomi auctoritate,atque exemplo,è Monaſterijs prodierunt,& initiati ſacris,magnum ijs Religionibus Chriſtianis incremẽtum attulerũt. Quocirca Antonius Agellius,vt ſacræ Antiquitatis conſultiſſimus, meritò exiſtimabat, Ioannem Chryſoſtomum inter Regulares Clericos,& Regularium Clericorum Patres,eſſe adnumerãdum. Ipſe enim è Monaſterio prope Antiochiam ab Hilarione fundato, diuinitùs per Flauianum Epiſcopum euocatus, Eccleſiæ Antiochenæ quatuor annos Diaconus,& duodecim Sacerdos,ideſt,è Monacho, Regularis Clericus,mirificè adminiſtrauit,vti Theodoretus,Georgius Alexandrinus,alijque ſcriptores vitæ eius fusè ſcripſerunt.Formam verò,Regulamque Clericalis vitæ,ex eiuſdem Homilia IX. in Epiſtolam ad Philippenſes,elicere poſſumus:nempè, vt eius ætatis Clericis ab eo inſtitutis, domos ſibi proprias exſtruere;prȩter neceſſaria alimenta,atque indumẽta,res ſuperfluas procurare, ſtipem victumue oſtiatim emendicare, nequaquàm liceret;ſed ex vltrò datis muneribus ſpes illis eſset, Deo prouidente,tolerare vitam,vt ſeruos Chriſti decet,frugalem,& moderatam. Venio ad B.Hieronymum Presbyterum,quem & Regularis Ordinis extitiſse,& eius ætate in Vrbe potiſſimùm Roma,Clericos aliquot in communi,& ad religioſam formam vixiſse,teſtãtur eiuſdem Hieronymi aliorumque veterum ſcripta.Et de ſua quidem ipſius regulari profeſſione tradit in epiſtola 60.ad Pammachium,ſic ſe à Paulino Antiochiȩ Epiſcopo Presbyterum accepiſse,vt Monachiſmus,hoc eſt, Deo votis dicata vita,non auferretur. Epiphanius verò *(ep. 61.)* ſcribens ad Io. Ieroſolymitanum, id ipſum ſignificat:aſserit enim nullo modo ſe ab Hieronymo obtinere potuiſse,vt publicè ſacrificaret,& animarum curæ intenderet. Hæc de Regulari B. Hieronymi Presbyterio. De alijs autem eius æui Regularibus Clericis,Presbyteriſque,ſatis,opinor, clarè patet ex regularis vitæ inſtitutione,ab Hieronymo ſcripta ad Nepotianum Clericum, & ex eiuſdem defuncti Epitaphio:quibus locis Continentiam,Paupertatem,& Obedientiam,ceteraque clericalis religionis officia, idem Hieronymus miris commendat modis.Nempè (vt aliqua hic adſcribam) Obedientiam, quam Epiſcopo Clerici præſtabant ijs verbis *ep. 2. ad Nepot. Eſto ſubiectus, Pontifici tuo,& quaſi animæ parentem ſuſcipe*. Paupertatem verò dum narrat,Sacerdotes alienis facultatibus veluti pauperes, ſuſtentari;*Turpe eſt*,ait,*ante fores Sacerdotis, Chriſto crucifixi, & pauperis, & qui cibo quoque veſcitur alieno,lictores Conſulum,& milites excubare*.Et rurſus: *Si autẽ ego pars Domini ſum,& funiculus hæreditatis eius,nec accipio partem inter ceteras*

tribus,

tribus, ſed quaſi Leuita, & Sacerdos viuo de decimis, & altari ſeruiens, altaris oblatione ſuſtentor: habens victum & veſtitum, his contentus ero, & nudam crucẽ nudus ſequar. Super quæ verba bene notat Scholiaſtes Victorius, Nepotianum doceri à Hieronymo ea quæ perfecti ſunt Clerici; propterea decimis, & oblationibus (quarum loco Sacerdotia, quæ *Beneficia* vulgus appellat, ſuccesſerunt) contentum eſse debere. Itaque cùm iuxtà Canones Apoſtolorum, quos Gratianus (*cap. Epiſcopus & præ. 12. q. 1.*) recitat, Epiſcopis data fuerit poteſtas diſpenſandi bona Eccleſiaſtica Clericis, ceteriſque pauperibus, ſecundùm cuiuſque neceſſitatem, & gradum; veriſimile eſt, hunc communis vitæ morem, qui Hieronymi quoque ætate, apud quædam ſaltem Clericorum collegia, deuotiſſimè ſeruabatur, ijs verbis ſignificaſse, maximè cùm in eadem epiſtola legatur; *Gloria Epiſcopi eſt, pauperum inopiæ prouidere: Ignominia Sacerdotis eſt, proprijs ſtudere diuitijs.* Damnat igitur in Religioſo Sacerdote proprietatis vitium. Denique caſtitatis præclara eodem loco dat Clericis documenta: *Ne feminam quampiam abſque honeſto comite viſitent: Ne ſoli cum eis ſedeant: Ne munuſcula recipiant: Ne ijs familiariter ſeſe inſinuent: Vt ſuſpiciones caueant, & quidquid probabiliter fingi poteſt, ne fingatur, antè deuitent. Tenui victu, & aſpero cultu vtantur, delicias, lepôres, riſum, vrbanitates fugiant:* hiſque ſimilia alia pleraque ſcribit, quæ continentiæ theſaurum apta ſunt cuſtodire. Vota autem religioſa his verbis non obſcurè declarat: *Quantò magis delicias, & lepores, quæ in ſeculi hominibus deteſtamur, in Monachis, & in Clericis erubeſcemus, quorum & Sacerdotium propoſito, & propoſitum ornatur Sacerdotio?* Vocabulo *propoſiti*, firmam mẽtem, ab eo ſignificatam intellige, iuxtà illud Ciceronis *offic. lib. 1. Cato grauitatem ſuam perpetua conſtantia roborauit, ſemperque in propoſito ſuſceptoque conſilio permanſit.* Vnam item Clericis domum communem B. Hieronymus fuiſse ſignificat, cùm inquit: *Audi fratrem collegio, patrem ſenio.* Et clariùs: *Inter Presbyteros, & coæquales primus in opere, extremus in ordine.* Idem: *Tales habeto ſocios, quorum contubernio nõ infameris. Si lector, ſi acolythus, ſi Pſaltes te ſequitur, non exornentur veſte, ſed moribus.* Hæc omnia paulò diligentiùs excerpſi, vt planè cognoſci queat, quis fuerit ſtatus, quæ religio bonorum illius ſeculi Clericorum; Bonorum, inquam: iam enim ætate Hieronymi plurimi Romæ, & per Italiam erant Clerici, vix religionis leue veſtigium retinentes, ſeorſum ſinguli degentes, prædiorum ac Sacerdotiorum redditibus bene nummati, in viduarum hereditates auidiſſimè inhiantes, pompas, & ceteras ſeculi vanitates miſerè conſectãtes: in quorum deprauatiſſimos mores B. Hieronymus religioſiſſimus, & verè Regularis Presbyter, non vno loco validè intorquet ſtylum *to. 1. ep. 17. 18. 22. 42. 43. & l. 1. in Iouin.*

8 Atque id cauſſæ extitit, cur Auguſtinus, Hieronymo non admodũ poſterior, de reformanda Clericorum vita ſeriò cogitauerit. Ergo in hãc

Digitized by Google

rem intendens vir beatus,primùm,ſtatuit nullum ordinare Clericum,niſi ſecum vellet habitare,& regulariter conuiuere:ei verò , qui vellet à propoſito recedere,Clericatum adimere. At cùm poſtmodùm experimento didiciſſet,tantam Clericorum Hipponenſis diœceſis multitudinem,communem vitam ægrè tolerare poſſe,ab ea ſententia diſceſſit. *Ecce*, inquit, *apud Gratian.c.certè* 12.*q*.1.*in conſpectu Dei & veſtro muto conſilium. Qui volent habere aliquid proprium,quibus non ſufficit Deus,& Eccleſia eius,maneant, vbi volunt,& vbi poſſunt:non eis aufero Clericatum:nolo habere hypocritas.* Itaque ijs quos propoſitum vitæ ſanctioris illexerat,cœperunt, Auguſtino duce,in vnum congregari,vnanimes habitare in domo Domini, atque (vt Auguſtini verbis vtar) *paſci ex vno cellario, & indui ex vno veſtiario*. Proindè ij,ex his alijſque ſanctis regulis,quas ſeruabant,dicti ſunt Regulares:ceteri verò,ſeculares,veluti regulis ſoluti,& ſeculi fluctibus, non abſque periculo,propiores,vti ex doctrina S.Iſidori notat Concilium Aquiſgranenſe (*cap*. 101.) Hanc Clericorum nuncupationem & diſtinctionem tradunt etiam recentiores Canonum Doctores, videlicet Præpoſitus,Abbas,alijque.Auguſtini propoſitum,Clericos ſuos ad Apoſtolicæ vitæ cultum reuocantis, imitati ſunt in Africa primùm, deindè per omnem ferè terræ ambitum multi:adeò eius regula Clericis lata, ſancta & probabilis viſa eſt.Peperit autem hæc ſanctiſſimi Patris Clericorum reformatio,vel ipſo adhuc viuente,plurimos ſanctos viros,quorum geſta præclara alibi cum Dei auxilio fuſiùs enarrabimus. Hîc aliquorum nomina tantummodò recēſemus,videlicet,Alipium, Nebridium,Eutropiū, Poſſidium,Euodium,Paulinum,Fulgentium,Hilarium,Vincentium,Proſperum------Contigit itaque primi Auguſtiniani Monaſterij ædificatio, atque adeò Apoſtolici Ordinis reſtitutio,anno ſalutis CCCXCI.Siricij Papæ VII.Theodoſij Imp.xiij.& vt Sigebertus adnotat (*ep.Maced. apud Trullum fol.*10.) poſt feſtum Pentecoſtes.

9 Poſt quartum Chriſti ſeculum floruit in ſede Petri S.Innocentius Pontifex,cuius inter cetera,quæ ſanctiſſimè ſtatuit,huiuſmodi extat de Regularibus Clericis decretum *ep.7. Monachis,qui diu morantes in monaſterio poſteà ad Clericatus ordinem perueneri nt,non debere eos à priore propoſito deuiare.* Iubet videlicet ſummus hic Pontifex perſeuerare eos in voto,ac propoſito monaſticæ profeſſionis:quod eſt,eſſe Clericos Regulares, Eccleſiaſticis munijs,prædicationi ſcilicet, Sacrorum adminiſtrationi, & animarum plerunque curæ illigatos. Poſt pluſculos eiuſdem ſeculi annos vixit,ſcripſitque S.Proſper Aquitanicus, Rhegienſis Epiſcopus, & Auguſtinianæ doctrinæ eruditiſſimus propugnator.Is libro 2.De Vita Contemplatiua(*cap*.10.)meminit Clericorum Regularium ſuo æuo ex oblatis viuentium:*De Clericis quidem*,inquit (*cap*.16.) *dicit Spiritus Sanctus: Peccata populi mei comedunt:ſed nihil habentes proprium,non peccata ſed alimenta, quibus*

indi-

indigere, videntur, accipiunt. Et infra: *Deo conſecratis vtuntur ad neceſſaria Sacerdotes, vt illis omnibus qui ſe perfectionis amore, ſub vno conſtituunt, & ſua ſibi non vendicant, Eccleſiæ facultates ad hoc ipſum collectæ ſufficiant: vt quicquid omnibus occupationibus ſoluti perficiunt, fructus illius qui vnus pro multis occupatus eſt, fiat. Atque ita ille: qui ſolicitudines omnium ſub ſe viuentium portat, in Congregatione ſua proficiente proficiat, vt ſicut illius occupatio facta eſt omnium ſuorū fructuoſa vacatio; ita omnium diſcipulorum perfectio glorioſa, magiſtri honor habeatur, & gloria*. Et cap. ſequ. *Hæc itaque virtus, quæ abſtinentia non ſolùm delicatorum ciborum, ſed etiam malorum omnium nuncupatur, cùm omnibus omninò neceſſaria ſit, tùm maximè illis familiarior, atque coniunctior eſſe credenda eſt, quibus, iuxtà illud quod in Actibus Apoſtolorum legitur, factum cor unum eſt, & anima una, diuinæ charitatis igne conflata: & quibus ſub unius ordinatione uiuentibus, omnium communia fiunt. Si tamen ita eis una ſit uita, ſicut ſit una ſuſtantia: & nulla ſit eis diuerſitas animorum, quibus ſit unio facultatum: quia ut fieret, & eßet animorum ſancta coniunctio, neceſſaria eſt facultatum iudicata communio. Ceterùm quid eis prodeſt, quòd facultates ſuas abijciunt, qui uoluntates proprias non relinquunt? Cùm ſit longè præſtantius uoluntatibus proprijs abrenuntiare, quàm rebus?* His verbis S. Proſper, Clericorum communem vitam, & religioſam eorundem paupertatem, caſtitatem, & obedientiam deſcribit, vti ante nos doctiſſimus Pamelius obſeruauit (*in ep. Cy. 66.*) Sequitur S. Fulgentius, religioſus & ipſe Clericus ex Auguſtini regula, atque Clericorum Regularium Reſtitutor eximius, vt ex eius vita, graui & vetere ſtylo deſcripta patet, vbi hæc habentur: *Comitantibus ergo Monachis, ſimul & Clericis, Fulgentius ad exilij locum migraturus, magiſter egregius utriuſque profeſſionis, exit, flentibus omnibus laicis, de cathedra honoris ad locum beati certaminis*. Et infrà: *Similitudinem magni cuiuſdam monaſterij, Monachis, & Clericis adunatis, ſapienter effecit: erat quippè eis communis menſa, commune cellarium, communis oratio ſimul & lectio*. Apparent & alia ibi veſtigia veteris Clericorum religionis; nempè, obedientia ſub Præpoſito & Abbate, ca. 25. Studioſorum ſchola, ibid. Clericalis ordinatio, cap. 29. Mutatio habitus per aliquot dies ab ingreſſu religionis, cap. 4. Cœmeterium commune extrà Eccleſiam, cap. vlt. & huiuſmodi alia, quæ apud nos per Dei gratiam vigent. Quòd ſi ibidem legas, S. Fulgentium monaſtico habitu cultuque vtentē, & Monachum item appellatum: ne ob id eum à Clericis ſecernas velim; ſed in memoriam reuoca, mi lector, id quod ſuperiùs non ſemel dixi, priſcos Monachos, non habitu aut nuncupatione diſtinctos à Clericis, vti hodie diſtinguuntur, ſed ordine, & munere. Itaque ij omnes, qui regularem vitam profeſſi, & ob id etiam Monachi appellati, ſacros Ordines ſuſcipiebant, inter Clericos Regulares adnumerandi ſunt. Monachi enim vocabulum nihil Clericis officere debere, quin à Monachis propriè dictis, & qui merè laici erant, diſtinguantur, patet ex Auguſtino, qui expo-

nens cur ipſemet Regularis Clericus, & Clericorum Reſtitutor, Monachus tamen appellaretur, inquit, ad Clericos ſuos ſcribens (*ſer. 1. de vita Cler.*) *Quare nos non appellamus Monachos, cùm dicat Pſal. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in unum?* μόνος *enim* vnus *dicitur*. Hæc ille. Dionyſius autem Areopagita (*Eccl. Hier. cap. 6.*) idem vocabulum deductum ait, ab vnione cum Deo; quæ quidem Clericis etiam aptiſſimè conuenit: *Vnde factum eſt*, inquit, *vt Diuini noſtri Cathegemones* (id eſt Apoſtoli) *ſacris eos qui Monaſticen ſunt amplexi, dignati ſint cognominibus; dùm partim Therapeutas, partim Monachos appellandos cenſuerunt, eò quod Deo purè miniſtrarent, & indiuiſi vnitique cum eo uiuerent.* Non ignoro, τοὺς μοναχοὺς, ab alijs quibuſdam nominatos, quòd vitæ vacent ſolitariæ, ac proindè Philonē (*de vita ſuppl.*) ſcripſiſſe velle, Monaſteria dicta eſſe, quòd ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, hoc eſt, *vbi ſolitarij ſanctæ vitæ myſteriis datis operā*; ſed ex hoc ipſo ſatis patere arbitror, vocabulum, τοῦ μοναχοῦ, indiſcriminatim tribui poſſe, tùm Clericis, qui in vnum habitent, & indiuiſi vnitique cum Deo viuant, tùm ſolitarijs illis Religioſis, qui à mundo ſeiuncti, diuinis contemplationibus vacant; atque adeò, mirum non eſſe quòd S. Auguſtinus ſe, ſuoſque Clericos Regulares, appellauit *Monachos*. Poſteris verò ſæculis paulatim factum eſt (quod & hodie perdurat) vt Clerici Regulares à Monachis, fermè non niſi habitu, & nuncupatione diſtinguantur: quippè cùm & Monachi ferè omnes altari miniſtrent, & ſacramenta non ſecus ac Clerici Chriſtiano populo diſpenſent, neque minùs à ſe ipſis monaſtici Ordines habitu & regulis diſcrepent, quàm à Clericis Regularibus. Circa hæc S. Fulgentij tempora ſcripſit in hæc verba Sozomenus (*l. 6. c. 31.*) *Eccleſiam Rhinocurenſem eiuſmodi ab initio nactam Antiſtites, Nigri, Dionyſij, & Solonis, Epiſcoporum inſtitutis uti, eamque bonos ac pios uiros proferre non deſiſtere: quia etiam Clericis*, inquit, *illius Eccleſiæ ædes sūt communes, communis menſa, alia denique communia omnia*. Lego item in Synodo Conſtantinopolitana II. ſub Menna (*act. 3.*) Apamææ Eccleſiam, quæ in Syria poſita eſt, habuiſſe eo ſeculo monaſterium Regularium, videlicet Clericorum. Ita enim eam vocem explicare ſolet Theodorus Balſamon, vt ſupra dictum eſt. Iuſtus Orgelitanus Epiſcopus, Iuſtiniano Cęſari ſynchronos, inter Religioſorum congregationes admiſcet Clericos. Dùm illud Canticorum ediſſerit; *Vineæ florentes dederunt odorem ſuum*; ait; *Congregationes Clericorum, Monachorum quoque, ac Virginum, in Eccleſia proficiunt, & per bonam famam, & conuerſationem inſonuerunt*. Porrò complura huius & poſteri ſeculi Clericorum Regularium inſtituta Collegia poſsē hoc loco proferre. Parco autem, & de noſtro iure cedere malo, quàm odioſam diſputationem aduerſus quemquam inire: ne quis Religioſus è ſuo nos Ordine ad noſtrum trahere conqueratur.

10 Sequenti item ſeculo Gregorius Magnus cùm Apoſtolicam

Cle-

Clericorum vitam,qui magno Eccleſiæ malo à vetere diſciplina defecerant,inſtaurare pro virili ſua percuperet,ſcribit ad Angliæ Epiſcopum Auguſtinum,in hæc verba *lib.10.ep.31.* *Quia,*inquit,*tua fraternitas Monaſterij Regulis erudita,ſeorſum uiuere non debet à Clericis ſuis,in Eccleſia Anglorũ, quæ autore Deo nuper ad fidem perducta eſt,hanc debet inſtituere conuerſationem, quæ initio naſcentis Eccleſiæ fuit Patribus noſtris,in quibus nullus eorum,ex hiſquæ poſſidebant,aliquid ſuum eſse dicebat,ſed erant illis omnia communia.*Hæc ille. Quæ & exemplo ſuo egregiè in Vrbe præſtitit:nàm eo Pontifice, obſeruantiſſimos Clericos in ſuam familiam adſciſcente:*talis erat* (Io Diacono teſte) *penes Vrbem Romam Eccleſia, qualem fuiſſe ſub Apoſtolis, Lucas; & ſub Marco Euangeliſta,penes Alexandriam,Philo commemorant.*S.Clarus, Viēnenſis Abbas,eadem ætate vixit & inclaruit.Eius vitam vetus autor grauiter,& ſincerè conſcripſit.De Clericis verò regularibus hæc habet(*c.2. to.2.*) *Sur. Porrò in domo maiori SS. Martyrum Apoſtolicam uitam tenentes, in vnumque viuentes plurimi Clerici erant,ita vt turmis diſpoſitis myſteria peragerent.Apud S.Seuerum quoque cætus Clericorum venerabilis.* Concluditque: *Sic tunc temporis ad gloriam omnipotentis Dei Viennenſis Eccleſia florebat.*Octauo autem ſeculo,Carolo Magno Imperante,plura ſunt habita Concilia, quibus de Clericis ad priſtinam communem vitam reducendis ſeriò egerunt Patres:vti videre eſt in Concilio Turonenſi,& Moguntiaco. Proindè in ſuis Conſtitutionibus idem Carolus ſic ſanxit: *capitul.fol.254.* *Qui ad Clericatum veniunt,quod nos nominamus Canonicam vitam, uolumus, ut illi canonicè,ſecundùm ſuam regulam omni modo uiuant,& Epiſcopus illorum regat vitam,ſicut Abbas,Monachorum.*Sed eodem Carolo regnante vixit Ledradus Lugdunenſis Epiſcopus,qui ad eundem Carolum ita de ſe ſuiſque Regularibus Clericis ſcribit: *Clauſtrum quoque Clericorum conſtruxi, in quo omnes nunc ſub uno conclaui manere noſcuntur.*Neque verò hi Clerici,ſęculares,vt vocant,erant:Nam ex iam citatis Concilijs conſtitutionibuſque patet,illo æuo in id incubuiſſe Eccleſiarum Præſules, & Regem ipſum pijſſimum Carolum,vt Clerici Religioſis regulis adſtringerentur,quemadmodum priſcis Eccleſiæ ſæculis adſtrictos vixiſſe ſciebant:vt patet ex Concilijs Aquiſgr.Francofurt.atque alijs ijs temporibus celebratis. His conſentanea poſtmodùm ſtatuere Patres Aquiſgranenſis Concilij Ludouico Pio celebrati (*can.94.*) Prætereà in Ticinenſe,& Pontigorenſe, ſub Ioanne Bononienſe Epiſcopo (*ap.Sigo.de Epiſc.Bononiæ*) & in Romano,ſub Nicolao primo,idem decretum legitur emanaſſe.Synodus item Auguſtana,Othone Auguſto coacta, circa anuum 952. decreuit, Clericos religionem profiteri cupientes,ab Epiſcopis ſuis,vt in ea mente perſiſtant,firmandos potiùs, quàm dehortandos: optantibus ſcilicet illius Concilij Patribus, vt Clerici ad regularem formam viuerent, Apoſtolico more.

11 Se-

11 Sequenti ſeculo floruit B.Iuo Carnotenſis,qui Clericorum Regularium Ordinis,quem S.Ioannis Baptiſtæ Ordinem nuncupauit,inſtitutor fuit.De huius viri ſanctitate,eruditione,& præclara in S.Euchariſtiam deuotione,vide quæ habet Poſſeuinus in ſuo Apparatu.De Origine autem prædicto vide Thomam Vualdenſem (*to.3. tit.10. c.14.*) & Valentiam (*contr.de indulg.*) Sed pergamus ad poſteriora tempora. Vixit Innocentio II.Pont.S.Epiſcopus Malachias.In eius verò præclariſſima vita,quam S.Bernardus luculenter enarrat,hæc reperio:*Malachias factus Dunenſis Epiſcopus,confeſtim more ſuo curauit adſciſcere ad ſolatium ſibi de filijs ſuis conuentum Regularium Clericorum.Et ecce rurſus accingitur,quaſi nouus Chriſti tyro,ad ſpirituale certamen:rurſus induitur arma potentia Deo, ſanctæ paupertatis humilitatem,rigorem diſciplinæ cœnobialis,ocium contemplandi, orandi aſſiduitatem*. Et obſeruo ab eodē Bernardo in Apologia ad Gulielmum Abbatem,crebrò fieri mentionem Regularium, eoſque non Canonicos,ſed Clericos appellari,& à Monachis diſtingui:*Monachi*,inquit,*& Regulares Clerici ſibi inuicem derogare dicantur, quia proprijs ab inuicem obſeruantijs ſeparantur*.Et non multò poſt:*Itaque diuerſi diuerſa accipientes dona, alius quidem ſic,alius verò ſic:ſiue Cluniacenſes,ſiue Ciſtercienſes,ſiue Clerici Regulares, ſiue etiam laici fideles.*

12 Circa annum verò Domini 1380. Gerardus celebris Doctor Pariſienſis,re & cognomine Magnus, Ioannis Rusbrochij pijs cohortationibus incitatus, contempto nominis & generis ſui ſplendore, abiectiſque diuitijs,primus eo ſeculo Dauentriæ inſtituit Ordinem, quem appellauit Clericorum Regularium.Quo non diu ſuperuiuente,Florentius Traiectenſis eius diſcipulus,vir nobilis, & eruditus, ſecundùm formam,quam à Gerardo didicerat,eis viuendi Regulā præſcripſit:*Statuitque* (inquit Iodocus Aſcenſius in *vita Thomæ Camp.c.9.*) *vt quàmproximè poſſent,ad Apoſtolorum,& primæ Chriſti Eccleſiæ vitam accederent:ita vt in tota Congregatione eſſet cor vnum,& nullus quidquam haberet proprium, nemo Sacerdotia,aut dignitates ambiret:omnes autem caſtè, & in paupertate viuerent, in eo habitu quem Gerardus inſtituerat:nempè picea tunica,pallio craſſiore,capitio nigro.Nullus ſtipem emendicatò cogeret:ſcriptioni & ſcholis incumberent: Primario Patri ex animo promptèque obedirent* : & huiuſmodi alia, quæ eo loco Iodocus narrat. Itaque cùm ij nihil proprium poſſiderent, atque, libello apologetico in Concilio Conſtantienſi edito,Io.Gerſon disertè pronũtiauerit,eos non minùs eſſe religioſos,alijs qui religionis nomine nuncuparentur, proculdubio tàm diuerſi cenſendi ſunt à recentioribus quibuſdam Sodalibus, quàm noſtratibus Clericis vocabulo & inſtituto propiores.Neque verò mihi quiſquam dicat,eos fuiſſe Canonicos Regulares.Nàm Thomas ipſe à Kempis apertiſſimè tradit non Canonicos ſed Clericos Regulares extitiſse: imò verò idem ipſe Thomas cùm pluſculos

Digitized by Google

ſculos annos inter hos Clericos Regulares verſatus fuiſſet, ab eis poſtmodùm diſcedens, inſtitutum Canonicorum Regularium profeſſus eſt, vti de eo Iodocus narrat. Quàm verò egregiam frugem iam dictus Ordo Clericorum Regularium protulerit, geſta virorum ex eo Ordine inſignium, quæ memoratus Thomas Kempenſis literis mandauit, præclarè teſtantur. Sed & literarum ſtudijs, ſcriptiſque, plurimi inter eos nomen ſuum, ſuique ordinis famam, ad poſteros tranſmiſerunt: videlicet (vt aliquot recenſeam) Gerardus Sutphanius, ſcriptor Aſceticus: Gabriel Biel, Theologus Tubigenſis: Chriſtianus Maſſæus, inſignis Chronographus: Georgius Macropædius, philologus: alijque, quos Autbertus Miræus in ſuo Chronico cum laude memorat.

13 Denique ſuperiore ſeculo, cùm Adrianus VI. Pont. Max. eiuſque ſucceſſor Clemens VII. Orbem Chriſtianum, Vrbemq; ipſam Romam, inſcitia luxuque ea ætate contaminatam, probis Clericorum moribus, atque exemplis inſtructam iri cuperent; neque tamen reperire eſset inter Eccleſiaſticos viros, qui Chriſtianis populis viam ad pietatem, verbo & opere, quaſi protenſo digito, demonſtrarent; grauis proindè eorum animos coquebat cura. Sed tempori ſuccurrit Deus Eccleſiæ ſuæ. Nam cùm tantam Cleri populique iacturam IV. Viri, ſcilicet Io. Petrus, Caietanus, Bonifacius, & Paulus imò corde commiſerarentur, atque identidem reputarent, quo pacto, quaue ratione Eccleſiæ miniſtri, qui piè purèque Deum colerent, & humanas mentes virtutibus imbuerent, formari, atque ad cœleſtem militiam accenturiari poſſent, de Clericorum religioſa ſodalitate ſubijt eorum animos cogitatio. Itaque ad Clerum omnẽ redintegrandum, & Apoſtolico ſpiritu imbuendum Theatinus Ordo inſtitutus eſt, non quidem vt aliqui putarunt, ſub Auguſtini Regula: non enim Auguſtino religioſa promiſſa facit, ſed Petrum, poſt Chriſtum primum Præſidem ac Parentem agnoſcit.----Habes nunc itaque, lector, antiquitatis pleraq; monumenta, quibus librata Theatina Religio firma ſiſtit. Ea, vt vides, recto deduximus narrationis filo, non quidem pauca, ſed neque omnia. Crebra enim rerum iſtarum in hiſtorijs occurrit mentio. Mihi verò cuncta diligenter excutere neque animus, neque otium fuit. Aliàs fortaſſe impenſiùs exquiram, atque proferam. Interim, pro inſtituta breuitate, ſat erit proferre quæ Ioannes Mauburnus, Religioſiſſimus Roſeti Auctor (*pag. 767.*) doctè & ſolidè ſcribit: *Non ex incertis auctoritatibus reperimus, quòd Ordo Cl. Reg. ſub ſanctis Apoſtolis eſt inſtitutus, à B. Marco apud Alexandriam dilatatus, à B. Iacobo Ieroſolymitano, & Clemente Pont. Romano, ac cæteris Apoſtolicis viris obſeruatus; ab Vrbano Papa & inſigni Martyre decreto reformatus.* Hæc ille: & alia quæ addit complura, à nobis breuitatis ſtudio omittenda. *Hos verò Clericorum Regularium Patriarchas P. D. Carolus de Thomaſi baſilicè Arbore comprehendit.*

DISQVI-

Digitized by Google

DISQVISITIONVM HISTORICARVM DE SANCTISSIMI PAVLI PAPAE IV. INCVLPATA VITA,

CLARORVM SCRIPTORVM E SOCIETATE IESV TESTIMONIIS AC ELOGIIS EXPLICATA,

AVCTORE D. FRANCISCO MARIA MAGGIO C.R.

PARS TERTIA.

SIVE

Qualis fuerit Io.Petrus, in THEATINA,quam à vulgo habuit, Agnominatione; & in Stemmate , Schemateue Habitus,quod aſſumpſit.

---

1 *Clericorum Regularium Ordo , qui Theatini vulgò audiunt &c.* Laur. Beyerlinc.in Theatro V.Religio fol.259.

DISQVISITIO PRIMA.

Num præter Clericorum Regularium Nomen, ab Sede Apoſtolica ex priuilegio acceptum,Nomen aliud huic Ioannis-Petri Ordini inhæſit?

P. Sfortia Card.Palauicinus è Soc.Ieſu in Hiſtor. Concil. Trident. par.2.lib.14. cap.9.num.5.

2 PAulus MAGNI EXEMPLI ORDINEM in matura ætate fundauit ; cui , non à proprio Nomine quod habebat , ſed à rectæ ab eo Metropolis, quod illum amplectendo dimiſerat, Nomen hæſit . *Hæc Cardinalis Palauicinus . Quod autem Theatinum hoc nomen vulgus indiderit , adducta inferiùs teſtimonia iam oſtendunt .*

1 *A Thea-*

Digitized by Google

1 *A Theatinis Caraſæ Inſulis inhæſit Clericorum Regulariũ Sodalitio Theatinorum cognomentum, arbitrio profectò vſuque vulgi, nomina perſæpè ſuo nutu inſcribentis, non quidem ipſius Caraſæ conſentione, vt falsò quidem exiſtimarunt. Nunquam enim Vir modeſtiſſimus eam ſibi celebritatem indulſiſſet: ut qui Inſulas ipſas, ac Sacerdotia abdicauerat; Inſularum deindè titulos, vmbramque nominis adfectaret retinere, atque in ſuo Ordine æternari. Verùm, etſi de ſolo hoc Clericorũ Regulariũ nomine, ſatis ſuperq; noti ſint noſtri homines, eoque nos Scriptores paſſim appellent, ceu per antonomaſiam Clerici Regulares: tamen, cùm ad quamdam diſcriminis teſſeram, tùm ad magni potiſſimùm Patris memoriam, admiſimus vltrò Theatinorum appellationem.* Ioſ. Sylos par. 1. lib. 1. fol. 45.

DISQVISITIO SECVNDA.

Si, ex S. Sedis facultate, Ioannis-Petri Religioſi dicti ſunt Clerici Regulares; cur alio Nomine nuncupantur?

P. Iulius Nigronus in Reg. Commun. Societ. Ieſu par. 3. tit. num. 58. fol. 117.

2 CLERICI REGVLARES, qui primi ſic appellari permiſſi ſunt ab Apoſtolica Sede, breuioris ſermonis gratia, dicuntur vulgò THEATINI, ex Ioanne-Petro Caraſa, Epiſcopo Theatino.

---

1 *Clerici Regulares Theatini nuncupati, cùm primi Presbyterorum Reformatorum fuiſſent, occaſionem dederunt, vt qui poſt ipſos ſequuti & inſtituti ſunt, omnes vulgò Presbyterorum Theatinorum Nomine appellitentur.* Aloyſius Contarinus Crucifer in Viridario tit. de origine Religion.

DISQVISITIO TERTIA.

Pauca illa Clericorum Regularium capita, quæ tunc Romæ (vti nonnulli putant) Pinciano in Monte latebant, obſcura ne erant, an adeò in luce laudeque omnium, ut Theatinum ipſorum Nomen etiã alijs Religioſis Viris adhæſerit, qui numero multitudineque longè præſtabant? Quomodò id Romæ fieri potuit, vbi clariſſimè diſcrimina hominum & Ordinũ à cunctis agnoſcebantur?

P. Horatius Torſellinus è Soc. Ieſu in Epit. Hiſtor. lib. 10. fol. 574.

2 PAucis antè annis, Clericorum Regularium Ordo ab Epiſcopo Theatino, qui deindè Paulus IV. Pontifex fuit, inſtitutus: ab eo-

N que

Digitized by Google

que Theatini appellati. Similitudo habitus fecit, vt SOCIETATIS IESV HOMINES vulgò THEATINORVM NOMINE APPELLARENTVR.

---

1 *Vita (Ioannis-Petri Caraſæ) & conſuetudo quam habuit, exemplaris & reformata adeò fuit, vt quoties aliquis Clericus ſui exemplo inter ceteros emineret, is antonomaſticè Theatinus in Vrbe atque etiam alibi diceretur*. Conſaluus Illeſcas Abbas S. Frontonij in Vitis Rom. Pontif. in Paulo IV. fol. 413.

DISQVISITIO QVARTA.

Sed ſi Theatini Romæ tunc erant, aut Venetijs, aut Neapoli, & iam fines Italiæ non exceſſerant; tanta ne erat ipſorum laus, vt Theatinum ipſorum Nomen, vel extrà Italiam, vbi adhuc ipſi viſi non fuerant, audiretur?

P. Iulius Nigronus in Reg. Comm. Soc. Ieſu. p. 3. tit. n. 20. fol. 86.

2 HOS (*Clericos Regulares*) vulgus, ab Epiſcopo Theatino prædicto, vocare cœpit Theatinos: QVÆ APPELLATIO IPSIS IN ITALIA ADHÆSIT, NOBIS IN HISPANIA.

---

1 *Vſus manauit in vulgum, quemque caſtigatiùs ſeueriùſque viuentem nō aliter appellandi, quàm Theatinum*. Lucius Camerra de Teate antiquo fol. 43.

DISQVISITIO QVINTA.

In Hiſpania ſolùm Patres Societatis Theatini ſunt dicti, an etiam in alijs Regionibus?

P. Franciſcus Suarez è Soc. Ieſu to. 4. de Relig. tr. 10. lib. 1. cap. 1. n. 4.

2 RELIGIOSI SOCIETATIS IN VARIIS REGIONIBVS A MVLTIS SVNT VOCATI THEATINI.

---

1 *Noſtro Hiſpano homini Ignatio, eiuſque Sodalibus, Theatinum Nomen attributum eſt*. Conſaluus Illeſcas in Vit. Rom. Pontif. lo. cit.

DISQVI-

Digitized by Google

DISQVISITIO SEXTA.

In paucis aliquot locis, an in multis etiam contigit, Theatinos, Societatis Ieſu homines appellari?

P. Nicolaus Orlandinus in Hiſtor. Soc. Ieſu lib. 1. n. 122. fol. 134.

2 FActum eſt, vt SOCIETATI quoque NOSTRÆ, quæ itidem Clericorum Ordo eſt, nec veſtium magno diſcrimine diſtinguitur, NOMEN idem THEATINORVM MVLTIS LOCIS ADHÆSERIT.

---

1 *Theatinorum Cognomentum ab Epiſcopatu, quem adminiſtrauit, acceptũ; ipſis eius ſectatoribus, ac multis alijs Religioſis Viris inhæſit.* Anonymus in Vita Pauli IV.

DISQVISITIO SEPTIMA.

Quamuis ergo aliter ſe ſe ipſi appellari dicerent, Theatinũ tamen hoc Nomen paſſim Societatis Patres à rudibus & pertinacibus populis audiebant: at id in propinquiſne ſolùm Italiæ Regionibus accidit, an etiam in longè remotis? Quomodò fieri potuit, vt tantilli Ordinis Nomen, qui pauca, vti iam innui, ſolùm capita numerabat, tot Sociorum millibus, hic indè diſperſis in tot Mundi Partibus, inhæreret?

P. Petrus Ribadineira è Soc. Ieſu in Vita P. Ignatij lib. 2. cap. 5. fol. 134.

2 CVM Ordo vterque, noſter & illorum, Clericorum Regularium ſint, eodemque fermè tempore nati, neque habitu valdè diſſimiles, populus rudis, externa ſpecie deceptus, ALIORVM NOMEN NOSTRIS IMPOSVIT, ROMÆ PRIMVM, VNDE IN ALIAS DEINDE VRBES INFLVXIT, ET IN REMOTAS ETIAM PROVINCIAS PENETRAVIT.

---

1 *Vſus manauit in vulgum, vnumquemque caſtigatiùs ſeueriùſque viuentem non aliter appellandi quàm Theatinum.* M. Abrahamus Bzouius Ordinis Præd. ſub ann. 1524. n. LXIV.

DISQVISITIO OCTAVA.

Forſitan huius Nominis cauſa, non tàm populi deceptio fuit, qui dedoceri à multis & à Societate ipſa facillimè potuiſſet; quàm vulgi vſus, ob Theatini ſcilicet Epiſcopi eiuſque Ordinis ſanctitatem, Quemlibet caſtigatiùs ſeueriùſque viuentem, vt dictum eſt, non aliter appellandi quàm Theatinum? Hæſitas? At qui Myſtera diuina frequentant, quomodò uel hodie, ſine ulla deceptione, á populo alicubi nuncupantur?

P. Fuluius Androtius è Soc. Ieſu in Oper. Spirit. fol. 51.

2 PRimum impedimentum: quo perplures quàm maximè ab hoc ſãcto exercitio remouentur, eſt reſpectus humanus; qui crudeli ad hoc tyranno vtitur, quem vocant, Quid dicent? AT (*ſi ſæpe Cæleſti menſa reficiar*) THEATINVM ME DEINCEPS APPELLITABVNT. *Hæc P. Androtius; qui id ipſum affirmat in fol. 53. Vis id exemplo etiam vt oſtendam: & non homines modò, ſed illud ipſum Nomen uel Cacodæmones uſurpaſſe, ſuperna tamen Dei uirtute ab Sacerdote coactos?*

P. Scipio Sgambatus è Soc. Ieſu in relat. Vitæ S. Franciſci Borgiæ in additione fol. 327.

3 Illa (*Chriſti è Cruce pendentis*) effigies (dixit à dæmone obſeſſus) aliquoties eſt loquuta. Et cui nàm loquuta eſſet, cùm peteret Exorciſta; Vni Theatino, reſpondit dæmon. Tunc ille reprehenſum, quòd ita reſpondiſſet, coegit, vt diſertè illius Nomen exprimeret, quem appellauerat Theatinum. Et habitat in Cœlo, reſpondit. Rurſumque à Sacerdote coactus, Borgia, dixit. Et compulſus etiam nomen proprium edicere, Franciſcus, ſubiunxit.

---

1 *Vocabulum Theatinorum uulgus illis impoſuit, ſiue ab altero è Conditoribus, Epiſcopo Theatino, ſiue á ſpectando ſeu contemplando, uel à ſpectabilitate, ſiue etiam ſpectaculo, uel theatro. Enimuerò* θεατὸς *Græcis, Latinis ſpectatu dignus, clarus, illuſtris, ſpectabilis:* θεατὴς*, Spectator; præcipuè ut Paulus in Amphit. Iouis ſummi. Vel ut Cicero lib. 1. de Natura Deorum, Rerum Supernarum atque Cæleſtium Contemplator: vel* θεατὴς*, Probator & Iudex. Inde Theatini cognominati, quia id habitu, motu, geſtu, inceſſu aſtricti moris, oſtenderent quod eſſent: facti ſimul theatrum & ſpectaculum mundo & Angelis: facti ſpeculatores illius imaginis, in quam utinam omnes transformemur: ſpectabiles ſanctitate, clari innocentia,*

illu-

Digitized by Google

illuſtres doctrina: Probatores eorum, quæ potiora: Iudices & Cenſores morum: olim etiam Iudices Orbis, & Aſſeſſores omnibus illis, qui omnibus pro Chriſto relictis, Chriſtum ſecuti, Ieſu Chriſto ſupremo Iudici aſſidebunt. M.F. Abrahamus Bzouis Ord. Prædic. in hiſtor. Eccl. ſub ann. 1524. n. LXIV.

DISQVISITIO NONA.

Theatina hæc agnominatio, Carafæ Ordini, in gloriam num in probrum euaſit? Et quid nàm illa ſignificat?

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in tit. Reg. comm. par. 3. num. 58. editionis Mediolanenſis fol. 117. Coloniæ Agrippinæ 104.

2 Dicuntur vulgò Theatini ex Ioanne-Petro Carafa, Epiſcopo Theatino. Quæ Appellatio vulgaris eis ceſſit in Gloriam, cò quia hæc vox à Græca ducta videtur, ſiue θεός, qua Deus ſignatur, ſiue θεατὴς, qua Contemplator. Proindè dici videntur quaſi DIVINI ſeu Contemplatores: nec aliena eſt vtraque à primis eorum ſanctis cogitationibus & verbis; quibus contemplantes cæleſtia, Diuinum Amorem commendabant. *Hæc candidè ac disertè P. Nigronius, cui Lucius Camerra* fol. 42. in Teate antiquo *ſic accinit: Vulgaris certè appellatio, ſed appoſitiſſima, bo- ”*
ne Nigroni, nec minùs in Illorum gratiam, quàm in Tuorum: vtroſque ſub eorum ”
infantiam, felici vocis æquiuocatione confundente vulgo (ut in Hiſpaniis hodièque ”
confundit) uel ex habitu, qui ferè ſimilis; uel ex natali, qui penè idem; uel, ut reor po- ”
tiùs, ex ſanctè uiuendi norma, quæ utriſque communis, utroſque reddidit Chriſtiano ”
Orbi uerè ſpectandos---Appoſitiſſima igitur, immò conſultiſſima, ſi me uetera mo- ”
numenta non fallant. Quippè magnus ille Præſul, ſummus deindè Catholicæ Eccle- ”
ſiæ Pontifex, puriſſimam vitæ formam hauſerat à Theatina Eccleſia: in qua, ſuo ”
adhuc æuo, primigeniæ Eccleſiæ inſtituti ueſtigium permanſerat. Quod autem Ni- ”
gronius, ipſe ſibi plaudens, ad Theatinorum nomenclationem expreſſerat; ante eum ”
bellè nimis ad Patriæ expreſſiſſe mihi uidetur Lucius Patruus, cùm ad Patriam ”
conuerſus, alicubi ſic fermè pangebat: ”

Viue diù THETIDOS Proles, tres namque Sorores
Centum conuoluunt operoſis orbibus orbes,
Nobilibus penſis longa vertigine fuſum
Contorquunt, numeroſa trahunt per luſtra ſenectam,
Et fortunatos producunt fila per annos:
DIVINVMQVE tuum viuet per ſæcula Nomen.

Tùm ad etymum & ſcribendi Theatini Nominis rationem illuſtrandam ſub- ”
iungit: Plures etymi cauſas eſſe potuiſſe ſatis conſtat: factumque indè nos putamus, ”
vt alij noſtram Vrbem nominauerint Tegeate, alij Theate, idque adſpiratum; ſiue ”
noſtratium Marrucinorum pronunciatione, Tiate; nonnulli Theatem; atque alij de- ”

mum,

„ *mũ,quemadmodùm Antoninus,Tee.Ex qua voce,ſiue abbreuiata,ſiue vitioſa,vt*
„ *Ortelius,& ante eũ Sigonius aduertit,inductam Tetim,ſiue Tictim,ex ijs,quæ Ni-*
„ *ger inter recentiores ſcripſit, ſub barbariſſima ſæcula coniectamus. Hactenus ille.*

---

1 *Cùm inuentæ Crucis feſtò die res agitari cœpta eſſet,in Crucis itidem exaltatæ ſolenni luce feliciter confecta eſt: vt proindè non immeritò Crucis inſigne pro Stemmate Theatini Patres aſſumpſerint.* P.M.Abrahamus Bzouius Ord.Prædic.ſub ann.1524.

DISQVISITIO DECIMA.

Si tale obtigit Clericorum Regularium Ordini uel à vulgo inditũ fortunatiſſimum Nomen, an etiam aliquod ipſi Stemma auſpicatiſſimum aſſumpſerunt? Pro ſigillo ac teſſera Theatinorum Ordo quid habet?

P.Iulius Nigronus in Reg.comm.Soc.Ieſu p.3.tit.n.54.

2 COngregationi Caſinenſi,eſt pro Sigillo Pax;Ordini Minimorum, Caritas;Fratribus Minoribus,Brachia S. Franciſci decuſſata, & plagis inſignia; duæ Columbæ bibentes ex eodem calice ſimul & ſemel,Camaldulenſibus; & CRVX, CLERICIS REGVLARIBVS.

---

1 *Chriſtum ipſum,Apoſtolos,& antiquos pleroſque Clericos tunicatos & palliatos veteres pictura & literæ referunt.Euthymius certè in illud Ioannis* 13.Surgit à cœna,& ponit veſtimẽta ſua: *hoc eſt,inquit,pallium;nàm eo ſolemus exui aliquid operis facturi.Euſebius item* lib.7.cap.14.*& Sozomenus* lib.5.*teſtantur apud Cæſaream Philippi,vſque ad ſuam ætatem ſtetiſſe æream ſtatuam,quæ præferebat Chriſtum Dominum tunica & pallio indutum: eaque poſita credebatur à muliere ſanguinis profluuio ab Ieſu liberata.* Anton.Caracciolus in not.ad cõſtit.par.2.cap.2.§.forma ſiue genus.

DISQVISITIO VNDECIMA.

Præter Veſtium Colorem,de quo nos infra par.4. diſqu.2. *ex Societatis homine diſputabimus: & Barbam, quam Dominus Ieſus Chriſtus (vti Theatinorum mos eſt,* Non admodùm longam*) teſte Nicephoro, ex P. Vincentio Bruno è Ieſu Societate,geſtabat: Chriſti Habitus in latioribus manicis, & in tunica non aperta;cui nàm ſimilior & conformior Ordini,dici poſſet? Quid accidit hac de re fortaſſe dignum,quod à nobis hic audiatur?*

P.Pau-

Digitized by Google

P.Paulus Sherlogus è Soc.Ieſu to.3.in Cant.ſub ipſum Operis initium.

2 NOuerís,Pinciæ veteri in Caſtello Vrbis clariſſimæ,floruiſſe per multos annos,eximiæ ſanctitudinis celebri cum rumore & peregregijs argumentis,deuotam conſpicuam Virginem, Dominam Mariam de Eſcouar,quæ hanc vitam cum perenni illa & beata commutauit Anno Redemptionis 1633.nona Iunij luce, cùm nouem & ſeptuaginta cum quatuor menſibus numeraſſet annos. Venerabilis igitur hæc fœmina,cùm erga Chriſti Humanitatem ſacroſanctam, Religioſo arderet ſtudio,exoptabat noſſe,quibuſnàm indueretur indumentis, quo habitu decentiſſimi ornatus grauis & perhoneſti,dùm apud mortales verſatus:tandemque votorum compos facta, quam tibi hìc exhibemus Effigiem depingi fecit-----Porrò ornatus ſingularis viſus eſt nonnullis,tùm quòd camiſia ex lino adſcribitur , tum quòd calcei pedes integrè velent --------tùm denique, quòd A REGVLARIVM CLERICORVM VESTITV PRORSVS NON DIFFERAT---Quos ob ſcrupulos ad iuſtiſſimum Valliſoletanę Inquiſitionis Tribunal delata eſt;quę doctiſſimorum Theologorum auditis ſententijs, cùm nihil venerandæ antiquitati animaduertiſſet diſſonum, indulſit publicè in Templorum altaribus collocari,& ab Orthodoxis maxima cum obſeruantia coli.Quo extempore in Hiſpania ſolennis reddita eſt cum ſancta Effigie deuotio. *Hæc ille.Inſpice apud eundem Authorem Effigiem;in qua videtur laneus Chriſti Cingulus, & Tunica cum latioribus manicis* contexa per totum;*de qua, vt P. Iulius Cæſar Bulengerus obſeruat,to.1.lib.1.cap.1.fol.4.S.Ioannes ait*,eam fuiſſe à ſumma parte ad imam textam.*Et iterum*,Chriſti Domini tunicam *eo modo textam fuiſſe tradit*, cuiuſmodi hodie apud nos texuntur tibialia, quæ à ſtamine vocitantur.*Ita Bulengerus, & addit*, Cum tunica & pallio Apoſtolos orbem peragraſſe,vt Chriſti Domini fidem diſseminarent.*Quæ nos alibi vberiùs explicabimus.*

---

1 *Hanc Regulam Apoſtolicam [quam nos ſcripto traditam Conſtitutiones vocamus] Theatinis ſuis præſcripſere D.Ioannes-Petrus Carafa,& D.Caietanus, primi Religionis Clericorum Regularium Conditores, ſeu Patriarchæ, imò primi Cleri Reformatores, ſeu primi Apoſtolici Ordinis Reſtitutores, & primi hoc ſeculo Presbyteri Regulares:quos,tanquam Duces Regularis Cleri, imitati ſunt alij Ordines Regularium,Societatis Ieſu,Barnabitæ,Somaſcheni,Miniſtri infirmorum,Clerici Minores,Scholæ Piæ,Congregationis Oratorij,& alij.*M.F.Abrahamus Bzouius Ordinis PP.Prædic.ſub.ann.1524.lo.cit.

DISQVI-

Digitized by Google

DISQVISITIO DVODECIMA.

Theatinas Leges, à B. Caietano & Ioanne-Petro inſtitutas, humanone ductui, an diuino, adſcribere ac referre debemus? Et num verè dicendi ſumus habere nos Regulam approbatam?

P. Nicolaus Lancicius è Soc. Ieſu in Opuſc. 17. n. 161. fol. 162. & 163.

2 Extat Reuelatio facta S. Birgittæ lib. 7. Reu. cap. 20. à Chriſto Domino, in qua in primis de Regula S. Franciſci à ſe inſpirata, „ deindè de omnibus alijs Ordinibus ſic ait: Ita etiam omnes aliæ Regulę, „ quas amici mei incœperunt, & ipſi perſonaliter tenuerũt, & ſeruauerunt „ alioſque eas efficaciter docuerunt, & porrexerunt, non fuerunt dictatæ „ & compoſitæ ab ipſorum intellectu, & humana ſapientia, ſed aſpiratione „ Spiritus ſancti------Quamobrem etiam grato animo colere debemus hunc Dei fauorem. Nam vt ait S. Chryſoſtomus *ſ. 8. in Gen.* magnus honor eſt, dùm Deus legem dat non per aliquem famulum, non per Angelum & Archangelum, ſed per ſe ipſum, duplici honore hominẽ afficiẽs, & quia legem dederit, & quia dederit per ſe ipſum. *Hactenus Lancicius; eademque de re diſſerit*

P. Nicolaus Orlandinus è Soc. Ieſu in hiſt. Soc. p. 1. lib. 10. n. 62. fol. 234.

3 Rogauit (*Ignatius*) Lainium cùm conſtitutiones ſcriberet (à quo non ignorabat Sanctorum vitas, & eorum qui Religioſas aliquando familias diſciplinaſque fundarunt, ſtudioſè peruolutatas) cenſeret ne diuinitùs earum Auctoribus omnia, quæ ad inſtituta cuiuſque familiæ pertinent, indicata, an præcipua potiùs aliqua & grauiora dùmtaxat, relictis cæteris non tàm intimis, nec tàm grauibus, Patriarcharum Fundatorumque prudentiæ. Cui Lainius ſibi videri dixit, Deum Optimum Maximum, vt primum familiarum omnium procreatorem atque parentem, quos ad eas excitandas tanquam adminiſtros & famulos delegiſſet, ijs grauiſſima quæque, & cuique diſciplinæ intima præmonſtraſse. Nàm cũ Religioſorum Ordinum inſtitutio non hominum ſit inuentum, ſed Dei, qui quidem proprium quemdam ab vnoquoue Ordine cultum ac famulatum exigit; relinquitur, vt is etiam hominibus præſignificet atque prę-monſtret, quæ ab quoque obſeruari curarique velit: vt quò ſua homines coniectura ac ſuſpicione non poſsunt, illuc Dei admonitu ſignificationeque perueniãt. Cætera verò, quæ non tàm vim naturamque cuiuſque Ordi-

Ordinis,quàm adiuncta quædam, & quaſi circumſtantias attingunt, eademque pro varietate temporum ac locorum variari mutarique poſſunt, ea putabat Fundatorum permitti iudicio atque prudentiæ.Quemadmodùm in Eccleſia Catholica animaduerti licet,in qua regenda ac temperanda multa huiuſmodi Deus ſuorum Miniſtrorum Vicariorumque prudentiæ libera atque integra eſse voluit: cùm tamen ea, quæ ſunt præcipua,iam tùm ab initio ſuis Apoſtolis, & primis illis Eccleſiæ Paſtoribus indicarit.Hæc cenſuit Lainius,cui & ſe ſubſcribens Ignatius;Sic,inquit, & ego ſentio. *Hactenus Orlandinus. Quomodò verò dicendi ſimus habere nos quoque Regulam à ſancta Sede Apoſtolica comprobatam,perdoctè diſertèque Ioannes-Petrus docuit in literis,ad Gibertum Veronæ Epiſcopum datis;quæ* in 1.tom. Farrag.fol.52.*videri poſſunt. Qua de re hic audiendus*

P.Iulius Nigronus in tit. Reg.comm. Soc.Ieſu par.1.n.5.

4 Præmittenda eſt nõ ignota doctrina.Per regulã numero ſingulari ſumptam,à priſcis vſque ſæculis,ſignificari præcipuè inſtitutum,ſeù formam viuendi religioſam: non tàm à reliquis Chriſtianis Religioſos diſtinguentem, à quibus per tria vota ſubſtantialia ſatis ſuperque omnes ſecernuntur; quàm ab alijs Ordinibus Religioſorum ſeparantem: qui omnes in trium votorum Paupertatis,Caſtitatis,& Obedientiæ obſeruatione conueniunt.Itaque religioſè viuendi præcepta S.Pachomio tradita ab Angelo S.Hieronymus interpretans,regulam nominauit.Formam à S.Baſilio Monachis præſcriptam S.Benedictus *cap.*73. regulam appellauit.Quam S.Benedictus poſteà pręſcripſit ſuis,regulam item S.Gregorius Papa *lib.2.dial.cap.*36.& S.Bernardus *ſer.de S.Benedicto* nuncuparũt. Eodem nomine notarunt formulas à ſe compoſitas S. Iſidorus, S. Fructuoſus,& alij multi,quos referam deinceps. Eadem eſt ſignificatio in Canonico Iure,cùm Innocentius II.regulam S.Benedicti, Baſilij, & Auguſtini nominat:cùm Innocentius III.nouas Religiones fieri prohibens, iubet accipi regulam de probatis,ab ijs, qui de nouo religioſam domum erigunt:& Concilium Tridentinum *ſeſſ.*25.*cap.2.de regular.*cùm præcipit puniri proprietarios iuxtà ſuæ regulæ conſtitutiones. Regulæ ſub hac notione conueniunt illæ definitiones,quas ex S. Iſidoro *lib.6. orig. cap. 6.* Gratianus *c.regulæ d.*3.colligit: quarum optima mihi cum Vgone Victorino *in reg.S.Auguſt.princ.*videtur illa,qua dicitur eſſe, quæ normam rectè viuendi præbeat.Cui ſi addas,hominibus Religioſis, erit magis propria, hoc modo:Eſt præceptio,quæ modum rectè viuendi præbet hominibus Religioſis. Quæ non procul abeſt à deſcriptione Guillelmi Pariſienſis *l. de virtut.cap.*12.cui dicitur vel doctrina, vel ars, vel prudentia, qua ſcitur vel docetur,qualiter ſit viuendum profeſſoribus ipſius. Niſi fortè mauis breuiorem Innocentij VII. deſcriptionem *in confirmat. tertij Ord.*

*S.Dom.*Forma religioſè viuẽdi.Ex eadẽ notione Regulæ denominantur Regulares; quemadmodùm à Canone Canonici (vt obſeruat Vgo Vict. *lo.cit.*) Religioſi,qui in Monaſterio conſtituti,iuxtà regularia præcepta SS.Patrum canonicè atque Apoſtolicè viuunt.De hac ipſa regula ſic accepta,vera eſt doctrina Ioannis Andreæ Iuris Canonici conſultiſſimi relata,probataque à S.Antonino *par.3.tit.16.c.1.*§.4.5.quam cum alijs multis ſequitur Ioannes Azor noſter *to.1.lib.13.c.11.*ſolere Regulam à Papa probari:proindè hoc à conſtitutionibus diſtingui,quòd illæ mutari poſſunt ab illis,qui parem cum primis conſtituentibus auctoritatem habẽt: Regula verò mutari non poteſt,niſi per Papam.Quæ diſtinctio verum habet in illis Ordinibus,qui poſt Regulam probatam à Papa, Conſtitutiones condiderunt; non autem in illis, quibus Conſtitutiones ſunt pro Regula:vt docent poſt S.Antoninum,Angelus de Clauaſio *V. Religioſus.* Petrus Sutor *lib.2.de vita Cartuſ.to.3.cap.3.*& alij communiter.Quæ limitatio facta eſt potiſſimùm propter Ordinem Cartuſienſem, qui ſtatutis pro Regula vtitur,vt multis probat idem Petrus Sutor.His poſitis dico, Nos quoque Regulam habere ab Sede Apoſtolica, per plures Pontifices ſummos approbatam-----Hìc obijciat aliquis,qua ratione dixerim, habere nos Regulam approbatam;quando certum eſt, vt poſt Aluarum Pelagium.*lib.2.de planctu Eccl.cap.23.* S. Antoninus docuit *par.3.tit.16. c.3.*§.4.5.& communiter Doctores, quatuor tantùm eſſe Regulas ab Eccleſia probatas,Baſilij,Auguſtini,Benedicti,Franciſci : nec inter eas noſtram numerari,nec vllam ex illis enumeratis eſſe.Petrus Sutor *lib.2.tr.3. c.3.* ſui Ordinis Cartuſienſis defendendi ſtudioſus reſpondit multis ab hinc annis,id commentum eſse ſine fundamento ſolido ſparſum in vulgus.Tradit enim viuendi formam Cartuſianorum à S.Brunone ex doctrina religioſa S.Hieronymi,Caſſiani,& S.Benedicti collectam,ore atque vſu traditam diſcipulis ſine ſcripto,multos annos in Ordine obſeruatam, tandem in ſtatutis,quibus pro Regula vtuntur, deſcriptam,fuiſſe probatam cum toto eorum viuendi modo ab Alexandro III. & Cæleſtino III. Pontificibus.Proindè non poſſe dici tãtùm quatuor eſſe Regulas approbatas : quia eorum forma viuendi primæua cum alijs conſtitutionibus aggregata,ſub appellatione ſtatutorum approbata eſt. Equidem neque recedendum exiſtimo à communi modo loquẽdi Doctorum: neque poſſum negare plures quàm quatuor eſſe regulas approbatas.Video Regulam S.Trinitatis ab Innocentio III.probatam fuiſse;quod apparet in regiſtro Epiſtolarum Decretalium ipſius: Regulam Carmelitarum ab Alberto Patriarcha Ieroſolymorum compoſitam,ab Innocentio IV. confirmatam proprio Diplomate-----Nec dubito quin aliæ multæ ſint Regulæ probatæ, cùm videam in Eccleſia Dei Religioſos Ordines planè diuerſos ab illis quatuor,quorum Regulæ probatæ fuerunt,non habitu ſolùm,

lùm, ſed etiam inſtitutis. Neque verò poſt Decretum Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III. de non inſtituendis nouis Ordinibus Religioſorum, ſine permiſſu & approbatione Sedis Apoſtolicæ, reuocatum à Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. credibile eſt nouas Regulas ſine approbatione fuiſſe toleratas. Itaque vera eſt doctrina S. Antonini de quatuor Regulis hoc ſenſu: Quatuor eſse tantùm Regulas approbatas iure communi; ſiue quarum vel mentio, vel confirmatio, in corpore Iuris Canonici reperitur. Etenim ex Regula S. Baſilij Latinè à Ruffino reddita Gratianus non vno in loco decreta collegit, tanquam ex octaua Synodo: quod arguit in ea vel approbatam fuiſse vel inſertam. E Regula S. Auguſtini multa item excerpſit, & in cauſam XII. & in alias tranſtulit. Adde videri probatã à Gelaſio, vbi approbat opuſcula S. Auguſtini, inter quæ Regula numeratur: vt in controuerſia cum Caſinenſibus coram Pio IV. fuit allegatum. Quod pro Regula S. Baſilij valere quoque poteſt, cuius opuſcula probantur ab eodem Gelaſio. Regulam S. Benedicti, manu ipſius ſcriptam legiſse, laudaſse, confirmaſse in Synodo quadam S. Gregorius Papa traditur à Caſinenſibus, ex quodam Priuilegio Monaſterij Sublacenſis. Eandem approbaſse viſus eſt, cùm diſcretione præcipuam, & ſermone luculentam vocauit. Meminit eiuſdem Honorius III. in Decretalibus de ſtatu Monachorum. Trium ſimul S. Baſilij, Auguſtini, Benedicti mentio fit ab Innocentio II. in *c. perniciosam* in decretis. Regulæ Quartæ S. Franciſci quanuis approbatio facta per Diploma ab Honorio III non inueniatur in Iure; tamen eius mentio eſt in conſtitutione Nicolai III. in libro ſexto decretalium, & Clementis V. in Clementinis. Itaque Regula noſtra licet nulla de ea ſit in Iure Canonico mentio, quia recentior eſt illo; tamen æquè probata eſt à Sede Apoſtolica, atque illæ quatuor, ſi non magis: quoniam à multis Pontificibus æqualis auctoritatis cum illis antiquis, probata eſt, & confirmata, præuia conſultatione, re benè perpenſa, verbis expreſſis, & inſuper cõmẽdata luculenter. *Ita P. Nigronius: & tàm de Societate Ieſu, quàm de Noſtro Clericorum Regularium Ordine, aliiſque recentioribus, dicta omnia intelligantur.*

Laudetur Sanctiſſimum SACRAMENTVM; & benedicta ſit ſemper ab omnibus B. MARIÆ Virginis PVRITAS, & immaculata CONCEPTIO.

Digitized by Google

DISQVISITIONVM HISTORICARVM DE SANCTISSIMI PAVLI PAPAE IV. INCVLPATA VITA,

CLARORVM SCRIPTORVM E SOCIETATE IESV TESTIMONIIS AC ELOGIIS EXPLICATA,

AVCTORE D. FRANCISCO MARIA MAGGIO C.R.

PARS QVARTA.

SIVE

Qualis fuerit Io.Petrus in præcipuis aliquot Inſtitutis, quæ vnà cum S. Patriarcha Caietano Clericorum Regularium Congregationi præſcripſit.

---

1 *Apponam hic ſolummodò ſacrum quoddam ſtudium, quod illis & ſermonum argumentum, & piarum commentationnm materiam, & imitationi exempla, & ſcriptioni ſtylum ſufficiebat. Is erat ſacrorum Euangeliorum vſus, & continua quædam legendi ſeries, ac ordo. Propoſuerant namque ſibi, vel ab ipſo Religionis exordio, diurna inter penſa, aliquid ex Euangelijs quotidiè legere: factaque ab Epiſcopo Theatino quotidiani operis partitione, qua ſingulis quidem hebdomadis vnum ex ijs integrum percurrebant, ſingulis verò menſibus abſoluebant quatergeminum, id impigrè perficiebāt. Diuiſionem hanc ſcriptam B. Andreæ Auellini manu, qui hoc fortè Maiorum inſtitutum moremque, ſucceſſionis quodam iure, continuabat, inter eiuſdem Auellini Commentarios habemus: quam quòd intercidere piaculum ſanè eſſet, illam exſcribere decreuimus, quæ ſic habet:*

MATTHÆVS.

Dominica.*cap.*1.2.3.4.5.6.7.
Fer.II.*cap.*8.9.10.11.12.
Fer.III.*cap.*13.14.15.16.17.
Fer.IV.*cap.*18.19.20.21.
Fer.V.*cap.*22.23.24.25.

LVCAS.

Dominica.*cap.*1.2.3.4.
Fer.II.*cap.*5.6.7.8.
Fer.III.*cap.*9.10.11.
Fer.IV.*cap.*12.13.14.15.16.
Fer.V.*cap.*17.18.19.20.21.

Fer.

Digitized by Google

Fer.VI.*cap*.26.27.
Sabb.*cap*.28.

MARCVS.

Dominica.*cap*.1.2.3.
Fer.II.*cap*.4.5.
Fer.III.*cap*.6.7.8.
Fer.IV.*cap*.9.10.
Fer.V.*cap*.11.12.13.
Fer.VI.*cap*.14.15.
Sabb.*cap*.16.

Fer.VI.*cap*.22.23.
Sabb.*cap*.24.

IOANNES.

Dominica.*cap*.1.2.3.
Fer.II.*cap*.4.5.6.
Fer.III.*cap*.7.8.9.
Fer.IV.*cap*.10.11.12.
Fer.V.*cap*.13.14.15.16.17.
Fer.VI.*cap*.18.19.
Sabb.*cap*.20.21.

Hanc igitur ſacrorum Euangeliorum diuiſionem Noſtrorum Patrum pietas inſtituit, tùm vt inſtituti ac propoſiti ſui quotidiè admonerentur; tùm etiam vt ſpirantem quandam Saluatoris imaginem ob oculos ad imitandum ſemper haberent: tùm denique, vt qui Crucis aſperitatem, ac paupertatem, Chriſtumque imitandum ſuſceperant, qua veneratione ac ſtudio Euangelia, quæ Crucis Chriſtique myſteria continent, proſequebantur, demonſtrarent. Et Caraſa quidem ad Gibertum ſcribẽs, hoc de ſe quàm candidiſſimè teſtatur: Singulari, inquit, erga Dei mei Euangelium deuotione afficior: quod quidem, quæ Dei eſt in me indulgentia, quoties aut legere contingit, aut audire, intimè corda colliqueſieri neceſsè eſt. Hæc Antonius Caracciolus in Vita M.S. lib.2. cap.4. & ex eo Caſtaldus in Vita typis excuſa cap.2. tùm ex ijs Ioſephus Sylos in hoſtor. par.1. lib.3. pag.112.

DISQVISITIO PRIMA.

Cur ſodalium paucitatem Io. Petrus Ordini ſuo tantoperè commendauit? Et cur præſertim inſtituit, vnumquemque Chriſti Domini Euangelia apud ſe habere, ac ea quotidiè meditari?

P. Franciſcus Ribera è Soc. Ieſu in Oſea cap. 2.

2 MVltum ad incolumitatem omnium Religionum pertinet, præſertimque earum, quæ non ſuam modò, ſed omnium etiam ſalutem propoſitam habent, vt pauci in eas admittantur, ijque eiuſmodi ſint, vt certis argumentis conſtet, vocari à Deo ad illam Religionem. Indicauit etiam longi temporis vſus, nullã eſse certiorem ac præſentiorem Religionibus peſtem, quàm multitudinem. Nàm, quæ dicuntur peſtes, & ſunt, ambitiones, auaritiæ, voluptates, contentiones, & æmulationes, ex multitudine oriuntur. Ac ſi quis putat, in magna hominum multitudine, mortificationem,

nem,& humilitatem, & pacem, concordiamque animorum, conſeruari poſse diu, id putat,quod neque in hunc diem vſque factum eſt, neque vnquam fiet----At nunc earum *(Religionum)* Moderatores nulla de re magis ſoliciti eſse videntur,quàm de ſua quiſque Religione augenda, & propaganda,deque nouis domibus exſtruendis: nec quotidiana malorum experientia vnquam admonentur. *Hactenus ex Ribera. Nunc quanta fuerit,erga Chriſti Domini Euangelia,Io.Petri,& omnium noſtrorum Patrum pietas, audiamus.*

P.Ioannes Rhò è Soc.Ieſu de varijs Virt.hiſtor.lib.3.cap.12.fol.380.

3 Paulus ita venerabatur diuinos illos Codices, vt ea continenter ipſe legeret,totiſque commoueretur medullis, quaſi loquentem audiret Deum:& ſodales ſuos Theatinos,particulis per ſingulos dies deſcriptis, diurna verſare atque nocturna voluerit manu. Opinor,vt ſicut olim Serapion interroganti,Quid ita nudus ageret?Sublato Euangeliorum Codice,reſpondiſſe fertur:Hic liber me ſpoliauit.Ita ipſi quærẽtibus,Quòd ita humana omnia inſuper haberent? ad Codicem cui aſſueuerant,digitum intendẽtes,dicerent:Hic nos docuit. *Ita P.Ioannes Rhò. Et ſanè de lucris,quæ inde ſibi Theatini Patres haurirent,hæc diſertè Sylos adiecit: Factum porrò eſt,vt aſſidua illa,ac in orbem redeunte Euangeliorum vice, non modò hiſtoria, ac res ipſæ hærerent animo ac memoriæ,verùm etiam dictio ipſa,ſententiæ,ac verba,quibus poſteà ſiue loquerentur,ſiue ſcriberent,intermicare eorum ſermo, aut ſcripta,quibuſdam veluti gemmis videbantur: vt videre eſt in Thienæi & Caraſæ aliorumque Patrum literis, & commentarijs. Tùm quòd illa quotidiè penè manu geſtarent,ita ſubiungit:Vt deſignatam eam Euangeliorum partem omninò Patres illi perlegerent,nouum Teſtamentum aſſiduò ferè terebant, ac geſtabant manibus. Proindeque in antiquioribus è noſtris domibus,hoc eſt,Venetijs,Romæ,Neapoli,pleraque Euangeliorum volumina,parua quidem vſuque,ac ſanctiſſimorum Senum manu detrita reperta fuere: quorũ quod B.Caietani fuit, ac quæ ſubindè ad Marcũ Paſqualinum,Marcellum Maioranam, & Vincentium Maſſam, Viros in omni virtutum genere laudatiſſimos, ſucceſſione quadam hæreditaria peruenere, Neapoli in Paulinis ædibus,ad poſteritatis documentum ſeruantur.Vis hac in re veterũ Chriſtianorum, & Sanctorum exempla?*

P.Ludouicus Creſolius è Soc.Ieſu in Myſtagogo de Sacrorum hominum diſciplina lib.3. cap.18. ſect. 2. fol. 548.

4 Progreſſi eò Chriſtiani ſunt,vt Euangelia,tanquam Verbi Diuini oracula,ſibi adoranda ducerent.Id enim illos piè religioſèque feciſſe, notat Ioannes Damaſcenus *(de fid.orth.l.4.c.17.)* Quemadmodùm,inquit, nec Euangelici codicis materiam,nec Crucis materiam adoramus,verùm id quod per ea exprimitur. Ita Synodi Generales VII. & VIII. docent

Euan-

Digitized by Google

Euangeliorum librum eſſe adorandum,ea ratione,quod ſacratiſſimas res nobis proponit,vt notat Serarius in Ioſue (*l. 1. c. 2. q. 15.*) Hinc Lucius Epiſcopus in Concilio Carthaginienſi vocat ſancta & adorabilia Scripturarum verba. Eſt eâ de re Anaſtaſij Romani Pontificis eximiè ſancti Decretum,quod lubet hìc apponere.Sacerdotes,inquit, & cęteri omnes præſentes,non ſedentes,ſed venerabiliter curui,in conſpectu S.Euangelij ſtantes,Dominica verba intentè audiant; & fideliter adorent &c.Accedit ad veteris obſeruantiæ commendationem, quòd pro comite fidoque præſidio, terra marique Euangelium habere voluerint. S. Paulinus (*carm.ad Cyther.*) ait,Martinum nauigantem habuiſſe Nouum Teſtamẽtum,cuius vi & veluti numine à naufragio liberatus fuit. Perpetuò ferebat D.Cæcilia,vt eſt in eius vita apud Simonem Metaphraſten(*Sur.22. Nou.to.6.*) Etiam in recreatione honeſta,ad menſam luſoriam habuit D. Auguſtinus Euangelium, vndè quantum vtilitatis perceperit, ex illius narratione poteſt intelligi. Antiqui Rhetores forenſium rerum præcepta breuia circumferebant,ſiue libellos,quos,vt Paulus Ægineta prodit (*in præfat.*) nominare conſueuerunt ſuos coambulones: vulgus noſtrum Veni-mecum ſolet dicere.Illis autem ſæpe vtebantur libellis, in magnis rebus & difficultatibus expediendis,neque minimùm in eis præſidium eſſe collocatum Pragmatici illi putabant. Sed volumen Euangeliorum longè in omnem partem vtilius eſse duxerunt pij viri,vndè & prȩſidium peterent, & ſalutarium rerum cognitionem. Ea Theodoſius Orbis terræ imperio digniſſimus (*ex Niceph.l.14.c.3.*) tanta veneratione & amore proſecutus eſt,vt propria manu literis aureis exquiſitè elaboratis deſcripſerit,cũ nõ modò animi pietate,ſed pingẽdi quoque artificio polleret. Aureis illis Dei monumentis libens vtebatur pro torque & viriolis ad collum,pro armillis ad manus, pro gemmea & radiata corona. Multi ſanè Euangelia in ſinu,& ad pectus,religionis cauſa ferebant.Quod prouidiſſe in ſacris Symbolis videtur Sapiens,qui (*prou. 3.*) de ſanctiſſimis Dei legibus ita monet: Circunda eas gutturi tuo. In Hæbreo propriè, Liga eas ſuper colla tua,videlicet ad inſtar colligantis pẽdulum aliquod ex vtraque colli parte,ante pectus,vt ſemper habeantur præ oculis,quæ verba ſunt Caietani locum illum illuſtrantis. Ita Virgo ſpecioſiſſima & ſanctiſſima Theophila, ſemper in gremio diuinam illã Seruatoris hiſtoriam gerebat. Quæ cùm fuiſſet in contumeliam Chriſtianæ Religionis ducta in proſtibulum,vt eius pudor impiorum hominũm libidine violaretur,è ſinu eduxit Euangelium,& ſpe cæleſtis præſidij corroborata cœpit legere, legendo autem flagitioſorum iuuenum petulantiam arcebat, trophæa pangebat. Sed præſertim pueri ac mulieres pro amuletis Euangelium ad collum ſuſpendebant. Qua de re ita S.Ioannes Chryſoſtomus (*hom.19.ad pop.*) Non cernis, vt mulieres & parui pueri, pro magna cuſtodia,

Digitized by Google

ſtodia, collo Euangelia ſuſpendunt,& vbique circunferunt, quocunque abierint? Tu Euangelij mandata & leges mente deſcribas.

---

1 *Fidenter aſſeuero, Clericorum veſtes olim atras fuiſſe. Non deſunt veterũ loca, quæ id firment. Profectò nemo inficiari poteſt, olim perfectiori Chriſtianorum vitæ deditos,& maximè Clericos, pallio vſos;& exempla authoritateſque ſuppetunt paſſim apud Scriptores harum rerum, quas iam ſuperiùs recenſui. At pallium philoſophicum & Chriſtianum præſertim nigrũ erat &c.* Antonius Caracciol. in conſtit. par. 2. cap. 2. §. color.

DISQVISITIO SECVNDA.

Cur ſancitum in noſtro Ordine, vt nigris veſtibus uteremur; quo uel hodie colore, à Venerabili M. N. D. Vrſula Benincaſa inſtituta, Virgines Theatinæ Congregationis operiuntur.

P. Nicolaus Lancicius è Soc. Ieſu in Opuſc. Spirit. to. 2. opuſc. 17. cap. 5. accuſat. 2. num. 255. pag. 579. col. 2.

2. SOli non ſumus: tot myriades Monachorum pullo veſtiri colore videmus, viros doctiſſimos ſanctiſſimoſque,& Eccleſiæ Dei vtiliſſimos,& omnes ferè per totum Orbem terrarum Clericos, eundem colorem amplexos ſcimus: ipſi quoque è Clericorum numero licet Regularium. Olim etiam Clerici & Monachi & Moniales, nigris veſtiebantur, teſte S. Athanaſio *lib. de Virgin.* Et S. Auguſtinus *ep. 199. ad Edicium* indicat fuſcam veſtem, quam nigellam vocat, fuiſſe inſigne continentiam profitẽtium. Hinc S. Ioannes Climacus *gr. 7. col. 2.* Religioſum alloquens, ait: [Ipſum quoque indumẽtum tuum, te ad exercitium luctus hortetur. Omnes enim, qui mortuos lugent, nigris veſtibus operiuntur.] Nigra enim veſtis, inquit S. Bernardus *l. ad Soror.* inſinuat humilitatem mentis. Et Petrus Cluniacenſis ad S. Bernardum ſcribens: Viſum eſt, inquit, magnis Patribus illis, nigrum hũc, de quo agitur, colorem, magis humilitati, magis pœnitentiæ, magis luctui conuenire. Quibus ſtudijs quia totam Monachi vitam inuigilare oportet, decreuerunt, vt color moribus, veſtes virtutibus, qua poſsent cognatione, iungerentur. Non coruis ſed Angelis ſimiles (*ex Sur. to. 6. c. 9. in eorum Vita*) putabant eſſe nigris indutos S. Gallaction & S. Epiſtæmus Martyres ſub Decio Imperatore occiſi. Eos, inquit, qui ſunt nigro pallio induti, dixit ſimiles Angelis, nimirum, quia ſe à Mundo ſeparant,& ab his quæ ſunt mundi:& ſeruant Virginitatem,& delegerunt habere vitam Chriſto cõſimilem. Similiter pullam

Digitized by Google

lam ac fuſcam veſtem in vſu fuiſſe Sanctimonialium,ſcribit S. Hieronymus non vno in loco.Nàm *epiſt.*23. ad Marcellam ſic habet: [Scandalizat quempiam veſtis fuſcior (ideſt, nigra) ſcandalizet Ioannes, quo inter natos mulierum maior nullus fuit:qui Angelus dictus, ipſum quoque Dominum baptizauit:qui camelorum veſtitus tegmine zona pelliceа cingebatur. Et infra laudans Bræſillam, quæ amiſſo viro Monachæ vitam profiteri cœperat,Pulla tunica vſam aſſerit. Et *ep.*15.ad Marcellã, Tunicam, inquit, fuſciorem induta (Virgo Acella) ſe Domino conſecrauit.Et S.Aſteriua in ſecundo Cõcilio Generali Nicæno,de S.Euphemia Martyre Chalcedonenſi,coram Iudice ſtante dixit:Adſtabat Virgo pulla veſte,& pallio philoſophiam profeſsa.Quali veſte indutum fuiſſe S.Anaſtaſium Martyrem,apparet ex eius picta imagine,ab eodem Concilio celebrata, multiſque illuſtrata miraculis: quæ ad hũc diem Romæ, ad aquas Saluias,vnà cum eius Reliquijs,populi venerationi quotannis exponitur videnda.Sanè cùm Diuus Paulus Apoſtolus,iuſſu Beatiſſimæ V.Mariæ,traderet Regulam S.Franciſcæ Romanæ *l.*4.*c.*4. pro eius Monialibus, iuſſit vt veſtem ſuperiorem portarent ex panno nigro,ſicut ad hunc diem portant.*&c.*

3 Sed cur peculiarem, vt alij Monachorum & Mendicantium Ordines,Habitum & cucullas non habemus? Reſpondeo, quia Clerici ſumus,pro talibus à Sede Apoſtolica recepti,& approbati,& appellati &c. Ideò communem toti Clero vbique gentium elegimus, à quo cucullas geſtari non decet,& vetitum eſt in Eccleſiaſticis Canonibus.Audi Concilium Aquiſgranenſe ſub Stephano Papa S.& Ludouico Pio Imperatore I.celebratum,id vetans quibuſdam Clericis, & cauſam prohibitionis iuſtam adferens: Reprehenſibilem,& Eccleſiaſtica emendatione dignũ apud pleroſque inoleuiſse comperimus vſum eò quòd,contra morem Eccleſiaſticum cucullas,quibus ſolis Monachis vtendum eſt,induant:cũ vtique illorum habitus penitùs vſurpare non debeant, à quorum propoſito quodammodò diſtant.Quia ſicut indecens eſt, vt arma militaria more Laicorum geſtẽt:ita nimirum inhoneſtum eſt,& valdè indecorum, vt alterius propoſiti indumenta ſibi imponant. Habitus namque ſingulorum Ordinum idcircò in Eccleſia ab inuicem diſcreti ſunt,vt his viſis, cuius propoſiti ſit geſtans,vel in qua profeſſione Domino militet,liquidò cognoſcatur.Et quia huiuſcemodi vſus nulla authoritate approbatus, ſed potiùs ab his,qui ſanum ſapiunt,meritò reprehenditur, & repudiatur,oportet;vt ab hinc ne fiat,penitùs inhibitum ſit . Quocircà meritò etiam Vrbanus Secundus Papa *cap.mandamus* 19.*q.*3.ſtatuit pœnam,quã ſubire debet Clericus habitum Monachalem geſtans.

Digitized by Google

1 *Domni titulum Abbati tribuendum S. Legiſlator (Benedictus) ait. Abbas, inquit cap. 63. quia vices Chriſti agere creditur, Domnus, & Abbas vocetur: non ſua aſſumptione, ſed honore & amore Chriſti*------*Ennodius* lib. 3. ep. 4. *Cum veſtris, inquit, ad Domnum Fauſtum commendatitijs. Repetitque* lib. 9. ep. 929. & ep. 30. *Domnus Rhodianus. Etiã in feminino: Bene feciſti Domna Agnella. Venãtius Fortunatus Domnum Martinum extulit. Gregorius Magnus* lib. 1. regiſt. ep. 6. *Domnum Alexandrum, Domnum Theodorum, Domnam Euſiriam, Domnam Eudochiam, & Domnam Dominicam, mea peto vice ſalutari. In precibus Eccleſiaſticis, ſummus Pontifex vocatur Domnus Apoſtolicus. Lector in Diuino Officio benedictionem petens, dicit: Iube Domne benedicere. Eadem vox occurrit apud Gregorium Turonenſem, S. Ododonem, Goffridum Vindocinenſem, Petrum Bleſenſem, alioſque. Rectè proindè Molanus* lib. 3. de cano. c. 15. *Abbatiſſæ non Dominæ ſed Domnæ dici ſolent*--------*Obſeruat autem Franciſcus Iuretus* not. ad ep. 28. Iuonis, *eius ætate Domni prænomen Eccleſiaſticis ferè tribui: Domini, ſecularibus. In Religioſorum familijs idem titulus non tantùm Superioribus, ſed & alijs aſsignatur. Vndè Smaragdus* ad cap. 63. Reg. *Nunc apud nos, inquit, exigitur hodie, vt ipſa paterna reuerentia priores noſtri à nobis vocentur Domni. Et Caſinenſes in declaratorio: Ex antiqua noſtra conſuetudine, ad differentiam mendicãtium, Monachos noſtros appellamus Domnos*----- *Clerici Regulares Theatini, alijque Ordinis S. Pauli, Sacerdotes ſuos eadem appellatione honorant: ſiue vt Hiſpani & Itali dicunt* Don, *Luſitani* Dom. *Græci quoque in eadem hac voce Syncopen amant.* D. Benedictus Haeftenus Ord. S. Ben. Præp. diſq. monaſt. lib. 3. diſ. 4. fol. 303.

DISQVISITIO TERTIA.

Cur in noſtra Congregatione ſtatutum fuerit, vt Sacerdotes Domni Prænomine honeſtarentur. Eundemque cur titulum, Theatinis hodiè Virginibus, ac Eremitis Sanctimonialibus, impertimur?

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in Reg. 22. comm. Soc. n. 14. fol. 466.

2 S. Gregorius honoratos viros ac fœminas, Domnos ac Domnas vocat. S. Martinum Domnum honoris gratia dicunt S. Gregorius Turonenſis, Venantius Fortunatus, & alios alij, vt ex emendatis codicibus obſeruat Nicolaus Serarius. Ipſum S. Benedictum Petrus Bleſẽſis Domni prænomine decorat: quod in viris dignitate conſpicuis codẽ ſeculo nominandis faciebant Iuo Carnotenſis, & Goffridus Vindocinẽſis. Denique in Officio Eccleſiaſtico, Cantor, quotieſcunque Benedictio-

nem

nem petit ab Sacerdote, qui Choro per hebdomadam præſidet; Iube, inquit, Domne benedicere---Obſeruat Franciſcus Iuretus, Iuonis ætate, Domni prænomen Eccleſiaſticis ferè tribui; Domini, ſæcularibus---Placuit eadem appellatio Clericis Regularibus; qui, vt tradit Antonius Caracciolus, cùm Sacerdotibus ſcribunt, hoc titulo illos honorant. *Hæc P. Nigronius. Vide eodem de prænomine plura apud Eminentiſſimum ac doctiſſimũ & amiciſſimum Cardinalem D. Ioannem de Bona* de diuina pſalmodia cap. 16. §. 12. n. 5. fol. 385. *editionis Pariſienſis, ſed Romanæ fol.* 405.

---

1 *Quod ad præſcriptum regiminis tempus attinet, haud ſatis profectò compertum, quiſnam ſit in ſacris Ordinibus potior ac congruentior Magiſtratus, perpetuus, an temporarius? In profanis etiam officijs ac præfecturis, nihil inter politicos hac controuerſia frequentius. Qui perpetui moderatoris cauſam tuentur, nihil, aiũt, rei communi infeſtius, quàm mutare identidem habenas. Tot videlicet inducere equos vitia, quot inſeſſores mutant. Ad hæc, cùm adhibita curandis malis remedia tempus iuuet, certè aut manus nunquam morbo admouerit, qui precariò regit, aut minimè perſanando ſufficiet breuis curatio. Quod etiam in cauſa eſt, ne temporarius rector aut magna concipiat, aut cœptis ſtrenuò inſiſtat: quando facturum ſe aliquod operæ pretium à temporis anguſtia deſperet. Quid ſi longo tandem vſu, ac perenni ſuorum tractatione, ſingulorum indolem, mores, virtutes probè noſcat Princeps, ac proindè ordinare pulcherrimè ab exacta ea notitia Rempublicam poſſit? Iuuat item non parum ad ſubditorum obſequium ſui Capitis veneratio, quæ ſanè non proindè magna in illum, quem cohoneſtat breuis infula. At enim verò, cùm vna aut altera excepta, Religioſæ familiæ pleræque omnes ſupremum Magiſtratum identidem mutent, haud leue quidem argumentum eſt, iſtiuſmodi religioſo corpori perpetuum caput minus congruere. Planè in Regularium cœtibus, vbi perpetua eſt ſchola virtutum, atque eruditionis, quædam ſemper eſt excellentium hominũ copia, ac veluti autumnitas: cur igitur vnus perpetuò præſit vbi multos procurãdo muneri egregia virtus idoneos facit? Dant præterea animos vices, erigitque atque amplificat maximè virtutem diſtributus, collatuſque in orbem honor. Adde quòd ſegnior plerumque fit diuturnitate Magiſtratus. Adrepit nanque vt faſtidium, ita quidam etiam cum faſtidio deſidia: à quo malo immunis eſt circumſcripta à tempore ac ſuccedanea hæc præfectura: vegeta nimirum ſemper virtute, viribuſque recentibus. Sed neque verendum, ne quæ ſenſim adnaſcitur dominationi mentis elatio, ac ſupercilium, eiuſmodi Rectorem afflet: cùm ſatis modeſtiæ moneat temporaria ea dignitas, & quòd redigi tandem in ordinem Magiſtratus debeat. Poſtremò fauet priſci æui, magnorumque Principatuum experientia &c.* P. D. Ioſeph Sylos in hiſtor. par. 2. lib. 1. pag. 30.

DISQVISITIO QVARTA.

Facilè ne an difficile eſt iudicare, qui nam Religioſis Ordinibus magis congruus ac vtilis ſit, ſupremus Magiſtratus (qualis eſt in Soc. Ieſu) perpetuus, an temporarius qualis eſt Patrum Theatinorum? Num in uno ac in altero aliquid ſemper incommodi ſuſtinendum? Cur tertio quoque Anno in Theatino Ordine Generalia Comitia celebrantur? Quis illis inchoandis indictus locus ac dies?

P. Paulus Layman è Soc. Ieſu in quæſt. canon. cap. 17. quæſt. 235.

2 NON deſunt qui expedire magis exiſtiment, vt Ordinum Prælati in perpetuum inſtituantur. Sed hanc rem difficile eſt definire: cùm ex vtraque parte tàm commoda quàm incommoda exiſtant.

P. Franciſcus Pellizzarius in manuali Regularium to. 2. par. 1. tract. 9. cap. 8. ſect. 2. num. 57. fol. 724.

3 In multis Ordinibus ſtatutum eſt, Capitulum Generale celebrari de triennio in triennium: idque ad ſimilitudinem Conciliorum Prouincialium, quæ in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. *ſeſſ.* 10. *cap.* 10. & Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. iubentur celebrari vnoquoq; triennio: quare quoad hoc, ſeruandum eſt in vnoquoque Ordine, quod præſcribunt ipſius Conſtitutiones, maximè Apoſtolica auctoritate confirmatę: quæ pro diuerſitate formæ regiminis poſſunt præſcribere frequentiorem, aut minùs frequentiorem vſum Capituli Generalis. Quin etiam Innocentius X. conſtitutione decreuit, vt in Societate Ieſu, quolibet Nouennio, cogatur Congregatio Generalis. *Et num.* 55. *de loco & tempore hæc ait:* Sic in conſtitutionibus Patrum Theatinorum *par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 1. habetur: Tertio quoque anno, & quotieſcunque Patrem Generalem mori, vel quauis alia ratione munus eius contingat deficere, Capitulum Generale, Romæ, in Domo S. Silueſtri in Monte Quirinali, celebretur: dies inſtituta pro eo inchoando eſt Feria Quinta Hebdomadæ ſecundæ poſt feſtum ſanctiſſimi Paſchatis, ſi tertiò vertente anno fiat: vel quam ſenior Conſultorum, ſuique Collegæ præſcripſerint, ſi mors Patris Generalis, aut eius muneris acciderit abdicatio.

1 *Qua*

Digitized by Google

1 *Quæ ſi ſic habent (vt ille docet to.3. Theol. art. vlt.) profectò Dominicus & Auguſtinus minùs conſideratè in ſuam uterque familiam pſallendi ritum (rem videlicet ſi Valentiæ creditur, concionandi, docendique muneri repugnantem) firmis legibus inuexit. Et imprudens Chryſoſtomus, quem refert Georg. Alexan.* in vita, *cæteris omnibus negotijs diuinas prætuliſſe laudes, quibus aſſiduè intererat ad vſque diluculum. Et Ignatius ferè dixerim inertiſſimus, qui* (ex Socr. hiſt. lib. 6. cap. 8.) *raptus in ecſtaſim Hymnos nobis Antiphonos ex Angelica uiſione contradidit. Et primigenia illa* (ex Plin. in ep. ad Traianum 97.) *Chriſtianorum cohors ignauiſſima, quā nulla perſecutionis procella ac metus ab canēdi inſtituto potuit abſterrere. Quin & Hierarchia Dionyſij perperam ordinata* cap. 5. *qua Choro Clerici ſacriſque concentibus cernuntur addicti. Et Therapeutæ futiles, ac immeritò à Philone laudati* de vita contempl. par. 3. *qui hymnos à ſe compoſitos inter ſacra myſteria ſtantes intentique promebant. Denique & Apoſtoli ipſi nimiùm inconſulti, qui Mundo Euangelij præceptis imbuendo deſtinati pſalmos tamen, & liturgicas preces prolixè promptèque canebant. Haſitas? authorem aduoco & cito vetuſtum, magnum, & quem tu velis nolis magnifacias. Is eſt Proclus Auguſtæ Vrbis Patriarcha, Chryſoſtomi Anagnoſtes & ſucceſſor* de tradit. diuinæ Miſſæ to. 4. Biblioth. SS. Patrum vet. edit. *Poſtquam, inquit, Saluator noſter in Cælum aſſūptus eſt, Apoſtoli priuſquam per omnem terram diſpergerentur, conſpirantibus animis, conuenientes, ad totō die orandum conuertebantur: & cùm multam conſolationem, in myſtico illo Dominici Corporis Sacrificio poſitam inueniſſent, fuſiſſimè & longa oratione Miſſam decantabant.* Ant. Caracciol. in not. ad conſtitutiones pag. 55. tertiæ editionis Pariſienſis.

DISQVISITIO QVINTA.

Cur diurnæ nocturnæque Pſalmodiæ penſum Clericorum Regularium Ordinis Conditores inſtituère? Apoſtoli Pſalmorum Cantum an præſcripſerunt? Quæ in Religionibus inſtituti Cantus eſt cauſa?

P. Ioannes Azor è Soc. Ieſu in 1. par. inſtit. moral. lib. 10. cap. 1. quæſt. 6.

2 EX Hiſtorijs Eccleſiaſticis conſtat, iam indè ab Apoſtolorum temporibus, Clericos, certis diei noctiſque temporibus, in Eccleſiā venire conſueuiſse, vt pſalmos, preces, hymnoſque Deo cantarent.

P. Franciſcus Turrianus è Soc. Ieſu in not. ad S. Clementem Rom. lib. 1. cap. 14.

3 Cantus pſalmorum in Eccleſia eſt ſecūdùm Apoſtolicam doctrinam.

P. Fran-

P. Franciſcus Suarez è Soc. Ieſu to. 2. de Relig. lib. 4. cap. 1.

4 Fuit hæc conſuetudo ab initio naſcentis Eccleſiæ, tàm in Oriente, quàm in Occidente. Nàm *in can.* 43. *&* 69. Apoſtolorum huius Ritus canendi in Eccleſia mentio fit. Et Clemens Romanus *lib.* 8. *conſtitut. cap.* 34. eiuſdem conſuetudinis meminit.

Card. Robertus Bellarminus è Soc. Ieſu to. 3. de Orat. lib. 1. cap. 13.

5 Nunquam in Eccleſia Chriſtiana non fuit laudandi, precandique Deum nocturno tempore: & prætereà mane, Hora Tertia, Sexta, & Nona, & ad Veſperam conſuetudo.

P. Leonardus Leſſius è Soc. Ieſu lib. 2. cap. 37. dub. 8. num. 47.

6 Fide tenendum eſt, hanc formam precandi eſſe piam & ſalutarē, ac proindè in Eccleſia retinendam: quia iam indè ab exordio Eccleſiæ ſemper fuit---& Clemens *lib.* 8. conſtitutionum Apoſtolicarum *cap.* 34. inter traditiones Apoſtolicas Epiſcopo & Clero ſeruandas refert hanc.

P. Iacobus Aluarez è Soc. Ieſu to. 3. de inquiſ. pacis lib. 1. p. 2. c. 7.

7 Vſus canendi ſicut vtiliſſimus, ita & vetuſtiſſimus eſt, & ab antiquo illo Dei populo ſumpſit exordium---In lege autem noua CHRISTVS IPSE CANENDI MOREM INVEXIT.

P. Paulus Sherlogus è Soc. Ieſu in Cant. ſub ipſum Operis initium.

8 Ad PSALLENDVM IN ECCLESIIS BEATISSIMI CHRISTIANÆ PROFESSIONIS ANTISTITES ADHORTANTVR: QVOD EX SERVATORIS SCHOLA DIDICERVNT. *Vis plura? & tibi demonſtrem adhuc populum Chriſtianum in Eccleſijs ex inſtitutione Apoſtolica ceciniſſe?*

P. Cornelius à Lapide è Soc. Ieſu in illud Pauli: Cùm conuenitis in Eccleſia vnuſquiſque veſtrum pſalmum doctrinam habet.

9 Ex hoc Pauli lòco, nota, quòd in Eccleſia primæua HIC ERAT RITVS, ET ORDO SACRORVM, IN SACRIS CHRISTIANORVM CONVENTIBVS, A PAVLO ET APOSTOLIS INSTITVTVS: CANEBANT PSALMOS ETIAM POPVLVS: ſecundò legebantur Prophetiæ: tertiò quidam pſalmos & hymnos in laudem Dei canebant varijs linguis. *Vin' clariùs vt oſtendam de pſallendi ritu à Chriſto Apoſtolos inſtructos & eruditos?*

P. Ludouicus Creſolius è Soc. Ieſu in Myſtag. lib. 3. cap. 27.

10 ILLAM IN CANTV COELESTIVM IMITATIONEM

DEI

Digitized by Google

DEI FILIVS, *vt aiebam*, ET DOCTI AB EODEM PRIMI ECCLESIÆ HEROES IN VSVM INDVXERVNT. Nam poſt illam mirificam cœnam, & vltimam Seruatoris, præeunte Domino, ſacrum Hymnum cecinerunt----Deindè verò poſt ſuſcitationem à mortuis, cũ Pontifex confeſſionis noſtræ Ieſus Eccleſiæ politiam monitis ſuis præceptiſque formaret, NON OMISIT DE CANTV DICERE, deque Symphonia ad iuſtam laudem & Numinis cultum adhibenda. Quare S. Auguſtinus, cùm de cærimonijs Eccleſiæ diſputat; DE HYMNIS quidem ET PSALMIS CANENDIS, ait, HABERE NOS A CHRISTO ET APOSTOLIS DOCVMENTA, ET EXEMPLA, ET PRÆCEPTA. *Vin' vt probem Apoſtolos etiam in cuſtodia ceciniſſe?*

P. Franciſcus de Mendoza è Soc. Ieſu in lib. 1. Reg. cap. 2. num. 10. annot. 15. ſect. 1. fol. 367.

11 Certè D. Paulus, & Sylas in carcerem coniecti compedum & vinculorum ſtridore, tanquam fiſtularum & organorum ſono prȩeunte, diuinas laudes concinebant: nihil ad ſuam miſeriam leuandam, nihil ad diuinam miſericordiam obtinendam accomodatius facturi, quàm ſi diuinas laudes modularentur. *Et cap. 7. num. 14. annot. 28. circa lit. ſect. 3.* Pſalmi, *inquit*, vt appellat D. Ambroſius ſua in eos præfatione, ſunt Arma & Scuta, quibus milites proteguntur; Arma, quibus Hoſtes impugnantur. Teſtis ſit Rex Ioſaphat, qui aduerſus triplicem exercitum progreſſus, nõ haſtas torquendo, ſed Pſalmos cantando, ita ſuos hoſtes labefecit, vt ne vnus quidem euaderet; ita ſuos milites ſeruauit, & ne vnus quidem periret. *2. par. 20. à num. 21.* *Vis lucra & cauſas introducti pſalmorum cantus enumeremus?*

P. Ludouicus Creſolius è Soc. Ieſu in myſtag. lib. 3. cap. 27. ſect. 2. plura habet, ſed hæc carptim excerpſi.

12 Athanaſius cùm inueſtigat rationes cur Cantus in Eccleſiam Catholicam ſit inductus, hanc primam adfert: vt pro viribus omnique ope Deum amemus, atque veneremur. Deindè vt moneamur, quemadmodùm è varietate vocum atq; fidium grata & conſentiens oritur ſymphonia, ita omnes animi motus & actiones in dulcem harmoniam diuinȩ legis conuenire oportere, nec debere quemquam eſſe diſſonum ſibi, atq; à ſe diſſidere. Sed Dionyſius Areopagita adiungit, Templorum cantu, animales habitus vt futiliter geſtientes, & rationi contrarios aptè & cõcinnè componere. Doctiſſimus Pater Chryſoſtomus tria quatuorue lucra memorat, quæ ex pio Cantu oriuntur. I. Animam expurgare. II. Cogitationem in altum extollere. III. Dogmata vera, præcipuaque diſcere, & de præſentibus ac futuris philoſophari. Pergo aliud emolumentum adiungere ex S. Ambroſio, qui animaduertit, Cantu pio & expelli malum ſpiri-

Digitized by Google

ſpiritum,bonum verò atque diuinum euocari. Neque verò contemnendum & illud eſt,quòd rerum diuinarum concentus mœrentem animum, & communium velut miſeriarum vndis fluctibuſque oppreſſum,iucunda quadam lætitia perfundere & recreare ſolet. Itaque Alexandrinus Clemens aſserit,pſalmorum Cantum,& ſalutare melos,eſſe veluti quendam rithmum ad pugnam videlicet ineundam accommodatum: & Iuſtinus Martyr ait,efficere ſtrenuos bellatores. *Ita Creſolius. Vide Mendoz. to. 2. fol. 195.*

13 *Ob id refert P. Ioannes Bollandus è Soc. Ieſu in actis Sanctorum 17. Ianuarij pag. 122. S. Antonium ſpiritum fornicationis pia pſalmodia depuliſſe.* Et ſtatim,*inquit*,ad vocem cantantis,phantaſma quod videbatur euanuit. *Idemque Antonius (vt idem narrat pag. 129.) dicere ſolitus erat:* Quoties minitantes *dæmones* vt milites armati ſcorpionibus,equis,belluis,& varijs ſerpentibus circumdederunt me, & domum in qua eram repleuerunt; cùm ego è contra pſallerem, ſtatim miſericordia Chriſti fugabantur. *Sed & Pſalmorum cantum iuuare,vt Dei Prouidentiam facilè experiamur,ex S. Marci Eremitæ vita 29. Martij,apud eundem P. Bollandum fol. 780. intelliges, vbi ſic ait*: Cùm autem veſpera facta eſſet, dixit: Frater Serapion,numquid nō tempus eſt, vt gratiarum actionem, & caritatem conſuetam faciamus? Ego autem non reſpondi ei verbum. Qui continuò ſurgens,& manum in Cælum eleuans recitauit pſalmum, *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.* Tunc conuerſus ſurſum,voce magna dixit: Præpara menſam, fili. Et ait ad me: Ingrediamur fili,& ſuſcipiamus cibum, quem Deus miſit nobis. Ego verò admiratus obſtupui,quia vſque id nihil videram in ſpelunca. Ingreſſis autem nobis, vidi menſam, & duas ſellas poſitas, & panem recentem, delicatum & candidum inſtar niuis, aut floris formoſi; & duos piſces coctos,& lagana pulcherrima,& oliuas,& dactylos, & ſalē, & poculum plenum aqua dulciſſima,ac ſuper mel ſuaui &c. *Sed hæc diuinæ Prouidentiæ blandimenta in vltima diſquiſitione videbimus. Redeo ad pſalmodiam. Et ſi petas cur nos ſtando, & non ſedendo in Choro pſallamus; pro me reſpondet*

P. Iacobus Aluarez è Soc. Ieſu to. 2. lib. 9. p. 5. ſect. 1. cap. 5. §. ſitus.

14 Spiritui Eccleſiæ id conformius eſt.

Et P. Henricus Sommalius è Societ. Ieſu in Operib. Thomæ à Kempis ab ſe editis lib. 5. de diſciplina clauſtral. cap. 5.

15 Ibi eſt Operatio bona & perfecta,cùm corpore ſtamus, & ore cantamus. *Vide ex eadem Societate Iacobum Sirmond.* in not. ad Ennod. *Serar.* in 1. Reg. 1. & in cap. 3. Iudic. *Suarium* to. 2. de Relig. tr. 4. cap. 7. n. 2. *Pinedam* de rebus Salom. lib. 5. cap. 5. pag. 360. *Et Theophilum Raynaudum* in Acathiſto §. 8. *ubi ait:* Per tempus quo pſalmi concinuntur, inualuit vſus ſeden-

ſedendi ſuffragante Lorino in pſalmorum procemio, qui cõflixit cum Caracciolo, certante pro alio paucorum (*ſcilicet Clericorum Regularium*) vſu. *Sed reuera cui aſſentiendum? Patri ne Ioanni Lorino, qui ſeſſionem in Choro docet atque ſuadet, Theatinorum Patrum morem impugnans, an P. D. Antonio Caracciolo, qui Theatinum ſtandi in Odeo ritum multis rationibus & Sanctorum Patrum teſtimonijs probat?*

P. Theophilus Raynaudus è Soc. Ieſu lo. cit.

16 Hoc non eget longa probatione----Si ergo is qui orat, agit cum Deo, & illum affatur, perſpicuum eſt (non tàm benè) congruere, vt in eo opere ſedeat. Nàm ruſticitatis notatur, qui virum honoratum affatur ſedens. Et vrbanus quiſque ad viri honorati occurſum aſsurgit, nec ſuſtinet cum eo ex ſella diſſerere. Quantò magis ea obſeruantia decet illum, qui Deum affatur? Succedit præſentia Angelorum, qui precantibus comprecantur. Vndè S. Bernardus *ſer. 7. in cant.* increpans quoſdam è ſuis in Dei opere (quod eſt oratio) negligentibus, vrget præter cetera præſentiam Angelorum: Attendite, inquit, Principes veſtros, cùm ſtatis ad orandum, vel pſallendum: & ſtate cum reuerentia & diſciplina: & gloriamini, quia Angeli veſtri quotidiè vident faciem Patris. *Ita P. Raynaudus.*

---

1 *Cantus primitiua Eccleſiæ modico flexu vocis pronuntianti Pſalmos quã canenti vicinior erat. Renouauerunt hunc Cantum Clerici Regulares.* Barth. Gauantus C.R.S. Pauli in Rubr. Breu. ſect. 5. cap. 8. num. 14.

DISQVISITIO SEXTA.

Simplex cantio, qua nos Theatini vtimur in Odeo, num Societatis Patribus eſt in vſu? Scilicet, in Eccleſijs, cùm aliquando pſallunt, an ipſi Theatinum morem ſectantur?

P. Franciſcus Sacchinus è Soc. Ieſu in hiſt. par. 2. lib. 2. n. 84. fol. 55.

2 ROmæ, quæ ad Chorum neceſſaria erant paratis (anno 1558.) III. Kalendas Octobris, luce S. Michaeli ſacra, initium fit cantandi. Dùm diſputabatur, quo modorum genere vtendum eſſet, ipſemet Pontifex, quod anteà innuerat, fore ſibi gratum ſignificauit, ſi ABSQ; VARIETATE VOCVM MVSICOQVE CONCENTV, PIE DISTINCTEQVE PRONVNTIANTIBVS, QVAM CANENTIBVS PROPIORES, SIMILITER AC THEATINI, ſimplicem &

aptum ad intelligentiam ac motum populi, Cantum inirent: taliſque eſt initus. *Ità P. Sacchinus, qui dicere etiam potuiſſet, quòd tunc Societatis Patres ſimplici eo vocis tono cecinerint, ſimiliter ac* Primitiua Eccleſia; quæ (*ex S. Iſidoro de Eccl. Offic. lib. 5. cap. 5.*) ita pſallabat, vt modico flexu vocis faceret pſallentem reſonare, ita vt pronuntianti vicinior eſset quàm canenti. *Et de Alexandrino Patriarcho, lib. 10. confeſſ. cap. 33. ita ſcribit S. Auguſtinus:* Tutius mihi videtur, quod de Alexandrino Epiſcopo Athanaſio ſæpe mihi dictum commemini; qui tàm modico flexu vocis faciebat ſonare lectorem, vt pronuntianti ſimilior eſſet quàm canenti. *Verèque inuenies varios canẽdi modos tunc demum introductos fuiſſe;* Cùm iam (*ex Nicephoro lib. 9. cap. 16.*) per tria à Chriſto nato ſecula, Simplex Cantus, ſeù potiùs Recitatio, nullo modulationis fuco permixta, Chriſti populos nutriuiſset. *Quocircà, vt à P. Ioanne Bollando ex Societate Ieſu habes, in actis Sanctorum Ianuarij fol. 43. S. Fulgentius, Ruſpenſis Epiſcopus*, ſummam diligentiam præbuit, ne quis Clericus ambitioſis veſtibus ornaretur, ac negotijs ſecularibus occupatus ab Officio Eccleſiaſtico diutiùs vageretur; iubens omnes non longè ab Eccleſia domos habere, manibus proprijs hortum colere, pſallendique ſuauiter aut pronuntiandi curam maximam gerere. *Hunc verò cantãdi modum, quomodò Societas ipſa non una ſanctione ritè firmauerit, oſtendamus.*

S. Ignatius in conſtitutionum Societatis Ieſu par. 6. cap. 3. lit. B.

3 Ordinariè Dominicis & feſtis diebus (*Veſpertinum Officium dici permittitur*) ſine Cantu figurato vel firmo, vt vocant, ſed tono quodam deuoto, ſuaui, & ſimplici: & id in hunc finem, & quatenùs iudicaretur, quòd populus ad magis frequentandas Confeſſiones, Conciones, & Lectiones moueretur, & non aliter. Eodem tono Officium, quod tenebrarũ dici ſolet, cum ſuis cærimonijs, in Hebdomada ſancta fieri poſſet.

Et I. Congregatio Soc. Ieſu Decr. XL. in M.S. Tit. 2. d. 26.

4 Cùm dicatur in Conſtitutionibus eodem capite de Cantu Veſperarum, quòd ne Gregorianus quidem eſſe debeat; an id immutari oporteat nec ne, licèt aliquo in loco diſpenſetur, vt cum cantu prædicto vel alio dicantur, cùm expedire iudicabitur, vt hactenus Romæ factum eſt. Reſponſum eſt, Conſtitutiones obſeruandas eſſe in hac parte, nec per Conſtitutionem nouam ab illis quid diuerſum ſtatuendum eſſe.

Et III. Congregatio in Decreto XXXVI. M.S. 58.

5 Cantus in Eccleſijs Societatis inductus talis ſit deinceps, qualem Decl. III. cap. 6. P. §. 4. B. præſcribit: nempè deuotus, ſuauis, & ſimplex, non figuratus vel firmus &c.

Et Regula Præfecti Eccleſiæ num. 28.

6 Officia Hebdomadæ ſanctæ, & Veſperæ (ſi hæ dicentur) fiant tono ſimplici, more Societatis, ſine cantu etiam firmo, niſi vbi Generalis

Præ-

Digitized by Google

Præpoſitus diſpenſauerit. Id autem, quod de Veſperis dictum eſt, de Benedictione candelarum, & ramorum intelligatur. *Hæc ibi. Cur verò ipſi aliquando canant, ac Deum in Odeo ſimiliter laudent, inſtitutæque pſalmodiæ cauſas quas ſuperiùs indicauimus, nunc iterum à diſertiſſimo Viro uis uberiùs atque prolixiùs explicari?*

P. Matthias Fabrus è Soc. Ieſu in Opere Conc. tripart. in parte æſtiuali conc. 8. Dom. XIII. poſt Pent. fol. 1049.

7 Primo *(inquit)* vt toti & modis omnibus, quibus poſſumus, Deũ laudemus. Cùm enim conſtemus ſpiritu & corpore, (vt S. Damaſcenus ait *l. 4. de fide orthod. c. 5.*) decet adorare & laudare Deum non tantùm affectibus, ſed verbis etiam ac vocibus, vt corpus & ſpiritus, ſiue vt Dauid ait *Pſalm.* 83. *Cor & caro noſtra exultent in Deum uiuum*. Et licet nobis ora centum, linguæ totidem & ferrea vox eſſent, non poſsemus ſatis laudare Deum. Vndè *Eccleſ.* 43. dicitur: *Qui benedicitis Dominum, exaltate illum, quãtum poteſtis, maior enim eſt omni laude.* Pulchra igitur hæc harmonia eſt, cùm ore ſimul & mente Dei laudes canimus; ſicut Apoſtolus 1. *Corint.* 14. ait: *Pſallam ſpiritu* (voce) *pſallam & mente*. Multò magis adhuc requiritur conſonantia morum, vt ſine peccato canamus; iuxtà id S. Auguſtini ad *Pſal.* 148. *Cùm laudatis Deum*, inquit, *toti laudate: cãtet uox, cantet uita, cantẽt facta*; quo modo ſcilicet debet cantus tactui ſeù menſuræ congruere. Alioquì tuum ipſius cantum deſtruis raucedine peccati, vt habet Origenes *homil. 6. in lib. Iud.* ac ſicut luſcinia fruſtrà canit, cùm ei coruus crocitans obſtrepit: ita & qui cum peccato adeòque obſtrepente ſibi conſcientia canit. De tali enim Cantore dixit Deus Amos 6. *Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam.* q. d. Cantus tuus non niſi tumultus eſt & ſtrepitus in auribus meis: non delector cantu lyræ vel lyripipij, &c. Obſtrepunt etiam cantui ſacro, qui ſub illo profana cogitant, & deſiderant, vti coruus crocitans cadauer. Denique cantus noſter eſse debet, qualis eſt cicadæ, quæ, cùm ore caret, pectore canit: *Vnum hoc ex ijs, quæ uiuunt*, inquit Plinius lib. 11. cap. 26. *ſine ore eſt. Pro eo quiddam aculeatum, linguis ſimile & hoc in pectore, quo rorem lambunt. Pectus ipſum fiſtuloſum; hoc canunt.* Pectore igitur canere, non ſolo ore debemus, eoque cœleſtem rorem excipere. Et ſi ore quis cantare neſcit, pectore ſaltem canat. Sic clamabat & cantabat Moyſes ad Dominum, tametſi vox eius non audiebatur, *Exod.* 14. dicente Domino: *Quid clamas ad me?* Sic orabat Anna, cuius labia quidem mouebantur, vox verò non audiebatur, 1. *Reg.* 1.

8 Secundò, Vt reddamus orationem Deo gratiorem, eique viam ad cor noſtrum præparemus; tum quia hilarem datorem diligit Deus, cantus autem hilaritatem orationis & laudis diuinæ indicat; tùm quia

qui cantat, vt dicit quidam, *bis orat*, quamobrem & mēdici, qui præ foribus noſtris cantant, plus impetrant communiter, quàm qui nuda voce mendicant. Itaque tali laude & oratione, quæ hymno exornatur, Deus quoq; citiùs placabitur. Vndè dixit S. Gregorius *homil. 1. in Ezech. Cùm uox Pſalmodiæ per intentionem cordis agitur omnipotenti Deo, iter ad cor præparatur*, iuxtà *pſal. 49. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei*. Et Pſalm. 67. *Cantate Deo, pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui aſcēdit ſuper occaſum*. q. d. per pſalmum diſponitur homo ad excipiendum Deū in cor ſuum. Sanè Eliſæus iuſſit ſibi adduci pſalten ad excipiendum ſpiritum prophetiæ, & tunc *facta eſt ſuper eum manus Domini*, 4. *Reg.* 3. per cantum enim illuminatur animus à Deo, liquefit ad contritionem & amorē Dei. Potuit hoc cantus ſacer efficere apud homines, cur non etiam apud Deum? Abbas Floriacenſis, nomine Thodulphus, cùm ob ſuſpicionem coniurationis in Ludouicum Imperatorem in carcerem coniectus eſſet, obſeruabat Imperatoris tranſitum, & tùm per feneſtram carceris canere cœpit hymnum illum, quem in carcere compoſuerat, & Eccleſia in die Palmarum canit: *Gloria laus & honor tibi ſit Rex Chriſte redemptor*. Qui cantus adeò placuit Imperatori, vt mox educi eum è carcere iuſſerit & Epiſcopum Aurelianenſem fecerit. Baronius anno 835.

9 De Imperatore Theodoſio ſcribit Sozomenus *l. 7. c.* 23. cùm is in Antiochenos vehementem iram concepiſſet: Flauianum Epiſcopum ſtipatum aliquot elegantibus pueris, quos accuratè docuerat cantionem quandam lamentabilem, ipſum adijſſe. Mox Flauianus inuitatus ad prandium ab Imperatore, cauſam ſuſcepti itineris exponit, & pro Antiochenis veniam humiliter precatur: ſed Imperator tetrico vultu, de hoc ne cogitandum quidem ait, manere in Antiochenos ſententiam. Quare vt ſaltem pueros ſuos cantantes audire dignetur orat, moxque impetrat. Qui cùm lugubrem & ſumma arte præparatum cantum voce depromerent, totus immutatur Imperator & lacrymas vix continens, accepta patera Epiſcopo ait: *Ecce Antiochenis propino in ſignum beneuolentiæ, pacis, & gratiæ*. Quòd ſi igitur ex animo & deuotè cantus Eccleſiaſticus orationi iungatur, nō dubium quin Deū quoque, pronum ad miſericordiam, efficaciùs emolliat, (vt ſic loquar) quàm ſola & nuda oratio.

10 Tertiò, vt mentem ad Deum faciliùs eleuemus, & triſtitiam pellamus. Vndè Iſidorus *l. 2. de offic.* ait cantum Eccleſiaſticum introductum, vt maior in eo eſſet ad Deum attentio, ſolemnitas, & reuerentia diuinæ laudis: & vt excitet animos fidelium in ſinceriorem deuotionem & pium affectum. *Et lib. 3. de ſummo bono cap. 7.* ait: *Quamuis dura ſint carnalium corda, ſtatim vt pſalmi dulcedo inſonuerit, ad affectum pietatis animum eorum inflectit.* Et S. Auguſtinus *l. 10. Confeſſ. cap. 33.* ait approbare ſe in Eccleſia cantandi conſuetudinem, vt per oblectamenta aurium infirmior animus ad affe-

ctum

Digitized by Google

ctum pietatis aſſurgat. Et *l.9.cap.6.*ait: *Quantum fleui in hymnis & canticis tuis ſuaueſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter? voces illæ influebant auribus meis & eliquabatur ueritas tua in cor meum, & ex ea æſtuabat inde affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & bene mihi erat cum eis.* Facit etiam ad tædium in oratione depellendum. Remiges canere ſolent teſte Cælio Rhodig. *l.9.cap.*10. ad remigandi laborem temperandum. Similiter & qui arãt ruſtici, vt ſeſe ad laborem excitent; facit igitur idipſum Eccleſia. Vndè chori alternatim canunt, vt ſe mutuò ad Dei laudem exhortentur: iuxtà quod exponit Haymo id Apoſtoli ad *Epheſ.* 5. *Loquentes uobiſmetipſis in hymnis*, &c. Ob hanc cauſam 1. *Eſd.*3. inter Hebræos Babylone redeuntes fuerunt cantores & cantatrices ducenti, ad itineris moleſtiam ſubleuandam & reducum captiuorum animos exhilarandos. Quin & philomela, vt ſcribit S. Ambroſius in Hexam. longæ noctis laborem cantus ſui ſuauitate ſubleuat. Sic Dauid cùm adhuc paſtor eſſet in ſolitudine, paruo pſalterio, laudes diuinas decantans, melancholiam pellebat, vt notat S. Hilarius in principio expoſit. pſalmor. Igitur vt etiam nos exilij noſtri mœrorem ſubindè temperaremus, Eccleſia inſtituit cantum ſacrum.

11 Quartò, vt triumphantem Eccleſiam, modo quo poſsumus, imitemur & repræſentemus. Quare S. Hieronymus in *pſalm.* 115. ait: *Sicut martyres laudant Dominum in regione viuorum: ita monachi, qui die ac nocte pſallunt Domino debent habere eandem pietatem Martyrum, ſiquidem ipſi martyres ſunt.* Hæc Hieron. ſanctus verò Bernardus ſuper Cantica ſcribit. *Nihil in terris ita propriè rrpræſentat cæleſtis habitationis ſtatum, ſicut alacritas Deũ laudantium.* Etenim Iſaias c.6. vidit Angelos cantãtes, qui *clamabant alter ad alterum, ſanctus, ſanctus, ſanctus*, &c. cantu videlicet reciproco; qualis S. Ignatius martyr, tertius poſt S. Petrum Antiochiæ Epiſcopus, aliquando ad vitam beatorum raptus audiuit Deum laudari; qui poſteà eandem inſtituit in Eccleſia Antiochena canendi formulam, teſte Socrate *l.6.hiſt.*8. Similiter & S. Ioannes *Apoc.* 5. vidit ſanctos in cœlo habentes cytharas qui cantabant canticum nouum. Vt igitur indicemus nos eorum conciues eſse, eoſdem imitamur: & hic eorum cantica quaſi in ſchola addiſcimus, vti bis ſciamus; quo modo futuræ moniales priùs docentur cantum, quàm religionem ingrediantur, vt in religione ſciant, quod tota vita exerceant. Vndè in hymno Angelico ſub Miſsa canimus: *Cum quibus & noſtras uoces ut admitti iubeas deprecamur*, &c. Cantare igitur in Eccleſia eſt officium Angelorum; & propterea non erubuere etiam viri Principes cantu Eccleſiaſtico Deum venerari. Theodoſius iunior Imperator primo diluculo cum ſororibus ſuis hymnos decantare ſolitus erat, vt refert Socrates *l.7. cap.* 22. Robertus Francorum Rex, feſtis diebus in monaſterijs commorari ſolebat, choro aſſiſtere & cum monachis cantare, vt refert Martinus in Chron. anno 951. Honori ſibi

ri ſibi ducebant Imperatores iſti, quòd ſanctos in Cœlo imitari, ſeque ipſis iungere & Deum ſuum laudare poſſent. Porrò ſicut in cantu plures licet & diuerſę voces ſint, aliæ alijs ſemper altiores, omnes tamen optimè conſonant, eandemque menſuram obſeruant; ita & inter beatos etſi varij ſunt gradus meritorum & præmiorum, omnes tamen Deum ſumma vnanimitate ſine inuidia pro ſuo quiſque modulo laudant. Et vt varietas illa vocum, cantum reddit ſuauiorem: ita varietas meritorum in Cœlo Dei laudem. Quà in re cantus ille nos monet, vt quemadmodùm canendo in Eccleſia concordamus, ſic etiam mutuò nos diligendo in vnum cõſpiremus; etſi ingenia, officia & ſtatus valdè ſint diuerſi. Voces, fides & fiſtulæ temperantur vt conſonent: ſic temperare quilibet & mortificare paſſiones ſuas debet, vt in Eccleſia muſicam charitatis Deo & Angelis exhibere poſſit.

12 Quintò, vt beneficia diuina debita cum laude & lætitia decantemus. Patet enim ex ſacra Scriptura, celebriora Dei beneficia cum cantu & inſtrumentis muſicis ſolemniter decantata fuiſſe. Sic Maria poſt trãſitum maris rubri & demerſum Pharaonem: ſic Debora, poſt proſtratum Siſaram: ſic Iudith poſt deuictum Holofernem: Zacharias, B. Virgo, Simeon beneficia Dei hymnis decantarunt. Nos igitur Chriſtiani quia prę omnibus nationibus maxima & frequentiſſima accepimus Dei beneficia, ideò iure merito ea cantu quotidiano & perpetuo celebramus. Peculiariter religioſi & Canonici ſepties in die laudem Deo dicunt, veluti à laude, quæ ſepties id die canere perhibentur; vndè Ægyptij diuinam laudẽ deſignabant per alaudæ caput ſepties in tabula depictum: vt ſcribit Ioãnes Steph. Durant. de ritibus Eccleſiæ *l.3.c.3.& 5.* Dauid etiam de ſe ait: *Pſal* 118. *Septies in die laudem dixi tibi.* de quo S. Ambroſ. l. 3. de virginibus ait: *Si Propheta dicit: Septies in die laudem dixi tibi, qui regni erat neceſſitatibus occupatus, quid nos facere oportet qui legimus: Vigilate & orate ne intretis in tẽtationem? Certè ſolemnes orationes cum gratiarum actione ſunt deferendæ, cùm à ſomno ſurgimus, cùm prodimus, cùm cibum paramus ſumere, cùm ſumpſerimus, & hora incenſi, cùm denique cubitum imus; ſed etiam in ipſo cubili,* &c. Hæc ille. Sanè antiqui Chriſtiani etiam partem noctis orationi & pſalmis tribuebãt. De illis enim ſcribit Plinius Secundus *l.10.ep.97.* ad Traianum Imp. eos ſolitos ſtato die ante lucem conuenire carmenque ſecum Chriſto dicere inuicem, hoc eſt, in choros diſcretos: Et hinc cantatur Matutinum in memoriam tùm Natiuitatis Chriſti, qui media nocte natus: tùm captiuitatis, qui ſub noctem captus & ingentes ſuſtinuit cruciatus: tùm reſurrectionis eiuſdem, propter quam peculiariter inſtitutæ ſunt laudes. Prima in memoriam deductionis Chriſti, ad Iudices, & accuſationis. Tertia in memoriam cõdemnationis Chriſti, flagellationis & coronationis. Sexta in memoriam Crucifixionis eius. Nona in memoriam expirationis Chriſti. Veſperæ

ſperæ in memoriam depoſitionis de Cruce. Completorium in memoriam Dominicæ Sepulturæ.

13 Sextò, vt Eccleſiam Catholicam etiam hoc decore ornemus. Si enim Salomon ad ornatum templi & ſacrificiorum ſuorum tot tamque varios inſtituit Cantores Inſtrumentiſtas: quantò magis id pertinet ad Eccleſiæ noſtræ decorem? Et ſi Regiæ domus & aulæ Principum decorãtur Muſicis, cur non item Baſilica & Regia Dei Templum? Decet autem cantus Eccleſiam noſtram ſingulariter, quia in ea Chriſtum in altari præſentem habemus. Si Apes Regum ſuum ſonitu circumdant & bombos ac cantum ei cient, teſte Ariſtotele *lib. 10. de animal.* quantò æquiùs nos Deo & regi noſtro carmina accinimus? Quòd ſi coram Arca Dauid ipſemet luſit in omnibus lignis fabrefactis: quantò rectiùs id facimus nos, præſertim coram S. Euchariſtia? Confundit haud dubiè hic Eccleſiæ decor hæreticos: ſicut cantus & laus Dauidis coram arca, vxorem Michol: Sicut cantus ſacer Publiæ & ſociarum virginum Iulianum Imperatorem Apoſtatam, vt narrat Euſebius *lib. 6. hiſtor. tripart. cap. 36.* quæ tantò magis eo prætereunte pſallebant, quò magis ille id vetabat: præſertim verſus illos: *Simulachra gẽtium, argẽtum & aurum, opera manum hominum.* Et: *Exurgat Deus & diſſipentur omnes inimici eius.* De Valente Imp. Ariano refert Baron. in Annal. anno D. 370. quòd cùm is Cæſareæ Cappodociæ Eccleſiam, cui S. Baſilius præerat, vexaturus ingrederetur, ob populi multitudinem, ordinem & diuinam pſalmodiam & Baſilij venerandam præſẽtiam obſtupefactus ſit, ita vt cor eius prorſus emolliretur, & ipſe perſecutionem remitteret.

14 Septimò, vt hac quaſi ſancta eſca populus alliciatur ad diuinorum officiorum & Eccleſiæ frequentationem. Quia enim ſenſibus maximè trahimur: eſcam nobis proportionatam Eccleſia propoſuit, qua alliceremur ad frequentanda diuina officia. Sanè ad profanam Muſicam, ad fidicines & tibicines multi longam viam currunt: & cur non potiùs ad ſacram Muſicam venire deberemus? Verùm heu diabolus longè plures habet auditores, quàm Chriſtus, qui tibicines & profanos cantores, vtpotè indignos qui audiantur, eiecit è domo. Nimirum vti Iſraelitæ faſtidiebant manna ideò tantùm, quia quotidianum erat & abundans: cæpe contrà & allia Ægypti deſiderabant: ita quia iſtis ſæcularibus hominibus ſtomachus eſt deſtructus, non ſapit niſi tibia & lyra, quæ vocem ad clamores & pedes ad choreas excitant. Qui muſicæ cenſores, aſino illi ſimiles videntur, qui cantum philomelæ improbauit vtpotè intricatum & difficilem intellectu: cantum verò cuculi prætulit, velut planum & intelligibilem. Sed quid de his ſcriptum eſt? *Eſa. 5. Cithara & lyra & tympanum & tibia & vinum in conuiuijs veſtris & opus Domini non reſpicitis. &c. Propterea dilatauit infernus animam ſuam & aperuit os ſuum abſque vllo termino, & deſcendent fortes eius & populus eius ſublimes glorioſiq́; eius ad eum.*

I *Mul-*

1 *Multæ ſuppetunt rationes,ob quas in Templo potiùs, quàm in priuata cellula,aut alibi orandum videtur.Et prima attingitur à Tertulliano:quòd videlicet in Templo Deus habitet peculiari modo;hoc eſt, Chriſtus Dominus in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.*Ant.Caracc.par.1.conſt.cap.8.num.3.

DISQVISITIO SEPTIMA.

Vbi nàm fructuoſiùs mente orare debemus: ſeorſim in cubiculis, num omnes ſimul in Tēplo?Cellula ne,an Templum,ardorem animi,precandi ſtudium,ac voluntatis affectum, acuent nobis & excitabunt?

P.Ludouicus Creſolius è Soc.Ieſu in Myſtag. lib.3.cap.26.

2 IN locis Deo dicatis multa ſunt,quæ ardorem animi Religioſorum, & precandi ſtudium poſſint acuere.In primis aliorum exemplum, quod plurimùm in omnem partem valet: locus ipſe clariſſimis inſignibus ornatus,& Religionibus conſecratus: Diuorum honoratæ exuuiæ: Cęrimoniæ auguſtæ:Beatorum mentium communio,& glorianda hominibus ſocietas, ipſa Dei miranda præſentia, maximè in illis venerandis Eccleſijs,vbi Euchariſtia ſeruatur.

P.Ioannes Azor è Soc.Ieſu par.1.inſtit.moral. lib.9. cap.34.

3 Vt oſtendit S.Thomas 2.2.*qu.*8.*art.*3.propter Pontificiam conſecrationem,& veram Chriſti in ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento prę-ſentiam,ſacrarum Reliquiarum,& Angelorum præſidium,& certam Dei promiſſionem credimus,qua dixit *Matth.*21.Domus mea domus orationis vocabitur.Denique ob imitationem,exemplum, & communem orationem,publica Templa multò ad orandum, & animi & voluntatis affectum excitandum,ſunt aptiora, & ad impetrandum quod petitur efficaciora,quàm alia quælibet loca priuata.

P.Franciſcus Labata è Soc.Ieſu in apparatu Concionator. to.1.V. Oratio prop.13.

4 Te decipis,& in magno errore verſaris.Nàm & ſi domi orandi facultas datur,fieri tamen non poteſt,vt domi tàm bene ores,quàm in Eccleſia, vbi tot Patres, vbi clamor felici ſocietate excitatus ad Deum refertur.Nec pariter exoras,cùm ſolus Deum obſecras, atque cum Fratribus tuis. Eſt enim in hoc plus aliquid, nempè concordia,conſpiratio,& vnio charitatis.

P. Ioan-

Digitized by Google

P. Ioannes Lorinus è Soc. Ieſu in Actor. cap. 3. ver. 1. §. ad Horam Orationis.

5 Sufficiat Chryſoſtomi teſtimonium, qui in magno errore verſari eum affirmat, qui ſe dicat æquè bene orare extra templum, atque in ipſo. *Et Ignatij ad Magneſianos adhortationẽ adducit, ita ſcribentis:* Omnes ad orandum in idem loci conuenite: ſit vna communis precatio, vna mens, vna ſpes in charitate & fide inculpata in Chriſtum Ieſum, quo nihil præſtātius eſt: omnes velut vnus quiſpiam in Templum Dei conuenite; velut ad vnum altare, ad vnum Sacerdotem, ſummum Dei ingeniti Ieſum Chriſtum.

P. Iacobus Aluarez è Soc. Ieſu to. 3. de inquiſ. pacis lib. 2. p. 2. c. 1.

6 Multi ex Religioſis, & quidem ſapienter, & cum magno fructu animarum ſuarum, ſolent ante auroram, aut paulò poſt, ac veſperi poſt occaſum Solis, cellas proprias relinquere, & ad Templum vt mentaliter orent accurrere: quia tunc Templum non minùs quietum eſt, quàm cella: & propter realem præſentiam Domini in Sacramento Euchariſtiæ exiſtentis, & propter Sanctorum Reliquias & Imagines, & propterea quòd ad orandum deputatur, dignius eſt & ſacratius, vt in eo quæuis Oratio deferatur. Aduerſarij quoque noſtri multò magis Templum, quã cellam reformidant, adeòque orantes in eo minùs inquietant. *Tùm Saluatoris exemplum afferens, ait:* Chriſtus cùm eſſet annorum duodecim cum parentibus, orationis & adorationis gratia, aſcendit in Templum: ac poſteà ſæpiſſimè ex eadem cauſa ad Templum accurrit: & bis ementes & vendentes in Templo, tanquam orationes aliorum turbantes, eiecit. Et Anna Prophetiſſa, filia Phanuel, per totum tempus viduitatis ſuæ non diſcedebat de Templo; ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens nocte & die. Et Petrus & Ioannes ad orandum aſcenderunt in Templum.

P. Ioannes Buſæus è Soc. Ieſu in Viridario Chriſt. Virt. V. Oratio cap. 6.

7 Dices: Chriſtus apud Matthæum iuſſit nos ingredi cubiculũ dùm orandum eſt, & claudere oſtium? Reſpondeo, quòd nõ iubet re vera nos ingredi cubiculum, ſed tantùm vanam hominum laudem fugere. *Imò per* cubicula *Templi Capellas intelligi, quò ad orandum fideles ex naui ſe recipere ſoliti erant, vbi populus frequentiſſimè aderat, Antonius Caracciolus ne dùm ex S. Paulino, & Cardinali Baronio, ſed ex P. Lorino Societatis Theologo in Actor.* 10. *num. 9. etiam probat. At S. Franciſcus Xauerius vbi nàm libentiùs, in Templo, an in ſuo cubiculo orabat?*

P. Horatius Torſellinus è Soc. Ieſu in vita S. Franc. lib. 6. cap. 5.

8 Haud dubius quin Deus in ſacris locis, vbi ſanctiùs colitur, beni-

gniùs audiret orantes, quotieſcunque copia erat, haud paulò libentiùs in ſacris orabat ædibus. Itaque vbicunque res ferret, cubiculum ſibi quęrebat proximum Templo, eò ſe de nocte clam, ſupplicandi cauſa, receptūrus. *Vide P. Suarium to.3. de Relig. lib.3. cap.7. P. Ludouicum Pontanum in prolog. ad medit. P. Alphonſum Roder. à Caracciolo citatum, ac paſſim alios.*

---

1 *Ieiunia ab Eccleſia indicta accuratè cuſtodiamus. Addimus Ieiunium Aduentus Domini: & ob præcipuam reuerentiam erga Saluatoris noſtri ſacratiſſimã Paſſionem, ieiunium ſextæ cuiuſque feriæ.—Ieiunamus prætereà in Vigilia Epiphaniæ, Aſcensionis, Pentecoſtes, & ſanctiſſimi Corporis Chriſti: in Vigilia Exaltationis S. Crucis, quòd ea die noſtra Congregatio ſumpſerit initium: in Vigilia Natiuitatis & Purificationis ſanctiſſimæ Virginis: in ſecunda & tertia feria ante Cineres. Quarta quaque feria, quia tùm Dominus à Iuda proditus eſſe perhibetur à carnibus abſtinemus.* Conſt. Cler. Regg. par.2. cap.3.

DISQVISITIO OCTAVA.

Cur præſcriptum noſtro Ordini Ieiunium in Chriſti Domini Aduentu? Cur vt quarta ſemper abſtineamus à carnibus, & ſexta feria ieiunemus?

Card. Robertus Bellarminus è Soc. Ieſu in controu. to.4. lib.2. cap.20.

2 ADuentum Domini ieiunio celebrari conſueuiſſe in Romana Eccleſia perſpicuum eſt: tùm ex Innocentio III. *Cap. Conſiliũ de obſeruatione ieiuniorum:* tùm ex ipſo ritu Romani Breuiarij, in quo preces illæ ad ſingulas Horas ponuntur legendæ in ferijs Aduentus, quæ propriæ ſunt eorum dierum, qui ieiunantur. *Nũc quartæ & ſextæ feriæ abſtinentiæ à carnibus, atque ieiunij cauſam proli xiùs audiamus.*

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in reg. comm.5. num.4.

3 Paſſionis Chriſti memoria cauſa fuit huius ſanctæ inſtitutionis, per quam & animus gratus erga Redemptorem oſtenditur, & amor excitatur diuinus: & quodammodò Paſſionis meritum Ieiunantibus applicatur. Docent nos id ex Græcis *lib.5. conſt. cap.14.* Clemens Romanus: *Quarta verò & ſexta feria iuſſit nos ieiunare: illa quidem propter proditionem, hac verò propter paſſionem.* Abbas Apollo apud Palladium *hiſt. Lauſ. cap.52.* & refertur à Gratiano inter decreta (*de conſecr. d.3. c. ieiunia:*) *Catholica & generalia ieiunia non licet ſoluere ſine ingenti neceſſitate. In quarta enim feria traditur Saluator, & in Paraſceue crucifigitur: qui ergo ea ſoluit, Saluatorem*

vnà

Digitized by Google

vnà tradit & crucifigit. E Latinis S. Auguſtinus *ep. 86. ad Caſulanum* clariſſimè: *Cur autem quarta & ſexta maximè ieiunet Eccleſia; illa ratio redditur, quòd conſiderato Euangelio, ipſa quarta Sabbati, quam vulgò quartam feriam vocant, concilium reperiuntur ad occidendum Dominum feciſſe Iudæi: intermiſſo autẽ vno die, cuius veſpera Dominus Paſcha cum diſcipulis manducauit, qui finis eſt eius diei, quem vocamus quintam Sabbati: deindè traditus eſt ea nocte, quæ iam ad ſextam Sabbati, qui dies Paſſionis eius eſt manifeſtus, pertinebat.* Et paulò poſt: *Paſſus eſt Dominus, quod nullus ambigit, ſexta Sabbati: quapropter ea ipſa ſexta rectè ieiunio deputatur: ieiunia quippè humilitatem ſignificant; vndè pſal. 34. 13. dictum eſt: In ieiunio humiliabam animam meam.* Innocentius Papa 1. *ep. 1. ad Decent. cap. 4. At ſi ſexta feria propter Paſſionem Domini ieiunamus; Sabbatum prætermittere non debemus, quod inter triſtitiam & lætitiam temporis illius videtur incluſum.* Ex his ceteri recentiores. Neque verò contemnenda eſt alia cauſa, quæ referri poteſt eòdem, à Nicolao primo ſignificata, cùm ait, *Mæſtitiam quoque Apoſtolorum recoli.* Quaſi verò coniungamus, cũ Apoſtolorum mœrore ac dolore, noſtras afflictiones ac mœrorem; & vnà Paſſionem Chriſti, Saluatori compatientes, defleamus.------Primùm inuitamentum eſt, exemplum veterum Religioſorum, qui feria ſexta ieiunabant. De Monachis inſtitutis à B. Pachomio in Ægypto, *præf. in Reg. B. Pach.* Hieronymus: *Bis in hebdomada die quarta & ſexta Sabbati ab omnibus ieiunatur, excepto Pentecoſte.* Palladius idem facere Monachos Abbatis Apollo, ſignificat loco ſupra citato. In Regula S. Benedicti *cap. 41.* ſcriptum eſt: *A ſancto Paſcha vſque Pentecoſten ad ſextam reficiant Fratres, & ad ſeram cœnent: à Pentecoſte autem tota æſtate, ſi labores agrorum non habent Monachi, aut nimietas æſtatis non perturbat, quarta & ſexta feria ieiunent vſq; ad nonam.* Secundum (*& tertium*) inuitamentum ſit exemplum recẽtium Religioſorum------Monachis Fontis-Auellanæ B. Petrus Damiani auctor fuit id faciendi. *Sed & ſextam omni tempore feriam,* ſcribit auctor vitæ cap. 13. *præter paſchales, & alios dies ſolemnes ſub eadem iàm diſciplinæ, quàm abſtinentiæ norma, ob reuerentiam Crucis, illis obſeruandam adhibuit.* Idem in Monaſterium Caſinenſe conſuetudinem eandem introduxit ex eodem Scriptore: *Denique omnis illius exhortatio adeò cooperante Dominò fructificaſſe dignoſcitur, vt inſigne illud Caſini Montis Cœnobium tanto eam feruore ſumpſiſſet, quo præfata omnia inter regularia mandata conſeruanda ſtatuiſſet.* Qui in recentiſſimis conſtitutionibus habent hoc decretum: *Noſtræ Congregationis Monachi & Commiſſi ieiunent per totum annum omnibus diebus Veneris, ob reuerentiam eius diei, in quo Redemptor paſſus eſt.* Camaldulenſes ieiunare feria ſexta toto anno ſcribit Andreas Magnoſius *lib. 1. de Erem. Camald.* Et habetur in eorum conſtitutionibus *lib. 1. cap. 41.* Cartuſianenſes in nouis ſtatutis *par. 2. cap. 10. num. 1.* liberam relinquentes abſtinentiam feriæ ſecundæ & quartæ, obligant ſuos feria ſexta ad abſtinentiam, quæ eſt co-

meſtio pànis cum ſale & aquæ potu. Præmonſtratẽſes (*ex Seruatio in Opt. ſpec.15.§.unico quinto*) feriæ ſextæ ieiunium inter ſubſtantialia computant. S.Franciſcus cùm multa alia ieiunia præſcribit ſuis in regula *cap.3.* tùm verò, *Vt feria VI. ieiunare teneātur.* Quod vim pręcepti obtinere, ex vi verbi colligit, & definit Clemens V. in eiuſdem Regulæ declaratione. Prædicatorum Ordo eandem habet legem *conſt.d.1.c.4.§.1.2. Vt etiam tempore Paſchali ſextis ferijs ieiunetur: vt eo die fratres quadrageſimali cibo veſcantur: ut non omittatur ieiunium hoc ab iter agentibus tàm intùs quàm extra. Declaratur item ieiunium ſextæ feriæ ſtrictioris eſſe iuris, quàm vigiliæ B.Dominici: ſi feſtum de præcepto ceciderit in ſextam feriam, poſſit Superior diſpenſare vt ouis & lacte veſcantur, non vt bis reficiantur.* Denique declarant, eos qui ſextis ferijs nolunt abſtinere, & nulla obtenta facultate ieiunium ſoluunt ex gula cum animo perſeuerandi, *Non excuſari à damnabili contemptu.* Regula S.Birgittæ (*cap.9.*) quæ dicitur à Chriſto dictata: *In ſextis ferijs totius anni ieiunabunt in cibis quadrageſimalibus.* Nec dubito quin reliquæ omnes religioſæ familiæ ſextam feriam, vel in ea Paſſionem Chriſti, genere aliquo ieiunij venerentur. Quartum inuitamentum ab exemplo ſumitur laicorum tàm priorum quàm poſteriorum ſeculorum, qui feria ſexta ciborum aliquã ſe affligunt abſtinentia in Paſſionis Chriſti honorem. Cùm in Eccleſiã primæua generale erat illud, ſiue præceptum, ſiue conſilium ieiunandi feria quarta & ſexta, quis non intelligit, quàm multos Laicorum vtriuſq; ſexus ea ſancta conſuetudo comprehenderet? Perſpicuè *lib.1.de off. Eccleſ.cap.42.* S.Iſidorus, *& l.de off.c.vlt. & in vita Cuthb.Epiſ.* Beda: *Præter hæc autem legitima tempora ieiuniorum, omni ſexta feria, propter Paſſionem Domini, à quibuſdam ieiunatur.* Quam conſuetudinem conuertit in legem in Hiſpania Synodus Coyacenſis anno 1050. quam refert Cardinalis Baronius ex codice peruetuſto Eccleſiæ Cordubenſis *to.11.an.*1050. Verba ſunt hæc: *Mandamus vt Chriſtiani per omnes ſextas ferias ieiunent, & hora congrua cibo reficiantur.* Theodoſius iunior Imperator (*ex Niceph. l.14.c.3.*) feriã quarta & ſexta, quot hebdomadibus ieiunio corpus domabat? B.Petrus Damiani (*ex ep.89.ad Mon.Caſ.*) in magnã Italiæ partem, *ſacram inediam*, vt loquitur Hieronymus Rubeus lib. 5. Hiſt. Rau. *& ciborum ieiunitatem die Veneris in honorem Crucis indixit; ac potiùs antiquitùs inſtitutam, & iam ferè obliteratam reuocauit.* Qua de re ſcribentem ipſum Petrum videamus: *Obſeruatio ſextæ feriæ, dilectiſſimi, cui veſtra ſancta deuotio dedicauit, & ieiunij ſalutaris inediam, & Apoſtolicorum verberum diſciplinam, quot hominum multitudines ad exemplum ſalutis attraxerit: & tanquam nouella diuinæ plantationis oliua in exuberantium germinum propagines pullulauerit, teſtes ſunt non modò monaſteria veſtra, hoc eſt, quæ ſuorum gaudent imitari veſtigia magiſtrorum, ſed & multitudines Vrbium, atque Villarum, quæ ſe communiter ingerentes atque lætantes, id ipſum plauſibiliter arripiunt inſtitutum. Adeò vt plerique, præ deuotionis*

ardo-

Digitized by Google

ardore concepto, niſi quantocyùs huius obſeruantiæ ſuſcipiant regulam, non leuem ſe reputent propriæ ſalutis perferre iacturam &c. De S. Elzeario (*apud Sur. cap. 10. 27. Septemb.*) vitæ Scriptor: *Nec contentus erat ieiunijs ab Eccleſia inſtitutis, ſed ſua ſponte ſextis ferijs, totoque Dominici Aduentus tempore, & multis alijs diebus, qui feſtos dies proximè antecedunt, ieiunauit.* S. Antoninus ex Ordine Prædicatorum, Archiepiſcopus Florentiæ, non ipſe modò ſexta feria Religionis ſuæ conſuetudinem retinens; *Sed familia quoque*, ſcribit Mainardus, *in necis Chriſti memoriam abſtinebat*. S. Carolus Cardinalis noſtris temporibus præſcripſit quoque toti familiæ ſuæ (*Ex Gloſſ. lib. 2. vitæ cap. 3.* (ieiunium ſextæ feriæ: ſeruabaturque à cunctis non inuitis. Quin etiã hoc ipſo tempore in Regno Poloniæ, & Angliæ, ſexta quoque feria ieiunatur ab omnibus Catholicis, ex antiqua conſuetudine, & in aliquot Italiæ Prouincijs religio eſt vulgo eo die lac & oua comedere.

4 Quintum inuitamentum ſumetur à miraculis, per quæ Deus ſextę feriæ ieiunium videtur comprobaſſe tempore Beati Petri Damiani per Italiam illud introducentis. Duas viſiones narrant eius vitæ ſcriptores. Prioris ſumma hæc eſt. Pridiè quam decretum de ieiunio ſextæ feriæ promulgandum eſſet in monaſterio, Leo Senex Monachus vidit in ſomnis Monachorum cœtum in albis veſtibus cantantem ſuauiſſimè, *Dulce lignum, dulces clauos*; panes item nitidiſſimos menſis appoſitos in cœnaculo, quos vir quidam venerabilis dixit eſſe panes, quibus alti ſunt in deſerto filij Iſrael, idemque menſam ab Occidente tranſtulit ad Orientem, vbi erat imago Crucifixi. Quo viſo ſignificabatur, Petro ipſo interprete, fore vt in honorem Crucis ieiunium inſtitueretur, quod veluti panis ſuauis eſſet in Triclinio Monachorum; quod Triclinium quoque eſſet Crucifixo dedicandum. Poſterioris verò hæc. Petrus Monachus aberat, cùm ieiunium hoc inſtitutum eſt: rediens feria quadam quinta, ignarus rei vidit per ſomnium ſe ad prandium à Beato Petro inuitari, & excipi conuiuam. Poſtero die veniens in capitulum, & diſciplinam noui ritus accepit, & ſic allacer factus dixit, *Ecce, Deo gratias, prandium, ad quod me Dominus Petrus Damianus vocauerat.* Narrat aliud viſum ipſe Beatus Petrus pluribus in locis, (*epiſt. 21. & 123.*). in quibus cum ieiunio Sabbati, ieiunium ſextæ feriæ commendatur. Senex Eremita Beato Petro iraſcebatur, quòd adeò Sabbati ieiunium prædicaret: cupiduſque Ieroſolymitanæ profectionis, in ſomnis raptus eſt Dominico die in illud templũ, & poſt Sanctorum ſepulchra ductus eſt ad ſepulchrum Chriſti à ſplendido quodam Clerico, qui dixit illi hæc verba: *Tu nudius tertius viuificam crucem, heſterno quoque die ſepulturam Dominicam dùm ieiunaſti, adoraſti: ex hoc remoto omni ſcrupulo dubietatis agnoſce, quia & ſexta feria crucem, & Sabbato ſepulchrum Chriſti veriſſimè celebras, & adoras, ſi prædictos dies orando, & pſallendo ieiunas.*

5 Sex-

Digitized by Google

5 Sextum inuitamentum eſt ex vtilitate, quam animæ & corpori tribuit; illi quidem ſpiritualem, huic verò corporalem. Nàm quod attinet ad priorem, hæc abſtinentia meritoria eſt, cùm ſit actus multarum virtutum à radice charitatis ſurgentium. Eſt ſiquidem actus elicitus temperãtiæ, ſed imperatus à Religione, cùm referatur in Crucis, & Paſſionis Domini honorem, ac reuerentiam, ac proindè quidam eſt actus adorationis, & cultus: quod optimè declaratum fuit Eremitæ ſeni in illa viſione ad ſepulchrum Saluatoris, quam proximè narraui, cùm illi dictum fuit, *Dum ieiunaſti adoraſti.* Deindè ſatisfactoria eſt pro peccatis, cùm ſit carnis afflictiua, & per imitationem paſſionis Redemptoris applicat abſtinenti quodammodò ſatisfactionem Chriſti, redditque participem ieiunantem Saluatoris cruciatuum, & dolorum. Hac imbuti ſpe videbantur illi populi, de quibus B. Petus Dam. *ep. 89. ad Caſin. Mon.) Adeò vt plerique piæ deuotionis ardore concepto, niſi quantocyùs huius obſeruantiæ ſuſcipiant regulam, non leuem ſe reputent propriæ ſalutis perferre iacturam: nullatenus ambigentes, quia dum die crucis per corporalem alimentorum ſe continentiam mactant, paſſione Redemptoris in veritate communicant, atque ad Dominicæ reſurrectionis gloriam ſe peruenire non inaniter credunt, dùm Chriſto in Cruce pendente, ipſi quoque ſuæ carnis illecebras per abnegatæ refectionis patibulum crucifigunt.* Clariſſimè Sãctus Bernardus *(ſer. 66. in Cant.)* de ſatisfactione: *Nàm & ego interdum abſtineo: ſed abſtinentia mea ſatisfactio eſt pro peccatis, non ſuperſtitio pro impietate.* Cæterum quod ciborum abſtinentia & ieiunium meritum habeant, & ſatisfactionem, ſi ritè fiant, multis & benè docet Cardinalis Bellarminus noſter, ad quem lectorem mitto. Salubris eſt etiam corpori, ac bonam valetudinem tuetur. Sanctus Athanaſius (*l. de Virgin.*) id me docet his verbis: *Vides quid faciat ieiunium: morbos ſanat, diſtillationes exſiccat, dæmones fugat, malaſque cogitationes expellit, & mentem nitidiorem reddit, & cor purgatius, & corpus ſalubrius;* atque id probat ex trium puerorum abſtinentia apud Danielem. Poſt Sanctum Athanaſium Beatus Chryſoſtomus*(hom. 1. de ieiun.)* inter alias multas laudes ad animum moreſque ſpectantes: *Excitat*, inquit, *rationem, claram reddit mentem, alleuiat carnem, fugat nocturnas fœditates, capitis dolores tollit, claros affert & colores & aſpectus.* Ratio poſitionis eſt, quia per quinque dies (*nos per quatuor,*) quibus carne veſcimur, etſi moderatiſſimè atque ex regula temperantiæ, tamen quia plerique noſtrum vitã traducunt in otio ſanctæ contemplationis, & litterario, hoc eſt, in ſellis, in cubiculis, corpus minimè fatigantes exercitatione laborioſa, quæ malos humores concoquat, & excernat; cruditates gignuntur in ſtomacho, quæ feriæ ſextæ abſtinentia decoquuntur, & euaneſcunt. Quam ob causã viris principibus accepi perſuaſũ à medicis, vt ſemel, biſve ſingulis hebdomadibus abſtineant à cœna, conſeruandæ valetudinis gratia. *Sacerdotes Aegypti, Charemone Stoico auctore*, apud Hieron. *l. 2. adu. Iou. c. 9. quamquã abſtinen-*

ſtinentiſſimi,bidui,triduiq;inediam ſuſtinentes, humores corporis, qui naſcuntur ex otio,& ex manſione vnius loci,nimia victus caſtigatione ſiccabant. Qui Hieronymus eo libro,poſt Clementem Alexandrinum (*l.2.Pædag.c.1.*) pluribus docet, etiam medicorum teſtimonio, quantum proſit corpori caſtigata victus ratio.Cæſar Auguſtus,vt eſt auctor Petrus Damiani (*ep. 55. ad Deſider.*) conſilio medicorum vſus, *Vno ſemper abſtinebat per hebdomadā die, vt alleuiato corpore poſſet vegetus & incolumis permanere*. Galenus ipſe inter medicorum principes numeratus, *decima quaq; die vice medicinalis auxilij,legitur ſibi abſtinentiam indixiſſe*,quod refert Petrus Bleſenſis (*ep.85. ad R.Sariſb.*)doctus ac vetus ſcriptor.Erant L.Senecæ (*ep.69.*)tempore, *Qui ieiunio interpoſito,corpus exhaurirent ac purgarent*. Quod ſi corporis amore tantùm id illi faciunt,cur non & nos idem libentiſſimè faciamus commodis animæ,& corporis illecti?

5 Septimum inuitamentum eſſe poteſt ſanctitas quædam feriæ ſextæ,quæ requirit à nobis,vt eam celebremus, atque honoremus ea ratione,quæ diei congruat;non lætitia,vt diem Dominicum,ſed mærore,humilitate,corporis afflictatione. B. Petrus Damiani (*ep. 21. ad erem. Gamugn.*) feriæ ſextæ cultor egregius,hoc vtitur argumento. Tres iſti dies, tres per myſterium continent temporum diuerſitates,ſexta feria,Sabbatum,& Dominicus dies:ideoque iſtos inter cæteros dies præcipuè obſeruare debemus:duos in carnis caſtigatione, tertium in ſpiritualis lætitiæ iucunditate.*Sexta quippè feria Dominus in cruce pependit, Sabbato in ſepulchro quieuit,die verò Dominica reſurrexit*. Quaſi enim ſexta feria eſt tota hæc vita, in qua nunc tanquam morientes viuimus, & in qua crucem quotidiè poſt Ieſvm portare iubemur. Subdit poſteà Sabbato ſignificari tempus illud,quod intercurrit mortem,& iudicium vniuerſale;Dominica,vitæ futuræ æternitatem. Sanctitas porrò feriæ ſextæ colligitur ex multis capitibus.Primum ex eo,quòd Sanctæ Cruci ſacra fuerit hæc dies,non modò vetuſtiſſima Eccleſiæ conſuetudine, quam multis probat allatis Patrum teſtimonijs,Iacobus Gretſerus noſter (*t.1. de cruce l.1.c.68.*) ſed etiam voluntate & conſtitutione Conſtantini Magni, qui diem Sabbato præcedentem feſtum & feriatum omnibus eſſe ſtatuit,vna cum die Dominico,vt Nicephorus *lib.7.cap.46.*prodidit,& ſignificauit Euſebius *l.4. de vita Conſt.c.18*.Quamquam abſtinentiam ab opere ſeruili non indixit Eccleſia pauperes miſerata: retinuit tamen in ea crucis memoriam & paſſionis;cùm toto anno, tùm verò potiſſimum feria ſexta hebdomadis maioris.Deindè colligitur ex ieiunio atque abſtinentia carnium inſtituta priſcis ſæculis à Sanctis Apoſtolis eo die,quemadmodùm docuimus: necnon ex verberatione,quam ieiunio coniungi cupiebat B.Petrus Damiani *ep.89.ad Caſin.*apud quem *Obſeruatio ſextæ feriæ, ieiunij ſalutaris inediam,& Apoſtolicorum verberum diſciplinam continebat*.Hac ipſa ætate videmus

Digitized by Google

mus à pijs viris,feminiſque non paucis,nec non à Religioſis,& verò etiã à multis Noſtrorum, ieiunium cum verberatione conſociari. Cur Sanctus Nicolaus Epiſcopus,cùm adhuc eſſet infans in faſcijs, non lactebat feria ſexta,diuino,vt arbitror,inſtinctu, niſi propter diei huius ſanctitatem? Tertiò, ſanctitas eadem innoteſcit ex eo, quòd hoc ipſo die Saluator ſpiritualia quædam beneficia largitur deuotis ſuis; quaſi verò ſit illi dies hic æquè charus,ac ſolent eſſe Regibus dies anniuerſarij natiuitatis & inaugurationis,in quibus exhibent conuiuia, & munera diſpertiunt. Hinc eſt,quod tradit Iacobus à Vitriaco Cardinalis in Occidentali hiſtoria *c.* 5. viſam à ſe puellam iu cella recluſam in finibus Franciæ & Normanniæ,cilicio tectam ex pellibus aſperrimis herinaciorum, nihil prorſus per multos annos comedentem, nihil bibentem; recipientem tamen *Corpus Domini ſexta feria ex ore columbæ dicentis ſibi : Accipe vitam æternam*. Ludouicus Bloſius (*monilis ſpir. cap.* 2.) de ſanctiſſima Virgine Elizabeth de Spalbeek Dominicam paſſionem ingenti deuotione quotidie recolente:*Vnde*,inquit,*& Chriſtus ſtigmata quinq; vulnerum ſuorum manibus ac pedibus, & lateri eius veriſſimè impreſſit, adeò vt ex ipſis,tamquam à recentibus plagis copioſus ſanguis plerumq; efflueret,idq; potiſſimũ ſextis ferijs*.Hoc item die S. Borbiniano Epiſcopo Friſingenſi per Tuſciã proficiſcenti ad limina Apoſtolorum,Aquila diuinitùs piſcem detulit in cibum,quo carebat. Atque hac ſanctitate permotus B. Franciſcus plagis ſuis à Deo impreſſis ſolita non adhibebat lenimenta ſexta feria, vt plus doloris pateretur.

---

1 *Clerici Regulares------ſacrum Montem Pietatis,quaſi ærarium mortuorũ, reperêre : vbi ſibi quiuis poſt hanc vitam mendico futuro in flammis purgantibus eleemoſynam largitur:& leuiſſima ſtipe,quam pro ſe quiſque deſtinatò confert,ea ſacrificiorum procuratur multitudo,vt morientibus infinita propemodùm ſuffragia comparentur. Qui ſanctiſſimæ erga mortuos pietatis Mons ſecundas quaſq; ferias (velut conſtitutum tempus,in quo recordemur illarum) Pontificijs etiam dicatas indulgentijs, habet ſacras: quibus ſtante in omnium oculos pro palam ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ferculo,quaſi ad propitiatorium ſtans illic Chriſtus vocat omnes, publicam,vt aiũt,audientiam daturus.* Author anni morientium & mortuorum Tyrnariæ liberalitate Adami Szalckouichs Canonici Strigonienſis editi in hebd. 1. num. 2. fol. 4.

DISQVISITIO NONA.

Erga fidelium defunctorum Animas, quæ purgatorio igne torquentur, Clerici Regulares quid opis, multis in locis, inſigni pietate procurant?

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu de varijs virt. hiſtor. lib. 1. cap. 4. num. 1. fol. 64.

2 HOrum (*Theatinorum Patrum*) inuentum fuit, Montem, quod Mortuorum ærarium iurè dici poteſt, conſtituere, tàm magna laude pietatis, quàm multa in egentes Animas ex illo bona redundabũt. Cùm enim pauperum illa æraria quæ Pietatis Montes appellamus, in magna ſint fama, cur non immortalem hic mereatur, ex quo ſuffragiorũ, vt Eccleſiæ loqui placuit, veluti aquarum arcanis flammis extinguendis, deriuantur perennitates? Leuiſſima enim ſtipe, quam pro ſe quiſque deſtinatò confert, ea ſacrificiorum procuratur multitudo, vt morientibus infinita propemodùm ſuffragia comparentur. Ijdem augendæ huic pietati ſecundas quaſque ferias ſacras habent, propoſita palam diuiniſſima Euchariſtia, breuique ad confluentes ſermone: quam exercitationem, vt magis eſſet frugifera, ſummi Pontificis ſolenni indulgentia ornandam cenſuerunt.

P. Nicolaus Zucchius è Soc. Ieſu in praxi veræ deuotionis in ſubſidium animarum, quæ in purgatorio igne verſantur fol. 140.

3 Cum directione RR. PP. Clericorum Regularium D. Conſtantia Magalotti Barberina, ſpeculum omnis virtutis Chriſtianæ Nobilitatis, inter alia illuſtria pietatis hæroicæ monumenta, fundatam cum perpetuo cenſu reliquit, in ædicula propria Barbarinæ Domus in S. Andreæ de Valle, expoſitionem Diuiniſſimæ Euchariſtiæ, per tres horas, ſingulis ſecundis ferijs poſt prandium: vt coram ea, pro animabus Purgatorij, fiat oratio: cùm à Papæ Vrbani VIII. fel. mem. Sanctitate plenariam indulgẽtiam pro perſona qualibet impetraſſet: quæ confeſſa, & vel die Dominica præcedenti, vel eadem ſecunda feria Communionis Sacramento munita, Sanctiſſimum expoſitum in dicta ædicula viſitauerit, pro illis benedictis animabus exorans; cum facultate dictam indulgentiam, iuxtà propriam intentionem, ad ipſarum quamlibet applicãdi. Dicti Patres ob ſuã ipſorum inſignem pietatem, ac iuuandi ſtudium animas cùm viuorum, tùm mortuorum, Romæ tàm pium opus continuò prouexerunt, Templi ornatu, concionibus, & ſacramentis adminiſtrandis: innumera cuiuſuis

S con-

conditionis hominum multitudine eò confluente,cum modeſtia, ſtudioque deuotionis,vt ſe ſe ibi viuorum atque mortuorum Domino ſiſtant: ac ſi ob vtroſque in ſanctiſſimo expoſitus publicam audientiam & gratiæ ſignaturam exhibeat.Eandem ij poſtmodùm ad præcipuas Italiæ Vrbes deduxere:& exoptabile eſſet,iuxtà locorum proportionem,in vniuerſam Chriſtianam rempublicam propagari.

---

1 *Excellentiſſimus Dux Segorbiæ à Beatiſſimo Patre Noſtro Clemente benigniſſimè obtinuit,vt Theatini Patres vbique gentium Immaculatæ Conceptionis Scapulare cæruleum,quod clam primùm ac priuatim tradebant,nunc palam ac publicè omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus in Eccleſia diſtribuere poſſint: rē planè inſignem ac ſingularem.* Relatio Legationis Obedientiæ Ducis Segorbiæ *&c.*

DISQVISITIO DECIMA.

Quale hodie Clericorum Regularium Ordo IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS CÆRVLEVM SCAPVLARIVM habeat, ac toto planè terrarum Orbe ritè diſtribuat,ex gratia & facultate à ſanctiſſimo Patre CLEMENTE X. eiſdem Theatinis Patribus attributa.

P.Vincentius Faſſari è Soc.Ieſu in lit:ad P.D.Fr.M.M.Panormi datis ex Tyrocinio eiurdem Societatis An.1663.

2 AVdio ſacrum Reuerentiæ Veſtræ Ordinem, ex Venerabilis V. M.Vrſulæ Benincaſæ inſtitutionibus accepiſſe, vt Chriſti fidelibus immaculatæ Conceptionis Scapularium tradat. Rogo Reuerentiam Veſtram,vt me dictæ Matris quàm maximè ſtudioſum, & de immaculata Conceptione fusè ſcribentem edoceat, quid rei nàm ſit Scapularium iſtud? Cur ab illa adinuentum? vel quomodò cælitùs fortaſſe illi præſcriptum fuerit? Nùm priuatim an publicè cuilibet Chriſti fideli petenti illud diſtribuatur? Quid piè illud geſtantes adipiſcātur? Et num de eo Diploma aliquod Pontificium habeatis? &c. *Ita mihi olim amiciſſimum caput,noſtræ Matris inſtitutis & aſceterijs promouendis ac excitandis tàm flagrāti animo addictum,vt me maximè omnium ad ſcribendum ac luci dandum admirabilem eius vitam impulerit;non vno à ſe quidem Elogio commendatam. Cui nunc in Cælum,vti ſpero,recepto,cùm id ſanctiſſimè acta vita ſuadeat; ad lectorum meorum documentum,ita reſpondeo.*

3 *De immaculatæ Conceptionis hoc Scapulario planè loquitur Vir è Clericis Regularibus Dei Matris eruditiſſimus,P.Hippolytus Morracius: quem* P. Theophilus

philus Raynaudus è Societate Ieſu doctiſſimum, & verè Marianum *appellat; &* P. Ioannes-Antonius Velazquez ex eadem Societate *de Maria immaculatè concepta lib. 4. diſſ. 6. adnot.* 1. *fol.* 345. Virum inter omnes eximia doctrina & pietate in Deiparam excellentem; *qui nimirum in vindic. S. Cathar. cap. 9. de V. Vrſula Benincaſa ſic ait*: Fuit ex familia S. Catharinæ, atque ex vna & eadem cum S. Catharina ſtirpe, ac domo, Venerabilis Mater Vrſula Benincaſa probatiſſimæ virtutis, ac notiſſimæ ſanctitatis Virgo, in qua Deus maxima ſuæ Omnipotentiæ ac bonitatis indicia partim ſuperiori & partim etiam noſtro ſæculo oſtendit: cuius ortum & ſanctitatem ipſa Diua Catharina Senenſis longè antè prænuntiauit; dùm aliquando prophetiæ ſpiritu correpta prædixit, ex ſua Domo magnæ Sãctitatis Virginem prodituram, quæ ipſa hæc Vrſula exiſtimatur---- Hæc autem Vrſula quanto pietatis ardore erga immaculatam Deiparæ Conceptionem exarſerit, vix explicet ſtylus. Hæc templum à fundamentis ex diuina reuelatione in honorem Deiparæ immaculatè Conceptę ædificauit: & Theatinam Virginum Congregationem ac Eremum ſub ſanctiſſimę Conceptionis titulo inſtituit. Hæc ex cæleſti monitu intellexit, ſigillum ſuæ Congregationis, & Monaſterij, ſculpendum cum B. Mariæ Virginis imagine, vt hæc eam immaculatè Conceptam repræſentat; ſed cum Puero Ieſu in vlnis, ne vnquam ſine Ieſu Maria eſſet: atque ſupernè monita fuit; ſtatuam eiuſdem B. Virginis cum ijſdem Conceptionis inſignibus eſſe fabricandam; quæ (*hodiè in Neapolitanæ Vrbis principem Patronã & Tutelarem adſcita*) in grauioribus neceſſitatibus per Nepolitanam Vrbem, vti iam accidit, in ſupplicatione circumferretur. HÆC PARVVLVM ET CÆRVLEVM SCAPVLARE, TANQVAM IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS TESSERAM, DEVOTIONIS ERGO, MVLTIS SVA MANV DEDIT PROPRIA SVB VESTE GESTANDVM; IISQVE, QVI ILLVD DEVOTE HABERENT, AC FERRENT, FORE PROMISIT, VT IN VITA ET IN MORTE INSIGNEM DEIPARÆ OPEM EXPERIRENTVR. *Hæc vir ille, digno planè titulo atque Ordine Marianus.*

4 *Sed quòd à Chriſto Domino, Virgineque Deipara, Theatinarum Sanctimonialium Mater Scapularium hoc acceperit, toto terrarum olim Orbe diſtribuendum; in eius vita diſquiſitionibus explicata fusè narratur* par. 4. diſq. 10. *vbi inter alia legitur à Chriſto promiſſum*: Vt quicunque ſeculares, aut Religioſi Viri ac planè mulieres, paruum idem ac cæruleum Scapularium ferrent, Bonorum illorum omnium compotes atque participes eſſent, quæ, in honorem immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis: Theatinis Sanctimonialibus Eremicolis, ſe ſe Dominus collaturum eſſe promiſerat. Et tunc Dei ſerua inexputabilem Angelorum multitudinem vndique circumſpexit, Scapularijs eiſdem amictam, itemque mortalium beneficio onuſtam,

Digitized by Google

ſtam,vniuerſum terrarum Orbem excurrere, vt ijs promiſſa munera largerentur, qui iſtiuſmodi Monaſteriorum conſtructionem iuuarent, aut parua illa cærulea Scapularia deuotè ſuſciperent,ac induerēt,& ad mortem vſque geſtarent;porrò ingens à Deo in vita,& in Purgatorio igne leuamen,ſi piè cum eodem decederent,accepturi. *Quamobrem ijs, qui piè illud efflagitant ac induere volunt,hæc Chriſti ac B.Virginis verba à Sacerdote denuntiantur:* Ecce Salutis Signum,Munimentum in periculis, & Arrha fœderis ſempiterni! Accipe fili &c.

5 *Itaque vbi Theatina Mater viuis exceſſit,Theatinæ Virgines,eius alumnæ,eundem ipſæ morem ac inſtitutum ſequutæ, parua & cærulea Scapularia, poſt Sacerdotis benedictionem, ijs qui ſtudioſiſſimè peterent, ac inſtanter efflagitarent, dono diſtribuebant;ac multi illa Proreges,ac Proreginæ, & viri Principes acceperunt,à quibus inſignis hæc pietas (vt in Diplomate,quod inferiùs referemus, innuitur) delata & introducta eſt in Hiſpanias. Quocircà ab erudito olim, & magnæ expectationis adoleſcente,D.Carolo Loffredo,nunc Melfictæ Epiſcopo,ſtudiosè cōcinnatus eſt Codex,vt in eum quotquot in poſterum Scapularia induerent,ex ordine referrentur.Vbi qui mea manu ſuſceperint,inter alios, recenſiti ferè ſunt hunc in modum:* Maio mēſe Anni 1648. D.Didacus Garzias de Traſmiera,Quæſitor Apoſtolicus in Sicilia contra prauitatem Hæreticam.Aprili menſe Anni 1649. D. Marius Loffredus, Carditi Princeps, & D. Sigiſmundus eiuſdem filius;*qui tunc Marchio Montis-fortis, mox Carditi Princeps euaſit,inſignem Patris prudentiam aſſequutus.* Purificatæ Virginis die,ipſe D. Carolus Loffredus, D.Marij Principis filius natu maior, Clericus Regularis, *ob doctrinæ & virtutum merita, in ſacram Rituum Congregationem adſcitus, ac mox (vt dixi) ad Melfictæ Epiſcopatum euectus.* Eodem Anno, die vigeſima Menſis Iunij,D.Leonora Capycia,Princeps femina. Tertia Nouembris in Oratorio RR. Patrum Clericorum Regularium Scholarum Piarum,D.Bernardinus Panicola Scaleæ & Rauelli Epiſcopus, 19.Nouembris D.Iulius Caracciolus.Die ſecunda Menſis Auguſti A.1653.Romæ in Cœnobio S. Petri in vinculis Canonicorum Regularium S. Saluatoris, Eminentiſſ.Petrus Aloyſius Cardinalis Carafa.Vigeſima octaua mēſis Aprilis A.1656.in Eccleſia S. Andreæ D. Camilla Vrſina & Burgheſia Sulmonæ Princeps. Tertia menſis Maij, D.Io. Baptiſta Burgheſius, eius Nepos & Princeps, ac huius Soror D. Maria Verginia, *quæ Principi Farneſio nupſit.* Tertia decima eiuſdem menſis,D.Conſtantia Pamphilia ac Ludouiſia, Populoniæ Princeps. Die quarta menſis Septembris, D. Didacus Aragonius,Terrenouæ Dux,Philippi IV.Catholici Hiſpaniarū Regis Orator: qui multis cum lacrymis, poſt Confeſſionis & Communionis Sacramentum,Oblationem hanc edidit: *Ego D. Didacus Aragonius me offero & dedo ſanctiſſimæ Trinitati,Patri, Filio, & Spiritui ſancto: & recipio Scapulare immaculatæ Conceptionis B.Virginis, & B.Patriarchæ Caietani,*

cum

Digitized by Google

cum propoſito vitam meam emendandi, & Domino Deo impenſiùs inſeruiendi: ut ſub patrocinio eiuſdem B. Mariæ ſemper Virginis, & B. Caietani, in poſterum viuam. Et ſicut humiliter peto in Theatinum Ordinem cooptari, ita nunc (tametſi in ſeculari ſtatu & habitu degam) me ſtudio animoque Theatinum eſſe declaro &c. ſperans fore, hunc in modum, vt per interceſſionem B. Virginis, & B. Caietani, peccatorum meorum exorem veniam: & in Beatorum Patria intra numerum filiorũ eiuſdem Theatinæ Religionis adſciſcar. Et die 28. menſis Septembris Anno 1659. D. Franciſcus Turricellus Denalius Eminentiſſimi Domini Bernardini S.R.E. Card. Spadæ, Epiſcopi Præneſtini, Generalis Vicarius. *Eandemque teſſeram alijs alij ſubindè è noſtris impertierunt: ac præſertim P. D. Ioannes-Baptiſta Lanfranchi, nunc Abellinarum Epiſcopus, 1655. Februario menſe tradidit inſigni Viro, ac lectiſſimo planè Principi; Eminentiſſimo, inquam, Franciſco-Mariæ Cardinali Brancacio; ne dùm purpuræ ac natalium luce, ſed & doctrina & morum elegantia, ac vitæ integritate clariſſimo. Et die 19. menſis Septembris Anni 1659. D. Iulio Sauelli Principi Albani ac Venafri: D. Paulo item eius filio: germanoque eius fratri D. Bernardino, tunc Abbati Clareuallenſi, deindè S.R.E. Cardinali. Qui omnes in codicem, quem dixi, relati ſunt: tùm his Abellinarũ Epiſcopum pluries ſubſcriptum obſeruo. Mitto quamplurimos ſæculares viros, atque Religioſos multorum Ordinum: ex quorum numero Sanctimonialis in Vrbe fuit, cui Nomen Ioanna, in Monaſterio S. Iacobi, ex Ordine D. Auguſtini: quæ, ſalute à Medicis deſperata, cùm ſtomachi diſſolutione vomitioneque plurimum laboraret; remedijs, quæ nihil ſibi profuerant, ablegatis; vix Scapularium popoſcit & induit, cùm cibo refecta vomitum inhibuit ac compreſſit, & euaſit incolumis. Admiratione dignius fuit, quod D. Ioanni-Franciſco Spezza, Canonico Præneſtino, Commendatori deindè Ordinis S. Spiritus accidit; & hìc cum fide Deum ipſum in teſtimonium aduocans enarrabo. Filia illi erat, quæ Romam venire, & Deo ſe dedere flagrantiſſimè geſtiebat. Cùmque illi Pater obſtaret, mihi venit in mentem nihil aptius eſſe, ad illum extimulandum, quàm ſi Scapularium hoc cæruleum & Theatinum indueret. Itaque ab eo euocatus ad ianuam, Scapularium mecum attuli, quod illi tradere cupiebam. Sed in via mutaui ſententiam, quòd indignum putarem, Scapularium illi dare, quod ipſe antè non petijſſet. Quamobrem quod mecum ferebam ſtatim occului, nec de eo verbum feci. Sed proh mirum! Canonicus vt me vidit, vtrumque humi genu deflexit, Conceptæ Virginis aliquod Scapularium à me poſcens, quod ſuper ſe deuotè geſtaret; eique ex templo tradidi quod habebam: quo ipſe amictus filiæ quod optabat ſtatim indulſit. Cur uerò illud petierit, ex literis Præneſtinum ad Vicarium datis, cui ego cogitatum meum aperueram, audiamus:* Veriſſimum eſt, quod Pater M. de Habitu immaculatæ Conceptionis, & B. P. Caietani, dicit. Et cogor ad confuſionem meam aperire quod eadem illa die mihi antè contigerat, cùm in B.P. Caietani ara Miſſæ ſacrificium facerem. Poſt ſuſceptum ſacratiſſimum Chriſti Corpus, viſcera mea persẽſi omnia veluti liquefieri: ſudoreque perfuſus oculos clauſi. Tunc intùs

in corde perſpicuè ſcapulare cæruleum ac nigrum perſpexi (*tale, vt dixi, mecum habebam, & illi tunc optaueram impertire*) cum Imagine Cõceptæ B. Virginis, & B. Caietani. Expleto ſacro verebar ne vel imaginatio vehemens, vel imbecillitas capitis ſudorem illum ingeneraſſent. Tùm ſacris exutus veſtibus, deflexis genibus in ſacrario me ad gratias Deo agẽdum compoſui: & eam animi defectionem expertus ſum, vt me omninò è viuis abiturum putarem. Sed intimè eam dulcedinem habui, qualem in mea vita nunquam perceperam. Conabar illud quicquid rei eſſet à me repellere: ſed repellendo lædebar, & eam voluptatem habebam, quam vt dixi nunquam expertus fueram. Et intimè ſuauiſſimam interim vocẽ audire mihi videbar, ita loquentem: Ne dubites, tuas ſpes & cogitationes repone ſub pallio cæleſti & funeſto, nàm ego tibi ero propitia in cunctis actionibus tuis &c.

6 *Nec prætermittere debeo P. F. Placidum à S. Tereſia Carmelitam Excalceatum, doctrina ac fama probitatis inſignem; qui Latinè Noſtræ Matris Vrſulæ Vitam in Belgio luci dedit; ac Teutonicè & Gallicè etiam curabat excudi. Et die nona Auguſti menſis 1659. Bruxellis Scapulare à me popoſcit, his verbis*: Maximi beneficij loco reputabo, ſi mihi Scapulare cæruleum mittet immaculatæ Conceptionis, quod vſque ad mortem geſtare propono maxima cum animi mei conſolatione. Idem ardenter exoptat Dominus Michael &c. *Et cùm reſponſum non accepiſſet, ſub anni 1660. initium, ita ſcripſit*: Poſt vltimas, quas ad Veſtram Reuerentiam dedi, petebam cum Domino Michaele Incerts regiſtrari in Confraternitatem Conceptionis immaculatæ: & exigebam vt mitterentur nobis duo Scapularia eiuſdem Confraternitatis; & hactenus nihil recepi reſponſi. Suſpicor, Veſtram Paternitatem infirmari, vel tot occupari negotijs, vt rem hanc fuerit oblitus. Rogo iterum, & enixè rogo, vt mittere dignetur; & idẽ enixè poſtulat etiã Dominus Michael. *His acceptis literis Scapularia ſtatim miſi; quæ ille ſummo animi gaudio & accepit & induit. Mihi enim P. D. Auguſtinus Bozomus, Præpoſitus Generalis, tertia die Februarij menſis A. 1659. facultatem conceſſerat, vt quotquot à me Scapularia ſuſcepiſſent, ſpiritualium Bonorum noſtri Ordinis participatione gauderent. Extant literæ huius facultatis in libro Confraternitatis immaculatæ Conceptionis, & inter alia hæc habent*: Quapropter per has noſtro ſigillo ſignatas literas, quotquot Habitum quem dixi, per aliquem noſtræ Congregationis Præpoſitum, vel per te D. Franciſce Maria, qui id à nobis exquiris, vel per alium quemcunque à te deſignatum, piè deuotèque ſuſceperint, ac geſtauerint, & cum eo curauerint ſepeliri, omnes in cariſſimorum noſtrorum Fratrum numerum cooptamus: & tàm in vita quàm in morte, omnium noſtrorum ſacrificiorum, precum, &c. conſortes eſſe volumus & participes. *Per me etiam eandem facultatem accepit Olyſipone P. D. Antonius Ardizzonius die ſextadecima Februarij Menſis, & P. D. Michael*
del

del Pozzo Mediolani,ac deinde Bruxellis F.Placidus à S.Tereſia,qui ſuis literis ita mihi gratias egit: Duas à Veſtra Reuerentia recepi,vnam die 8.Februarij,qua mihi ſcribit,Reueredisſ. P.V.Generalem mihi ad veſtram inſtantiam licentiam conceſſiſſe, vt quotquot à me Scapularijs veſtri Ordinis donati fuerint (quæ benedicere potero) omnium bonorum operum participatione fruantur, ac ſi in veſtrum ipſi Ordinem adſcripti eſſent. de quo maximæ beneuolentiæ ſigno,& Reuerendiſſ.D.V.Generali gratias ago quàm maximas corde genuflexus,ab eo ſanctam Benedictionem expoſtulans:& V.Paternitati gratias etiam ago pro tanti beneficij munere impetrato. Quotquot reperiam huius ſacri Scapularij immaculatæ Conceptionis deſiderio accenſos,illos libenter donabo, nomine Reuerendiſſimi V.Generalis &c. *Idem mea manu Scapularium induerunt noſtrarũ Theatinarum Virginum Protectrices. Nimirum Panormi D. Ioanna Aragonia vnius Terrenouæ Ducis filia, & alterius Coniux, D.Catherina Brancifortia Princeps Petrepretiæ, & D.Anna Caietana & Moncada Eminentiſſimi S.R.E. Cardinalis Moncada Gloſ. Tùm Neapoli Excellentiſſ.Prorex, qui oblationem edidit hunc in modum*: Ego D.Petrus-Antonius Ramon Folch olim Aragonius, Segorbiæ & Cardonæ Dux,ac Neapolis Prorex,anteactæ vitæ meæ peccatorum pertæſus, me dico ac dedico,ex toto corde, ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitati,Patri,Filio,& Spiritui ſãcto:ſãctiſſimo ac diuiniſſimo ſacratiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento: ſanctiſſimæ Virgini Mariæ Magnæ Dominæ Noſtræ,ad honorem eius puriſſimæ & immaculatæ Cõceptionis.Et infinitis beneficijs obſtrictum me recognoſcens, quæ è benignis Dei manibus accepi in ſingulos dies,debitas eidem gratias ago: præſertim,quòd ſua Diuina Maieſtas dignata ſit me deligere,veluti inſtrumentum fundandi ſtabiliẽdique Neapoli Theatinarum Eremicolarum Cœnobium, ac Theatinorum Patrum Receſſum ſub titulo Puriſſimæ & Immaculatæ Conceptionis B.Virginis:quam credere & profiteri polliceor; paratus,ſi oporteat,pro ea profundere ſanguinem,vitam & omnes facultates meas elargiri.Et donorum illorum memor, quæ ſua Diuina Maieſtas omnibus ijs ſe collaturam eſſe promiſit,qui Scapularium immaculatæ conceptionis induerent,illud à meo Confeſſario benedictum accipio perpetuò geſtaturus,& retenturus apud me vſque ad obitum meum: vt ita orationum Virginum Eremitarum, & totius Theatini Ordinis veluti vnus ex ipſis,& deuotus B.Caietani filius particeps fiam. Vt per Dei miſericordiam infinitam,& propter preces & merita tot Dei famulorum, accepta peccatorum meorum venia,& dignè ſemper Sacramentum Cõmunionis percipiens, cuncta eius promiſſa merear aſſequi, tùm in eius gratia viuere & mori,reddere eius manibus animam meam, & æternùm cantare:Laudetur ſanctiſſimum Sacramentum, & benedicta ſit Puritas, & immaculata Conceptio ſanctiſſimæ Mariæ Virginis.Amen. *Cui ſua ſe*

manu

manu ſubſcripſit:ac ſimilem Oblationem Proregina edidit eius Coniux, quam huc quoque ſubÿcio.

7 Ego D. Anna à Cruce Fernandez de Corduba me dico hodiè & dedico,toto ſtudio cordis mei,ſanctiſſimæ Trinitati,Patri, Filio, & Spiritui ſancto:ſanctiſſimo & diuiniſſimo Sacramento Altaris,& Beatiſſimæ Mariæ Vrigini,Magnę Dominę meæ.Et humillimè efflagitans peccatorũ meorum veniam,offero æterno Patri pretioſiſſimum Sanguinem Domini mei Ieſu Chriſti,tùm Puritatem & immaculatam Conceptionem eius ſanctiſſimæ Matris:quam firmiter credo,& in omni vita mea profitebor; parata millies, ſi oporteat,pro ea vitam meam & omnes facultates profundere: & infinitas Deo gratias ago pro innumeris beneficijs, quæ ab Diuina Maieſtate ſuſcepi:præſertim quòd dignata ſit deligere Ducem & Primum meum vt inſtrumentum fundandi Neapoli Locum ſanctum Eremi, & Theatinorum Patrum Receſſum ſub titulo ſanctiſſimi Sacramenti,& immaculatæ Conceptionis B.Virginis: ſub qua cupiens militare in cuncta vita mea Deo dicata,pluries inſtiti,vt Conceptionis Scapularium cæruleum Eremicolarum cum teſſera Cõgregationis acciperem, vt ita viuere ac mori deberem filia B.Caietani,& V.M. Vrſulę.Et cùm illud ab Theatinis Patribus benedictũ acceperim,humillimè poſco,veluti vna ex ipſis,habitu,pietate,ac ſtudio Theatina, dictis Sãctimonialibus Eremicolis,& Congregationis Virginibus aggregari, ac cuncto Ordini Theatino ſubeſſe:deprecans glorioſum B.Caietanum, B.Andream, & omnes alios huius Ordinis Cælites, vnà cum meis alijs omnibus Aduocatis, præſertim cum meo S. Angelo Tutelari, vt hodiè exhibere velint Oblationem hanc meam,Sanctiſſimæ Trinitati,ac Beatiſſimæ Virgini:& mihi ſuis precibus impetrent,ita dirigere valeam vitam meam, vt ſingulis momentis ratam volens hanc meam declarationem, præſertim cùm Chriſti Corporis Sacramentum percipio,viuam & moriar, & in manibus Domini mei Ieſu Chriſti, & ſanctiſſimæ Matris eius, reddam animam meam,& æternùm canam in Cęlis:Laudetur sãctiſſimum Sacramentum, ac benedicta ſit Puritas & immaculata Conceptio ſanctiſſimæ Mariæ Virginis.Hac die 25.menſis Auguſti 1670.Ego D.Anna de Corduba totam hanc ſcripturam confirmo.

8 *Eximia autem hac pietate Dux Segorbiæ non contentus,cùm ad præſtandam Obedientiam ſanctiſſimo Domino Noſtro Clementi Decimo, Caroli Secundi, Catholici Regis Hiſpaniarum Orator, magna pompa & comitatu Romam ſe contuliſſet;mihi Confeſſario iniunxit,vt re cum P.Præpoſito Generali D. Petro-Paolo Nobiliono,viro quidem acri iudicio prædito primùm communicata,ſupplicem libellum perſcriberem: quem deindè per illuſtriſſimum D. Alexandrum Creſcentium, Patriarcham Alexandrinum,Pontificio Cubiculo præfectum, ac Romanum Patricium,non natalium modò luce, ſed & omni virtutum laude in Vrbe & Aula floren-*

ren-

Digitized by Google

rentem, ſtatim exhibuit: eoque petijt, benignèque impetrauit, vt noſtræ Sanctimoniales Eremi iiſdem fauoribus gratijs & indulgentijs vterentur, quibus Conceptioniſtæ Toletani Monaſterij perfruuntur: tùm vt ſingulis quintis ferijs, & Sabbatis, duplici vel ſemiduplici feſto non impeditis, Officia Chriſti Corporis & Conceptionis obirent: & quod Patres, Conceptionis Scapularium, priuatim impertiebant, nunc Pontificia auctoritate muniti, cunctis Chriſti fidelibus publicè, quocunque in loco liberet, illud diſtribuere poſſent. Et Diploma quidem hoc fuit:

CLEMENS PAPA DECIMVS.

9 Ad perpetuam rei memoriam. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Nobilis Vir Petrus de Aragonia, Dux Segorbiæ & Cardonæ, Regni Neapolis Prorex, ac Cariſſimi in Chriſto filij Noſtri, Caroli Hiſpaniarum Regis Catholici, apud Nos & Sedem Apoſtolicam Orator, ad præſtandam Nobis eiuſdem Caroli Regis nomine Obedientiam miſſus: quòd cùm in Ciuitate Neapolitana reperiantur duo Monialium Monaſteria Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ, Curæ & Gubernio Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum (vt aſſeritur) ſubiecta, quorum Moniales pietatis alijſquæ religioſæ vitæ ſtudijs eximiè florent, bonoque Chriſti odore de bona conuerſatione fragrant, & ex peculiari eorum inſtituto pro felici Sedis Apoſtolicæ ſtatu, & ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces aſſiduè fundunt: dictæ verò Moniales fauoribus, & gratijs, ac præſertim facultate recitandi ſingulis quintis ferijs Corporis Chriſti, & ſingulis Sabbathis Conceptionis eiuſdem B. Mariæ Virginis Immaculatæ Officia reſpectiuè, quibus Moniales Monaſterij Conceptionis huiuſmodi Ciuitatis Toletanæ, dudum à quōdam Beatrice de Silua fundati (vt pariter aſſeritur) gaudent, & pariformiter frui, & gaudere poſſe ſummoperè cupiant. Ipſe verò Dux Prorex, & Orator eiſdem Monialibus opportunè in præmiſſis à Nobis prouideri, nec non prædictis Clericis Regularibus facultatem benedicendi Scapularia parua cærulei coloris, illaque multis Chriſti fidelibus pro deuotionis erga Myſterium Conceptionis prædictæ affectu ea geſtare cupientibus, quemadmodùm in Hiſpania iam dudum fieri cōſueuit, diſtribuendi concedi plurimùm deſiderat. Nos igitur pijs eiuſdē Petri Ducis, Proregis, & Oratoris votis hac in re quantum cum Domino poſſumus fauorabiliter annuere volentes, & tàm ipſius, quàm Monialiū, & Clericorum Regularium prædictorum ſingulares perſonas à quibuſuis Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à Iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſeriè abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus dicti Petri Proregis & Oratoris nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, memoratorum

duorum Monaſteriorum Neapolitanorum Monialibus præſentibus & futuris, vt ipſæ Officium de Corpore Chriſti ſingulis quintis ferijs, & Officium de Conceptione B. Mariæ Virginis immaculatæ ſingulis Sabbathis cuiuslibet hebdomadæ reſpectiuè, quæ tamen aliquo feſto ritus duplicis vel ſemiduplicis impeditæ ſeù impedita non fuerint, iuxtà Rubricas Breuiarij Romani, & prout Officia huiuſmodi in eodem Breuiario continentur, recitare, nec non alijs omnibus & ſingulis priuilegijs, prærogatiuis, facultatibus, fauoribus, indultis, indulgẽtijs, & alijs gratijs quibuſcunque, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus prædictæ Moniales Monaſterij Conceptionis Toletanæ ex conceſſione Apoſtolica, ac de Iure, vſu, vel conſuetudine, ſeu aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum, dummodò tamen ſint in vſu, nec reuocata, aut ſub aliqua reuocatione comprehenſa, neque Concilij Tridentini decretis, aut Conſtitutionibus Apoſtolicis, vel Regularibus primò dictorum duorum Monaſteriorum Inſtitutis aduerſentur, pari modo, & abſque vlla prorſus differentia, vti, frui, & gaudere liberè & licitè poſſint & valeant in omnibus & per omnia, perindè ac ſi illa eis nominatim & expreſsè conceſsa reperirentur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Prætereà prædictis Clericis Regularibus Theatinis nũcupatis Scapularia parua cærulei coloris huiuſmodi benedicendi, illaque Chriſti fidelibus, ſicut præmittitur, diſtribuendi licentiam & facultatem auctoritate & tonore præſentis tribuimus & impertimur. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac illis ad quos & ad quas ſpectant, & pro tempore quandocumque ſpectabũt, in omnibus & per omnia pleniſſimè ſuffragari: ſicque in præmiſſis per quoſcunque Iudices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, iudicari & definiri debere, ac irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit Monaſteriorum & Congregationis prædictorum, alijſque quibuſuis, etiam Iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; Priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſsorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die XXX. Ianuarij MDC.

Digitized by Google

MDCLXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

I. G. Sluſius.

10 *Poſt Diploma ſuſceptum, & Obedientiæ munus cum inſigni munificentia præſtitum, cùm Prorex ad Regni adminiſtrationem iterum Neapolim rediſſet, inter S. Caietani ſolemnia, & publicos honores atque lætitias, quibus Neapolitanæ Vrbis Patronus adſcitus eſt; mandauit Excellentiſſimus Dux, in Baſilica S. Pauli, Regiam (vt inquiunt) Capellam inſtitui, & cunctos Vrbis Magiſtratus adeſſe: vbi P.D. Greg. Reyna, illarum ædium Præpoſitus, ſacris ſolemniter operatus (cùm ego Pontificij Diplomatis ſummam, & quid cuique præſtãdum foret, vt bonorum omnium noſtri Ordinis participatione gauderet, alta voce vt potui in tanta hominum frequentia prælegiſſem) cærulea Scapularia benedixit: & ipſi primùm Proregi, mox vno eodemque tempore, per noſtri Ordinis Sacerdotes, Regio Collaterali eius Magiſtratui, ac Ciuitatis Septem-Viris, alijſque Dynaſtis atque Proceribus impertiuit. Quod in Diuæ Mariæ Angelorum, Aſſumptæ in Cælum Virginis die, adſtante ipſo Prorege, Proregina eius Coniux, & magna nobilium Matronarum multitudo, à P.D. Vincentio del Iudice, illarum ædium Præpoſito, accepit. Ne verò Noſtri, quam alijs paſſim impertiebant, ea Conceptæ Virginis teſſera & deuotione carerent; P.D. Petrus-Paulus Nobilionus, qui pridem (vt dixi) Præpoſitus Generalis, Eremum ipſam atque Receſſum magna animi contentione inſtituerat, indicta die nona Septembris, poſt Natæ B. Virginis feſtũ, in Eremi Eccleſia, ad quam impedito Prorege, Proregina & magna Nobilium multitudo conuenerat, Scapularia benedixit: quorum ipſe primùm ab alio è noſtris, eius loci (vt vocant) Ordinario accepit: mox cunctis noſtrarum ædium Præpoſitis, Viſitatoribus, Patribus, Sacerdotibus, Clericis, Nouitijs, ac Laicis impoſuit. Quod Patrum exemplum adeò ſeculares ipſos incendit, vt vel Scapularium ipſi peterent; vel ſi primùm induerant, veluti præſentiſſimum atque pretioſiſſimum amuletum omnes in poſterum æſtimarent. Multæque aliorum Ordinum Sanctimoniales ac Virgines Scapularium hoc accipere vel à me vel ab alijs ſtudioſiſſimè efflagitarunt.*

11 *Sed quia tanta cuiuſque ordinis hominum pietas diaboli inuidia carere non poterat; nonnemo cui noua hæc Theatini Ordinis decora & incrementa non arridebant, Scapularium hoc putauit & ſparſit, non à Deo vel à Dei Matre conceſſum, ſad à noſtris Patribus adinuentum, ac perbellè opportunèque nuper excogitatum, vt S. Caietani honores ac celebritatem augerent; eoque inuento ad noſtri Ordinis ædes ſacras ſolito frequentiùs ſubeundas vbique fideles allicerentur. Quod tamen ex Codice, quem habemus, & ex his, quæ hactenus diximus, ac in lucem edidimus, facilè concidit & euanuit: nec leue ei planè dedecus intulit, qui rem ſerebat & adornauerat. Si quis verò adhuc animo hæreat: & vt dubitationem abijciat, præter noſtræ Matris hiſtorias, clariora exigat argumenta, quæ hoc Scapularium Theatinum antiquius hac tempeſtate, & multis ab hinc annis in vſu ac traditum probent, celeberrimum Monaſterium nobilium Monialium Franciſcani Ordinis in teſtimonium aduocamus; vnde noſtrarum Theatinarũ Antiſtita ſumpta eſt, æquè*

 gene-

genere, ac virtutibus inclyta, quæ ſic habet: Ego D. Maria Magdalena Vrſina, Præpoſita Venerabilis Monaſterij Theatinarum Eremitarum immaculatæ Conceptionis, à meis Superioribus iuſſa, vt fidem facerem cum iuramento de Habitu ſeu Scapulari Immaculatæ Conceptionis, quod indui Anno 1648. miſſum ad me ab R. M. D. Anna Battinella, Virgine Noſtræ Theatinæ Congregationis; his literis omnibus atteſtor, quòd cùm in Venerabili Monaſterio ſanctiſſimæ Trinitatis ex Ordine P. S. Franciſci eſſem: & mutua neceſſitudo ac beneuolentia nobis cum dictis noſtræ Congregationis Matribus intercederet; audita deuotione, quæ erga dictum ſacrum Scapulare, noſtræ Venerabili Matri Vrſulæ diuinitùs traditum habebatur, vehementi tunc deſiderio exarſi illud omninò ſuſcipiendi: quod deindè continuò cum omni ſtudio & deuotione geſtaui. Et quòd id veriſſimum ſit, Beatiſſimam Virginem, ac ipſum Dominum Deũ meũ in teſtimoniũ voco. Hac die decima menſis Aprilis A. 1671. in noſtro Venerabili Monaſterio ſacræ Theatinæ Eremi Immaculatæ Conceptionis. Ego D. Maria Magdalena Vrſina ſupradicta confirmo vt ſupra. *Cui lectiſſimæ Virgini, parem genere, virtuteque Moderatricem ſubiungam, quæ totius Cœnobij nomine, has literas ſua ſubſcriptione ac etiam ſigillo firmauit*: Ego Soror Beatrix de Sangro, Abbatiſſa Monaſterij Sanctiſſimæ Trinitatis Tertij Ordinis S. Franciſci Aſſiſiatis huius Vrbis, declaro meis hiſce literis & atteſtor, quòd cùm noſtrum hoc Monaſterium, inſigne olim ſtudiũ ac deuotionem erga Venerabilis Matris Vrſulæ Benincaſæ Congregationem haberet: eſſetque nobis D. Anna Battinella, illi olim à ſecretis, cariſſima, ab eâ relationem accepimus tàm de fundãda Eremo, quàm de Scapulari præſcripto Sanctimonialibus Eremitis; & quòd ad honorem immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis, idipſum Scapularium, paruũ tamen, alijs tradebatur. Quamobrem nos eadem deuotione permotæ illud efflagitauimus, miſſumque ſuſcepimus ab eadem Matre D. Anna, Chriſti Anno 1648. ipſumque geſtauimus: quod & hodie à noſtris Monialibus multo in pretio habetur. Et cùm ipſa rei veritas ita ſit, præſentes literas feci, propria mea manu ſubſcriptas, ac ſigillo noſtro obſignatas. Neapoli die 3. Menſis Septembris Anni 1671. Ego Soror Maria Baatrix de Sangro Abbatiſſa Monaſterij Sanctiſſimæ Trinitatis affirmo vt ſupra. *Cæterùm noſtri Ordinis bonorum omnium participatio quid importet, fuſè quidem ac doctè ex eo, quem huc ſubijcimus, quamquam de alio Scapulario loquitur audiendum.*

P. Theophilus Raynaudus è Soc. Ieſu in Scapulari Mariano illuſtrato & defenſo cap. 4. to. 7. fol. 257.

12 Ex nãtura rei quiſquis ſacro Cœtui------inſeritur, vt Domeſticus, vel in eorum aſciſcitur per adoptionem, gaudet participatione meritorum omnium, & bonorum ſpiritualium eiuſdem Ordinis. Nàm de Domeſti-

meſticis res eſt per ſe euidens. Sunt enim membra veluti natiua, atque cōgenita myſtici huius Corporis, quibus ſuccus in Corporis nutrimentum prouiſus, per ſe primò cedit: eiuſq; communi ſanguine & ſpiritibus rigantur. De externis autem idem proportione ſuadetur, ex cooptatione in idem myſticum Corpus; ſin minus ſubſtantialiter, & quaſi per naturā: at per gratiam eorum ad quos attinet conſortionis huius accidentariè Beneficium conferre, allegando externos in ſacrum Cœtum. Propterea enim literæ quibus hoc beneficium communicatur à quibuſdam dicuntur literæ gratioſæ, ab alijs verò literæ filiationis: eò quòd Religio veluti Mater Externū aliquem in filiū adoptet. Qua de re plenè in Hætero-clitis ſpiritualibus poſt Thomam Vualdenſem. Cooptatio ergo in Cœtū Religioſum infert prærogatiuam inſignem participationis bonorum Ordinis, quæ quanuis ex natura rei conſequatur adoptionem in hunc ſacrum Cœtum, & tranſcriptionem in filium & fratrem ſpecialem Deiparæ, de qua proximè ſuperiori capite, hìc tamen ſeorſim euoluenda eſt, addita interpretatione iuris humani ab Ordinis legiſlatoribus conſtituti per ea (*aut ſimilia*) verba formulæ cooptationis in ſodalem: Recipio te ad Confraternitatem noſtræ ſacræ Religionis, & inueſtio, ac participem te facio omnium bonorum ſpiritualium eiuſdem Ordinis; in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti &c.

14 Participatio meritorum alicuius Ordinis Religioſi vel ſpectatur formaliter, vel obiectiuè. Dicuntur merita ſpectari formaliter, cùm conſiderantur prout ſunt actiones quædam vel perpeſſiones præſentes, quas operans vel patiens, aut is cui iſte ſubeſt applicat, annuens vt alteri proſint, eo modo, quo ſub eius beneplacito poſſunt prodeſſe. Certum autem eſt non poſſe prodeſſe per modum meriti condigni, ac propriè & ſimpliciter dicti. Eſt enim ſolius Chriſti, mereri alteri condignè. De quouis autem puro Viatore, eſt illud veluti effatum Theologicum: Gratia no fructificat, niſi in proprio ſolo. Et rogantibus: (vt ſcitè in hanc rē ait Bunderius *in concertat. tit.* 34. *art.* 21.) Date nobis de oleo veſtro; reſpōdendum eſt: Emite vobis, ne fortè non ſufficiat nobis & vobis. Ita paſſim & abſque ambiguitate tradunt Theologi, ſiue cum Magiſtro *in* 3. *diſt.* 20. ſiue cum D. Thoma 3. *p. qu.* 19. Quare merita ſacri Cœtus formaliter conſiderata non poſſunt ab alio participari, ſine interuentu meriti de congruo; quo Iuſtus vnus vel plures (quales vel multi, vel omnes in ſacra familia eſſe ſupponuntur) aliquid alteri mercatur, tantùm ex quadā decentia, abſque pacto, vel promiſſione vlla diuina; cui tale præmium ſit rependendum. Agnoſcunt hoc puri hominis meritum pro alio Gulielmus Pariſienſis *tract. de merit. ſub finem.* & Scholaſtici cum Magiſtro *in* 2. *diſt.* 27. *&* 28. & cum S. Thoma 1. 2. *qu.* 11. *art.* 6. beneque Suarez 12. *de grat. c.* 35. *n.* 2. Præiuere autem Patres, tribuentes meritis vnius Iuſti ſalutem

tem alterius. V. G. meritis ac precibus S. Stephani, conuerſionem S. Pauli: & meritis S. Stephani Grandimontenſis, conuerſionem peccatoris adeò obdurati, vt conteſtaretur ſe nolle conuerti, & preces pro ſe in eum finem fuſas reſpueret: id quod eo loco notat Gulielmus Pariſienſis. Hunc modum exponendi participationem meritorum Cœtus Religioſi iniuerunt S. Anſelmus, atque Suares *to.4.3.par.diſp.55.ſect.5.n.* 11. Admiſſa porrò hac interpretatione participationis meritorum .... per Sodales Scapularis; dubitare non licet, quin hæc participatio ſit inſignis prærogatiua. Perpendendum enim quantas fruges bonorum Operum tàm cultus tàmque pinguis Ager ferat; per tàm multos & tàm ſanctos Dei ſeruos vtrique Cœtui (*Theatinorum Patrum & Virginum Theatinarum*) conſertos. Quæ quidem bona Opera quatenus alijs applicata ab ijs ad quos attinet, non poſſunt non eſse eximiæ coram Deo vtilitatis. Orationes quoque, in quibus hi Sacri Cœtus ſunt aſſidui, frequenter diriguntur expreſsè ad bonum Amicorum; in quibus eminent Sodales, & Congreges Ordinis. Nec eſt prætereundus fructus ſatisfactorius multorum Operum pœnalium, qui eſt abdicabilis ab operante, & poteſt in alium tranſferri. Et quidem iuſta ſententiam valdè probabilem, ſatisfactio vnius Iuſti pro alio valet de condigno: & acceptatur à Deo ex pacto, atque adeò ex iuſtitia. Quanuis autem aliud ſit ſatisfactio, aliud meritum; tamen hæc ſatisfactionum applicatio inuoluitur in beneficio participationis meritorum Cœtus Religioſi: quia ea eſt mens, & poteſtas concedentium huiuſmodi beneficium. Intendunt enim prodeſſe quantum poſſunt ijs, quibus eam gratiam præſtant. Atquì poſſunt præſertim illis commodare, hac ratione. Facillimum quippè eſt diſſoluere nomine talium Amicorũ, extergendo reatum pœnæ per annumeratam pro eis ſolutionem: exhibita Deo portione aliqua tot operum pœnalium & maximè ſatisfactoriorum, quæ aſſiduè obeunt. Quem enim latet, quanta ſit vbertas ſanctarum perpeſſionum, & operum laborioſorum, virtute ſatisfactiua refertorum, in his ſacris Cœtibus? Attendantur vel perfunctoriè, veſtitus aſperitas, chameuniæ, potus cibique parcitas, cilicia, flagellationes----- vigiliæ: & id genus imbonitates, corporis maximè afflictiuæ, atque adeò valdè ſatisfactoriæ. Indirectè quoque, frequens meditatio, carnis afflictio eſt: quia per meditationem contentam atque diuturnam, exſuguntur puriſſimi quique ſpiritus. Vndè macies, & ſenſim ſine ſenſu conſequens redactio Corporis in ſeruitutem; nec rarò acciſio vitæ, & ſaltem eius traductio in labore & ærumna. Præ quibus obeſitas, & craſſitudo (quam ex legis Monachi notam ſtatuit Philippus Abbas *l.de continent.cap.93.& 94.*) exulat ab his ſacris Cœtibus, æquè ac cura carnis in deſiderijs. Cùm ergo in beneficio participationis meritorum tàm illuſtrium Cœtuum, cõprehendantur meritum congruum, & impetratio, ac exſolutio reatus per

ſatiſ-

Digitized by Google

ſatisfactiones pro alijs,quis adeò cœcutiat,vt non videat, quantis bonis fœta ſit prærogatiua hæc Scapularis Mariani, in qua excutienda verſamur:etiam ſi quæ dicuntur *Merita*,non niſi formaliter ſpectentur, vt hactenus fecimus.

14 Sed eſt,præter iſtam, alia ratio exponendi participationem meritorum Religioſi Ordinis:quæ mihi videtur,& opportunior,& vberior; vt planè expoſui in Heteroclitis Spiritualibus *par.2.* tractans anomalias literarum filiationis.Dicebam huius capitis initio,in hac participatione, *Merita* ſpectari obiectiuè: quia hìc non habetur ratio applicationis meritorum factæ nunc pro alio ab operante,qui nō niſi ſuas præſentes operationes actu applicare alteri poteſt. Sed habetur ratio internæ earum bonitatis,mouentis Deum ad benefaciendum, etiam ſi vel iam ſint tranſactæ,vel nondum aduenerint,aut cum aduenerunt, non applicentur alteri per operantem.Sic enim Scriptura ſæpè memorat,Deum propter Abraham,Iſaac,& Iacob,aut propter Dauid ſeruum ſuum, ideſt recolentē eorum ſancta opera pridem tranſacta,miſertum eſſe populo ſuo. Ac etiā immeritis contuliſſe vltrò aliquod bonum;intuitu antiquorum illorum Famulorum ſuorum,quorum pia opera habet obiectiuè præſentia, & digna agnoſcit à quibus permoueatur ad benefaciendum ijs, qui nexi ſunt neceſſitudine cum Seruis illis ſuis:Eadem ex cauſa,Philo *l.de migr.Abrah. & de ſacrif.Abelis*.& poſt eum S.Ambroſius *l.2.de Cain.c.3.& l.1.de Abrah. c.5.* aiunt,multùm prodeſſe Reipublicæ,quòd ſit in ea inſignis aliquis Iuſtus.Et eſſe valdè dignum luctus argumentum, cùm Iuſtus de terra tollitur.Quia boni Ciues per ſuam præſentiam in aliqua vrbe aut regione, etiam ſilentes,& nihil tale cogitantes,plurimùm commodant oræ, ac regioni in qua verſantur,quatenus Deus qui medullas cordium penetrat, & nouit quanto ſint erga eam oram affectu,talium amicorum ſuorum intuitu,indulget aliqua eidem oræ aut ciuitati, quæ alioquì non indulgeret.Eòque ſpectabat Stilico Comes,cùm tanto ſtudio tētabat, S. Ambroſij iacentis obitum,per ipſum S.Ambroſium,auertere. Nō ignarus,quāto publico damno eſſet migraturus: & quantæ vtilitatis foret Reipublicæ,ſi exoraret incolatum ſuum ad tempus aliquod prolongari. Proportione ergo philoſophor de meritis Ordinum---Cùm enim tanta ſint, & iampridem fuerint,poſtque etiam futura ſint vera & propriè dicta merita-----vtriuſque inſtituti-----apud Deum;non eſt dubium, quin Deus ab illis ſanctis operibus obiectiuè ſibi ſemper præſentibus,moueatur ad benè volendum eiuſmodi ſacris Cœtibus; & ad auertenda ab eis pleraque mala ingruentia,beneuolus inclinetur;ac denique feratur ad opportunā protectionem ijſdem impendendam, etiam cùm ad id non interpellatur per actu adhibitas ſuperſtitum preces; quibus tale bonum aut talis mali auerrūcatio,formaliter & in actu ſignato expetatur. Eo ipſo porrò quod

quis

quis ſacro Cœtui per adoptionem conſeritur, ius accipit participandi diuinam largitatem toti myſtico Corpori collatam, intuitu totius ſacri Cœtus, ac meritorum eius.

15 Aiebam autem, hanc obiectiuam participationem meritorum, non eſse fructuoſiorem, & vberiorem formali; quia participatio meritorum formaliter ſpectatorum, longè minùs patet. Nàm neq; ad eum pertinent anteriora merita. Nemo quippè de eis poteſt diſponere ex quo tranſacta ſunt, quandoquidem nemo habet theſaurum priuatum ſatisfactionum ſuarum penes ſe aſſeruatum, & multò minùs meritorum propriè dictorum, quæ in alterum transferri non poſsunt. Neque etiam pertinēt ad eam participationem bona opera futura, quæ non poſſunt de facto applicari tanquam fructuoſa in præſenti; etiam per modum ſatisfactionis poſſint applicari antecedenter, vt profutura quo tempore erunt. Imò de ſatisfactionibus quoque dubium eſt, an quando ſunt actu ſubſint plenæ diſpoſitioni alterius quàm operantis; itâ vt eo renitente, vel non cōſentiente, poſitiuè, validè fiat translatio valoris ſatisfactorij in tertium, per Superiorem Operantis, impertientem tertio participationem meritorum; ideſt ſatisfactionem ſubditi, ſumptorum formaliter. Quæ omnia ſecùs ſe habent, in participatione obiectiua ſanctorum operum, ad quā pertinent & opera præterita, & præſentia, & futura; quæ Deo æquè obijciunt in omni temporis differentia, & illum mouent, vt benè velit Ordini tàm benè de ſe merito tamque feraci ſanctorum operum. Et quia is qui donatur beneficio participationis meritorum ſacri Cœtus tranſit aliquatenus in membrum Ordinis, eo ipſo id beneficij aſſequitur vt reſpergatur rore Hermon deſcendente in montem Sion. Ideſt, vt fiat particeps protectionis, ac beneficientiæ, quam Deus dignatur Ordini conferre; intuitu meritorum pro quibus ſe velut in ære illius Ordinis eſſe profitetur, quæ eſt immenſa tanti Domini bonitas, & in nos indulgentia.

16 *Quomodo autē hoc Scapulare B. Virginis ſit ſalutis æternæ ſignū, idē P. Raynaudus c. 7. fol.* 270. *explicat, hunc in modum:* Nunc attingenda obiter ſunt ſpiritualia bona, præ quibus illa alia inferioris ordinis beneficia, vix aliquo ſunt loco. Nàm vt S. Auguſtinus, *in Pſal.* 155. *ad v.* 1. pulchrè diſſerit, qualecunque aurum, ac vel ſi ſordens, & plurima excrementia fuligine obſitum, præſtantius eſt plumbo quantumvis defœcato, & perpurgato. Similiter ergo ſpiritualia Bona ad animæ ſalutem ſpectantia, etiamſi minuta & tenuia, cùm ſpectent ad gradum ſuperiorem ſunt inadæquabiliter præcellentiora quibuſuis bonis temporarijs quantumuis in ſuo genere pretioſis.

17 Pono porrò, vt exploratum, totam Scapularis efficacitatem ad bonorum ſpiritualium deuocationem ex eo prodire; quòd ſi teſſera pignus beneuolentiæ, qua B. Virgo piè geſtantes huiuſmodi veſtem comple-

ple-

Digitized by Google

plectitur. Hæc autem beneuolentia quantorum ſpiritualium munerum ſit ferax, S. Bernardus *Serm. 1. de Aſſumpt.* mellitiſſimè attigit, ſpectato honore, quem Filius Matri debet. Itaque quid non poteſt apud gratiſſimũ Filium optima Mater? Nihil proindè non exorabit, quod ad ſalutem hominis pertineat, ſi beneuolum oculum in aliquem adiecerit. Adijciet autem ſi qui ſint quibus hoc veſtimentum ſalutis curauerit. Vt hoc ſummæ conſolationis argumentum Sodalibus Marianis innoteſcat, aperienda eſt radix prima omnium ſpiritualium bonorum; & huic negotio accõmodanda. Docente igitur Apoſtolo, conſtat primam radicem boni cuiuſuis ſpiritualis fructuoſi ad optatum æternæ gloriæ finem, eſſe Diuinã prædeſtinationem. Indè enim vocatio, ex qua iuſtificatio; ac deniquè glorificatio, iuſtificationem, & vocationem obſignãs. Quare ſi conſtiterit, ſacri Scapularis pium vſum, eſſe ſignum prædeſtinationis, eo ipſo liquebit Scapulare eſſe ſignum ſalutis, & viuam ſcatebram ſpiritualis cuiuſuis boni, atque adeò verè ſignum in bonum. Quatenus autem Scapulare Marianum ſtatui poſſit ſignum prædeſtinationis, non omninò liquet. Sed illud eſt extrà controuerſiam, nemini Viatori extra ſpecialem reuelationem, notam eſſe poſse prædeſtinationem ſuam, iuxtà illud à S. Gregorio 30. *Mor. c. 32.* expoſitum, in hunc ſenſum. *Numquid noſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra?* Idem tradit alibi *lib. 6. 1. Reg.* expendens illud Ioan. 3. *Spiritus vbi vult ſpirat: & neſcis vndè veniat, aut quò vadat.* Nimirùm in tanto per hanc viam lubrico, & pugnis aſſiduis, ac tàm multorum conſpicua deiectione, omnia in futurum ſeruantur incerta, vt benè conſiderat non vno loco ſanctus Bernardus. *Ser. 1. Sept. ſerm. 2. in octau. Paſchæ ſerm. 5. in dedic. Eccl.* Nihilominus ſana doctrina ex Patribus, ipſiſque Scripturis hauſta, agnoſcit, ſalua regulari prædeſtinationis incertitudine, dari quædam veriſimilia eius Signa. Eiuſmodi præſertim ſunt, quæ octo vulgatis beatitudinibus continentur; vt fusè proſequitur Andreas à Vega *lib. 12. in Conc. à cap. 11. ad 19.* His addunt alij, perſeuerantiã in ſemel inito Religioſo ſtatu, vt benè monſtrant Laurentius Iuſtinianus *l. de perf. Monaſt. conuerſ. c. 7.* ac Hieronymus Platus *l. 1. de bono ſtat. Relig. c. 32.* Eòdem pertinet, auditio Verbi Dei, cum interiori affectu coniuncta; quod ſignum ex multis Scripturis, & Patribus illuſtrat Michaël Medina *l. 3. paren. c. item 3.* Sed vnum aliud, nemini cæterorum Signorum de aliquali euidentia concedens, cenſetur eſſe pietas ſingularis erga B. Virginem. In quam rem latè, ac benè differit Pelbartus, *in ſtellario.* & ex eo Spinellus *in Throno Deip. n. 17.* & eruditè (vt omnia) Recupitus *tract. de ſign. prædeſt.* Sanè ex affectu quo quis fertur in B. Virginem, inferre licet reciprocum Deiparæ affectum erga addictum ſibi clientem: quia Filij imitatione, diligentes ſe diligit, nec grauatur, imò gaudet, amantes ſe redamare. Quin etiam ſicut Deus ita diligit diligentes ſe, vt præueniens eorum

dilectionem, anteoccupet voluntatem humanam, & immittat ſemina, vndè dilectio progerminet: ita B. Virgo Amatores ſuos beneuolentia indebita præuenit & anteoccupat, inſerens per impetrationem ſancta lumina, & pios afflatus, ac benedictiones dulcedinis, ſapore vitali (vt Ennodius *Epiſt. ad Conſtant.* appellat) perfundentes hominis voluntatem; quo ſic permota, velit diligere. Et eo modo ſe gerit B. Virgo, erga Populum honorificatum; in quo propterea *radicare* dicitur, & *in electis Dei*, *radices mittere*. Ferunt hoc inſignes plerique tituli à nobis digeſti in Nomenclatore Mariano------In ea ergo opella noſtra B. Virgo, dicta à Patribus refertur, *ianua* aut *porta Cœli*. Ita Petrus Damiani, Epiphanius Iunior, & Damaſcenus. Dicta item legitur *feneſtra*, apud Chryſoſtomum atque Fulgẽtium. Ab alijs, denominata eſt *Columna flammea, deducens ad alteram: corona ſanctorum omnium, Diarium vnicum creaturæ Domini*. Illius, inquam, *creaturæ* cuius primi Chriſtiani erant initium; hoc eſt, creaturæ ad gloriam æternam, ante tempora ſecularia, prælectæ. Aliqua quidem huiuſmodi jlluſtrium nominum, delata interdùm ſunt B. Virgini propter Filium; ita vt dicta ſit, v. g. *Ianua cœli*; quia edidit Chriſtum, qui cœli aditũ reſerauit. Non frequenter tamen ijdem tituli iuxtà Patres, immediatè cadunt in B. Virginem. Nàm qui eos deferunt, ſatis inſinuant ex mente ſua; aditum ad gloriam, & conſcriptionem cuiuſcumque Electi in Libro vitæ, in ſuo gradu & ordine, pertinere ad B. Virginem. Ac proindè ratum eſſe debet, agnoſci à Patribus influxum aliquem moralem B. Virginis in executionem prædeſtinationis æternæ; nexam cum ipſo dilectu ad gloriam, vt executionem cum intentione. Statuendum item eſt vt ratam, ipſam quoque eſſe, quæ ſuo modo, id eſt impetrando ac exorando, ſubminiſtrat ſuppetias omnes quibus Electi deducuntur ad vbertatem domus Dei; ibi inebriandi fonte vitæ, & pane intellectus ſaginandi. Non dubitauit ſanè S. Germanus *Orat. de Zona B. V.* præ ea ſubminiſtratione aſſidua, Deiparam denominare *Spiritum & vitam Chriſtianorum*. Quomodò enim corpus
„ noſtrum, vitalis ſignum operationis habet reſpirationem: ita ſanctiſſimũ
„ Virginis nomen, quod in ſuorum ore aſſiduè verſatur; vitæ, lætitiæ, auxi-
„ lij, non ſolùm eſt ſignum, ſed etiam ea curat. Idipſum ferunt quod aliqui Patres tradunt, perire non poſſe, qui benè affectus fuerit erga Matrem ſalutis. Adduxi nonnullos ita locutos, in Dypticis Marianis *parte 2. p. 10. n. 37.* quibus nunc addo Laurentium Iuſtinianum; qui gloſſans verba illa Chriſti in Cruce ſuffixi, ad Matrem, *Mulier ecce Filius tuus*, ſic inducit colloquentem Matri Chriſtum: Volo vt illam (Eccleſiam) de cetero in filium habeas, illam tuis orationibus protegas, atque virtutibus auctam ad me perducas. Eidem quoque mandabo, vt te tanquam matrem veneretur, te diligat, ad te confugiat: te inter Deum & ſe, mediatricem faciat. Te aduocabit in periculis, in dubijs conſulet, in neceſſitatibus implorabit.

Digitized by Google

bit. Non minùs de te, quàm de me captabit fiduciam. Faciam prorſus vt omnes concurrant ad te, eritque nomen tuum honorabile in omni generatione & progenie. Nemo in tui inuocatione ſpernetur: nulluſque deuotus tibi, à me efficietur alienus. Indiſsolubili charitatis fœdere te illi, & ipſam copulabo tibi.] Totus locus, ſonat quod propoſui. Sed expendãtur nominatim verba illa. *Nullus tibi deuotus, à me efficietur alienus*. Atquì *non eſſe à Chriſto alienum*, eſt eſse cum eo; & accenſeri prædeſtinatis, ad æternam ſortem beatitatis. Quare habere fauentem atque beneuolã hanc diuini ærarij Erogatricem, à qua ſubſidia electa ad potiẽdum æterna fœlicitate ſuppeditentur ad modum prædictum; habere inquam amicam hanc cœleſtem theſaurariam, quæ ſumptus in cœli Viaticum neceſſarios liberaliter ſubminiſtret, hanc cœli ianitricem per quam pateant portæ æternales, ſignum eſt prædeſtinationis. Nec verò qualecunque, ſed admodùm veriſimile. Quod autem Sodales Mariani potiantur ſpeciali beneuolentia B. Virginis, conijcere licet ex hoc pignore per ipſammet Deiparam delecto: & ex tot argumentis, quibus iam à multo tẽpore prodidit placere ſibi huius Religioſæ Obſeruantiæ teſseram, & qui eam vſurpant pro ſpecialibus Filijs à ſe haberi. Itaque perſpicuum videtur Scapulare Marianum inſigni illa prærogatiua exornari, quòd ſit prædeſtinationis nota: quia cùm ſit teſsera incenſi affectus erga Deiparam, ex ſeminio per ipſammet iacto excitati, eſt etiam ſignum reciprocæ ſpecialis beneuolentiæ, tantæ, matris curaturæ media electa ad ſalutis æternæ adeptionem, qua eſt apud Filium gratia, & in dilectos ſuos benignitate.

18 *Sed & f. 293. cõtra Hæreticos idẽ explicans, ait:* In obiecto eius hoc eſt ſigno gratiæ & prædeſtinationis, eſt præcipuus nodus huius negotij, qui tamen haud difficilè expediendus videtur, dicendo Scapulare Marianũ, eſse ex Deiparæ inſtituto ſignum ſalutis, & notam prædeſtinationis, quatenus geſtatio Scapularis eiuſmodi, teſsera eſt ſingularis protectionis B. Virginis, affuturæ Sodalibus, & conciliaturæ media gratiæ ſingularia, quibus & ſecuriùs ſeruentur mandata, & tutiùs ad optatum finem beatitudinis pertingatur. Non plus dicitur cùm aſseritur geſtationem Scapularis eſse *Signum ſalutis, & pignus vel notam prædeſtinationis*. Quid verò ſolidæ difficultatis circa hoc proferri poſſit, pluſquam aduerſus alia ſigna ſalutis, & prædeſtinationis, equidem non video.

19 Octonarius beatitudinum ab Andrea Vega *lib. 12. in Conc. c. 11.* aſſumitur pro octuplici nota prædeſtinationis, & æternæ ſalutis à Chriſto propoſita. Itaque pauper ſpiritu, ac mitis, & perſecutionem patiens propter iuſtitiam, pronuntiantur futuri in fine compotes gratiæ, & immunes ab æterno incendio; ſupponendo ſemper, quòd communia omnibus mandata ſeruauerint. Et cùm hoc ſenſu talia dicuntur eſſe ſigna ſalutis, & prædeſtinationis, nemo ſuccenſet. Quàm multa verò alia dicuntur

Digitized by Google

iuxtà Scripturas habere vim iuſtificandi, & ſaluandi, quæ tamen ſubintelliguntur vim illam ſuam exertura, ſi cætera adſint ex natura rei, vel ex diuino inſtituto neceſſaria? Sic Rom. 3. dicitur *Arbitramur hominem iuſtificari per fidem.* Rom. 8. *Spe ſalui facti ſumus.* Tob. 12. *Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata.* Iacobi 1. *Inſitum verbum poteſt ſaluare animas veſtras.* Hæc & alia id genus, paſſim in ſcripturis leguntur, neque tamen (vt benè notauit Bellarm. *l. 2. de pænit. c. 7. ad* 5.) vllus eſt qui indè colligat, ſolam fidem, aut ſpem, aut eleemoſynam, vel ſolum verbum, iuſtificare aut ſaluare, aut à morte æterna eripere, abſque alijs ad eundem finẽ requiſitis. Sed Scriptura ſic loquens, vult tantùm ſignificare, prædicta habere vim ſuam ad illum finem: & eum (quod ad ſe attinet) aduehere, ſi cætera non deſint. Vt quid ergo aliter ſtatuitur de geſtatione Scapularis, cùm dicitur illud eſſe ſignum ſalutis, & prædeſtinationis. Tantùm enim ſignificatur, eam geſtationem piè factam, habere vim ſuam, vt quis ſalutem adipiſcatur & fiat in eo executio prædeſtinationis; vt refert Deiparæ promiſſio, binis reuelationibus patefacta. At nihil ſingularis Priuilegij habebunt Sodales Mariani, ſi promiſſio tantùm ferat, eos potituros ſalute, ſi ſeruent mandata, & piè vitam exigant. Æquè enim Chriſtiani omnes, etiamſi Scapulare non geſtauerint, ſi ſeruent mandata, & piè vitam exigant, ſaluabuntur: & tanquam verè prædeſtinati, deducentur ad montem ſanctum vitæ æternæ. Quæ ergo vtilitas Scapularis ad cũ finem? Magna planè per omnem modum. Eſt enim Scapularis geſtatio, teſſera, & pignus vberis gratiæ auxiliatricis, à Deipara Sodalibus ſuis exoratæ, cuius interuentu ſeruabunt mandata, & vitam ſancto fine concludent. Et hæc eſt vis illa ſpecialis, quam agnoſci volumus in geſtatione Scapularis, iuxtà Deiparæ ſponſionem.

19 Fateor me verſantem in hoc loco, qui, præ ceteris huius negotij, ſalebroſus, & impeditus cenſetur; non poſſe ſatis mirari, fuiſſe & eſſe qui cenſere viderentur, hunc modum eſſe inexpedibilem; cum tamen eius extricatio, ingenijs non anteoccupatis, videatur facillima: nec plus propoſitis argumentationibus (veriùs argutationibus) quatiatur; quàm alia quædam ſanctorum hominum enunciata, de quibus nemo litem mouet, nemo ſcandalum patitur. V. G. Sanctus Anſelmus *l. de excel. Virg. c. 4. in fine.* negat periturum qui in B. Virginem fuerit benè animatus. Et ſimilia habent alij quos adducit Franciſcus Mendoça *in virid. l. 2. flor. ſacr. cap. 9.* quibus plures addidi in Diptychis Marianis *parte 2. punc.* 10. *n.* 37. Hæc, intellecta cum eo condimento quod adhibui circa geſtationem Scapularis, à nemine reſpuuntur: quia tantùm ſignificatur vis alicuius medij ad obtinenda ſubſidia, quibus quis, à fine ſuo non aberret. At nihil aliud dicitur de geſtatione Scapularis. Eam item S. Onuphrio factam ſponſionẽ, quam Pachomius in eius actis his verbis conſignatam reliquit, à nemine

dam-

Digitized by Google

damnari videmus: [Hæc eſt poſtulatio mea,quam impetraui à Domino. Si quis oblationem ob amorem nominis mei,ante conſpectum D.N.Ieſu Chriſti,& ad laudem eius immolat:ab omni tentatione Diaboli,& à vinculo prauitatis humanę,liber exiſtet;atque cum ſanctis Angelis,in regno cœlorum æternæ hæreditatis capax fiet.] Nimirum per ſubſidia quæ ei exorabo, quibus ſi obicem non apponat, pollicitationis meæ effectum percipiet.Mutentur pauculæ voces in promiſſione Deiparæ pro geſtantibus Scapulare,& loco *Oblationis ob amorẽ B.Onuphrij*; dicatur, *Geſtatio pia Scapularis,ad honorem Deiparæ*;non erit gutta guttæ ſimilior.Vndè ſicut illa B.Onuphrij promiſſio,innoxia habetur,& à nemine allatratur, ſed piè exponitur:ita par eſt de promiſſione Deiparæ,quam excutimus, pronũtiare.

20 Attexto Corollarium ac ſuperpondium ex Libello, cui titulus doctrina S.Bernardi;qui Libellus etiamſi non videtur ipſius S.Bernardi, ex eius tamen dictis ſtudioſè annotatis coagmentatus eſt, atque adeò ſua authoritate non vacat. In eo ergo Libello ſic præſcribens inducitur S.Bernardus. [Cogita Monachum illum,Girardum nomine, qui cùm de Dei miſericordia vltra modum deſperaret; infirmus ad mortem, iacuit per triduum oculis clauſis in mentis exceſſu:& viſitatus ab Abbate, oculis apertis ait:Bona eſt obedientia. Ad tribunal Chriſti fui, animas Sanctorum vidi,ipſumque facie ad faciem audiui dicentem mihi:Ecce locus tuus,inter Fratres tuos. Nullus tui Ordinis peribit,ſi ordinem amauerit: aut in morte purgabitur,aut breui poſt mortem. Salui autem qui de Ordine tuo ſunt,aut in Ordine Apoſtolorum,aut Martyrum,aut Confeſſorum,ſortem accipient. Et hæc dicens, Communione accepta diſceſſit.] Quæ gloſſa,verbis Chriſti ad hunc Monachum in vitę margine poſitum, atque adeò veracem, accommodabitur, erit in rem præſentem opportuna.

---

1 *Iſta (PP.Theatinorum) Congregatio habet quamplurima & grandiſſima Priuilegia ſummorum Pontificum,quæ vix credidiſſem, niſi ea legiſſem.* Martinus Nauarrus lib.3.conſil.tit.de conſecr.Eccl.edit.Romanę Ann.1590. vel to.1.lib.1.tit.de maiorit.& obed.conſ.9.edit.Venetæ an.1601.

DISQVISITIO VNDECIMA.

Clerici Regulares num aliquod Priuilegium habent? Recitentur ſi quæ à ſummis Pontificibus acceperunt? Ipſo fundatæ Congregationis initio Diuini Verbi prædicationi, & Sacræ Theologiæ ac Canonum ſtudijs incumbebant? Cur Palla illa particulari pro Hoſtia in Miſſæ ſacrificio vtuntur?

P.Fran-

Digitized by Google

P.Franciſcus Pellizzarius è Soc.Ieſu in Manuali Regularium to.2. par.1. tract.9. cap. 3. num. 128.

2 A Pio V. PP. Theatinis anno 1567. 13. Februarij in Bulla *ad immarceſcib.* conceditur, vt quicunque ingrediuntur eorum Ordinem animo profitendi in eo, ante Profeſſionis emiſſionem, diſpenſari poſſint ſuper irregularitate ex quocunque eorum defectu & impedimento, non tamen ex homicidio voluntario proueniente, aut aliàs quomodolibet contracta. *Quod ipſe priuilegium explicat. Et tract.*8.*cap.*6.*ſect.*2. *num.*98.*fol.*452. Ex Paſqualigo *to.*2. *reſol.*96.*nu.*2. Hoſpites *inquit*, Theatinorum, qui intra Conuentum ante ſuſceptionem Habitus Religioſi degunt in via ad Religioſum Habitum ſuſcipiendum; & ſi iuxtà ipſum Paſqualigum non gaudeant eo tempore Priuilegio Canonis, tamen gaudent Priuilegio Fori: cùm pertineant ad perſonas exemptas, vtpotè deſtinati ad Habitum Religioſum, & exiſtentes in via ad illum recipiendũ, & velut in ſtatu præparationis neceſſariò pręmittendæ iuxtà Ordinis cõſtitutiones: ſicque ſint veluti acceſſorium reſpectu Religionis, ſine quo Religio more conſueto nequit conſeruari : & alioquì Priuilegium principalis trahitur ad acceſſorium (v.g. à Domino ad ſeruum) *cap. quanto de priuil.&c.licet, eod.tit.in* 6. quando perſona attenditur vt res perſonæ priuilegiatæ. Præterquamquòd, ſi Iudices ſeculares, aut Epiſcopi exercerent Iuriſdictionem in dictos Hoſpites, inferrent grauamen Ordini, eiuſque ſtatum turbarent. Quæ ratio ſufficit, vt priuilegium fori perſonę exemptæ extendatur ad perſonas, in quas ſi exerceatur Iuriſdictio, turbatur ſtatus perſonæ exemptæ, eique infertur grauamen: vt notant Gratianus *to.*2.*diſcept.forenſ.cap.*348.*num.*4.*&* 5. Menoch. *de arbitr. cent. vlt. caſu* 562.*num.*12. Carolus de Graſſ. *de effect.Cleric.eff.*1.*num.*150. *Item Pellizzarius tract.*8.*cap.*1.*num.*131. Gregorius XV. *inquit*, die 16. Octobris in Bulla *in Apoſtolicæ*, Theatinorum Priuilegia per quoſcunque Romanos Pontifices ipſis conceſſa principaliter, aut per communicationem aliarũ Religionum ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis ſimpliciter confirmauit: ſicque reualidauit etiam Priuilegia aliàs reuocata, tàm illorum propria, quàm aliorum ijs communicata; conſequenter etiam ea, quæ modo ſupradicto cùm fuiſſent viuæ vocis oraculo conceſſa, facta ſunt bullata. Siquidem confirmatio hæc fuit facta ſine ijs clauſulis: Quatenus tamen ſint in vſu, & non ſint reuocata ſeu ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, ac ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non aduerſentur. *Sed tamen aliter hodie ſe res habet. Item to.*1.*tract.*5.*nu.*125. *fol.*621. Priuilegium, *inquit*, Clementis VII. extat in Bullario tom. 1. conſt. Clem. VII. in ordine 8. & ita habet: Nos, vt ſuperiores veſtri (loquitur de Patribus Theatinis) cum Clericis & ſocijs ſuis, qui ſupradictis pieta-

tis

Digitized by Google

tis operibus (intellige de prædicatione Verbi Dei, audientia Confeſſionum, & ſacræ Theologiæ, ac ſacrorum Canonum ſtudijs, de quibus ſuperiùs mentionem fecerat) in ſtudio literarum ſacrarum occuparentur, ſeù infirmitate, aut infirmorum, viſitatione & miniſterio pro tẽpore præpedirentur, ſuper recitatione diuinorum Officiorum, ad hoc vt ipſi occupati vel impediti certum pſalmorum per ipſos ſuperiores eis aſſignãdorum numerum, non minus 7. aut 6. cum diuiſione, ac orationem Dominicam ſepties, Symbolum Apoſtolicum bis; grauiter autem ægrotantes Orationẽ Dominicã ſemel, & Salutationẽ Angelicã ſepties in die recitãdo, ſeptẽ Horis Canonicis, & toti Diuino Officio ſatisfeciſſe cẽſentur: & cũ quibuſuis Clericis ac ſocijs veſtris in præueniẽdo, vel poſtponendo, vel decidẽdo in cõmuni vel ſpeciali Horas Canonicas, ac in breuiãdis ac protelãdis lectionibus. Hæc Clemens. Vbi noto hoc Indultũ, quo ad occupatos in ſtudijs & pijs operibus non debere reſtringi, ſicuti reſtringit Peyrin. *tom.* 1. *Priuileg. Conſtit.* 28. *Leonis X. n.* 9. ideſt, ad caſum particularẽ, in quo, iudicio Superioris, agatur de bono iure præferendo recitationi Diuini Officij, & quo aliàs ſimpliciter aut vix poteſt aliter aptè cõſuli bono proprio, vel proximi; quanuis enim Priuilegium datum contra ius commune (quale eſt hoc indultum Clementis) regulariter reputandum ſit odioſum in ordine ad interpretationem, adeòque potiùs reſtringi debeat, quàm ampliari, vt fuſiùs oſtendit Suar. *lib.* 8. *de leg. cap.* 27. *num.* 5. & eiuſmodi Indulta concedantur Regularibus, non ad laxamen, ſed ad ſolamen, & tollendos ſcrupulos (vt loquitur Peyrin.) & ſic iuxtà *cap. porro de priuilegijs*, videantur ſtrictè interpretanda; Nihilominus præſens Priuilegium Clementis paulò latiorem videtur admittere interpretationem, ita vt deſeruire poſſit, non ſolùm in caſu grauiſſimæ neceſſitatis, cui aliter vix occurri poſſit (quod videtur innuere Peyrin.) ſed etiam in neceſſitate graui, quæ iudicio prudentis cenſeatur ſufficiens ad diſpẽſandum (quanquam Prælati non debeant hac in re eſſe nimis faciles, ne alioquì poteſtas conceſſa in ædificationem, cedat in deſtructionem.) Ducor, quòd vrgente neceſſitate grauiſſima, in qua ſolùm videtur Peyrin. concedere vſum huius Priuilegij, licita eſt omiſſio Diuini Officij, etiã ſecluſo quocunque Priuilegio, cùm tamen Priuilegia quantumuis derogantia iuri communi ita ſemper debeant interpretari, vt admittant aliquem fauorem, adeòque non ſint inutilia. Præterquamquod Priuilegium derogans iuri communi ſi ſit conceſſum in fauorem Religionis (quo pacto eſt conceſſum hoc indultum Clementis VII.) latè poteſt & debet interpretari, vt concedit ipſemet Peyrinus *ſuper conſt.* 10. *Clem. VII. num.* 12. ex Suario *lo. cit.* & colligitur *ex leg. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fund.* vbi dicitur: Summa ratio eſt, quæ pro Religione facit. *Hæc Pellizzarius; qui alia itẽ Priuilegia adducit, à Rom. Põtificibus hodie reuocata. Conſtat itaq;*

noſtros

noſtros Patres,ipſo Religionis initio,Prædicationi Diuini Verbi, ac ſacræ Theologiæ & Canonum ſtudijs,diligenter incubuiſſe: quod clariſſimè alibi demonſtrabimus. Ideòque notat Archiepiſcopus Tarentinus in S.Caietani vita fol. 178. *de Clericis Regularibus à vulgo etiam vſurpatum,quod à P.Franciſco Sacchino in Societatis hiſtoria* par.2.lib.2.num.125.*traditum eſt:*Qui doctrinam---noſſe cuperet, Theatinos adiret.*Sed & alios audiamus.*

P.Gabriel de Heneo è Societate Ieſu de diuino Miſſæ ſacrificio par.3.diſp.28. ſect.36. num.616.

3 Vtuntur autem (Clerici Regulares) ea Palla (ſuper quam ponitur Hoſtia) ad faciliùs & ſecuriùs colligenda fragmenta. *De qua legendus eſt Antonius Caracciolus in peculiari libello, Andreas Molfeſius* in ſum. mor. tract.9.c.11.n.62.*& Ioſephus Syl.* in hiſt. to.2.lib.9.f.389.*qui eãdem introductam oſtendunt ex Priuilegio Papæ Clementis VII. qui illam noſtris primis Patribus approbauit.Multi deindè viri ſummi eandem adhibuerunt.Paulus IV. eius Pallæ auctor,illam & ſummus Pontifex & Cardinalis adhibuit. Gregorius XV. & Clemens VIII.illam probarunt & vſurparunt: & Vrbanus VIII. vti refert Andreas Caſtaldus* in praxi lib.2.ſect.7.cap.1.*admodùm commendauit. Inter Auguſtos Patres Bernardinus Cardinalis Schottus, Paulus Cardinalis Aretius, ex noſtris, Cardinalis item Antonianus, ex ijs qui ſacræ Rituum Congregationi præerant,alijque quàmplurimi Præſules & Epiſcopi in diuinorum ſtudio verſatiſſimi paſſim vſurpare ſolebant. Neque diſſimulandum quòd Ioannes Baptiſta Tuſus, Epiſcopus Acerrenſis teſtatus perſæpe eſt: Proſperum nempè Vitalianum,Biſiniani Epiſcopũ ſumma doctrina virum à ſanctiſſimo Pio V. laudatum quòd hac Palla Clericorum Regularium vteretur. Sed & Turiaſone, quæ Vrbs eſt in Aragonia (vt Sylos ait) ſacra adminiſtrabat Didacus Yeſpes, Antiſtes quà doctrinis quà probitate conſpicuus.Torquebat hunc ea maximè cura,ne quid fragmentorum è ſacrificio Miſſæ deperiret.Videbantur nanque ſibi haud ita accuratè colligi ea poſſe, quin diligentiam aliqua effugerent. Cùmque creſceret in dies ſtimulus, atque acriter vellicaret;perſcribere ad Cæſarem Cardinalem Baronium rem ſtatuit: ratus fore vt vir ſapientiſſimus, aut præſenti aliquo remedio fragmentorum iacturæ occurreret,aut ſaltem animum componeret plus nimio auxium. Et Baronius quidem cùm alia quædam in rem opportunè Epiſcopo ſignificauit; tùm illud addidit per commodam nempè forè Pallam,quam ex laudabili inſtituto Regulares Clerici uterentur.Quod vbi Antiſtes re ipſa comprobauit,& adhibuit ipſe ritum,& in morem ſua in Eccleſia ſubindè induxit,qui hodieque perdurat. Huius verò Pallæ opportunitatem atque decentiam,atque Græcorum morem ſimillimum,& alias item cauſas huius inſtituti ritus vide apud Caracciolum,Molfeſium, & Sylum; qui Bartholomæum Gauantum refellit* comm.in rubr.par.2.tit.1.*docentem hac Palla ſolos Clericos Regulares,non verò extraneos,vti poſſe.Ceterùm num aliud Priuilegium Theatinorum Ordini datum fuit?*

P.Ioan-

Digitized by Google

P. Ioannes Rhò è Societate Ieſu in progreſſ. Cleric. Regg. poſt interrog. 13. fol. 232. num. 55.

4 Priuilegia Societatis (Clericorum Regularium) Ordini communicantur. *Porrò ita eſt. Sed ſi omnia colligere ſumma fide profitebaris, ac propria Theatinorum Priuilegia recenſere tibi tædium ingerebat: ſolaque externorum communicatione contentus eras, cur vir docte non innuiſti, Theatinorum Ordini à Clemente VII. in primo ipſo Diplomate indultum eſſe, vel antequam Vaticana in Baſilica totius Cleri & omnium prope Ordinum frequentia conderetur:* Vt omnibus & ſingulis Priuilegijs, Exemptionibus, Immunitatibus, Indulgentijs, Facultatibus, Libertatibus, Auctoritatibus, Indultis, Fauoribus, Conceſſionibus, & Gratijs ſpiritualibus & temporalibus *uti poſſint*, quibus potiuntur & gaudent, aut in futurum potientur & gaudebunt Canonici Regulares Lateranenſes. *Quæ ideò rotundis characteribus hic exhibeo, quod id ipſum Diploma ſupra recitatum* in fol. 74. *diligentiſſimè legeras & accuſas* interrog. XV. pag. 265. n. 3. *At nec Priuilegia ſolùm, ſed & præclara Patrum geſta amicè dimiſeras, vt vacuis illis paginis, quas ſatis ſi libuiſſet implere poteras, ludibrio haberes, non quidem Theatinam Congregationem (vt reor) ſed pacifici certaminis Auctorem, quem planè acerbiùs impugnabas.*

---

1 *Hoc dubium mouet Caietanus (num Chriſtus vixerit ex mendicatis) & quia non vacat rem diſputare, ad verbum ponam eius ſententiam. Dicendum, ait, quod Ieſus non fuit mendicus, quia nunquam legitur petijſſe niſi à Samaritana potũ aquæ, quod conſtat non propriè eſſe mendicare: ſed fuit in paupertate mendicorum, quia nihil habebat proprium niſi veſtes, ex quo cœpit prædicare, iuxtà illud: Vulpes foueas habent. Viuebat autem non ex mendicatis, ſed ex oblatis à deuotis perſonis, iuxtà illud* Io. 13. *Iudas loculos habebat, & ea quæ mittebantur tollebat.* Et Lucæ 8. *quòd Chriſto mulieres miniſtrabant diſcurrenti prædicando de facultatibus ſuis. Nec hic beatificat mendicos, vt nominantur, ab actu mendicandi: ſed à paupertate mendicorum; quòd ſcilicet non habent vndè viuant de ſuo. Vndè nec Apoſtolos inſtituit viuere ex mendicatis, ſed ex oblatis. Hactenus ex Caietano. Hæc ſententia benè intellecta ſummam & auguſtam continet perfectionem, dùm ſic pauperem hominem conſtituit: ſic à curis amandatum, vt etiam ipſam renunciet diligentiam humanam mendicandi. Sed totum in Deum translatus, quaſi pactione cum illo firmata, ipſe tantùm curat de diuinis, ac de illis quæ ad Deum pertinent: Deus autem de humanis, & quæ illi ſunt neceſſaria. Hoc profitetur inſtitutum præclara Clericorũ Regularium Theatinorum nuncupata Religio: in qua vſque ad ſtuporem miraculumque eſt videre, quantùm ſanctiſſimi illi Patres ſui curam abijciunt, quantùmque de eis Deus curet: vt ſi Domos, ſi Eccleſias, ſi Sacraria ſeù Sacriſtias eorum inſpicias, nulla ditiſſima ac ſancta altera Religio plus illis abundet; ſic vt nec maio-*

res poſſideat Domos, nec præſtantiores Eccleſias, nec ditiora Sacraria: vt videat & confundatur Hæreticus, qui de Prouidentia Dei diffidens eam negat; aut Paupertatem ſanctiſſimam abhorrens contra eam latrat. P. Laurentius de Ponte ex Clericis Regularibus Minoribus in cap. 5. Matth. annot. moral. 63. num. 34. & 35.

DISQVISITIO DVODECIMA.

Cur ab Diuo Caietano & Ioanne-Petro, Theatinis, iniunctum Apoſtolicum inſtitutum: nimirum vt cenſibus prædijſque proſcriptis, nihil à quoquam emendicarent? An verè ijs, ſi Regnum Dei primùm quærant, omnia adijcientur? Sacrarum Scripturarum Loca illuſtrentur, & inſigniora aliquot recitentur exempla, quæ promptam Dei Prouidentiam cuilibet homini loco & tempori ac facilè repræſentent.

Card. Sfortia Palauicinus in Vindic. Soc. Ieſu cap. 40. fol. 317.

2 CArtuſiani ſummum ſilẽtium adſciuere, Franciſcani Paupertatẽ, ne commune quidem dominium ſupellectilis ac ciborum admittentem: Clerici Regulares, quibus Theatinorum eſt cognomentum, aliam Paupertatis excellentiam, vetitam certi aliquid petere: quò firmior ibi ſit vnius Diuinæ Prouidentiæ fiducia.

P. Franciſcus Pellizzarius è Societate Ieſu in Manuali Regul. tom. 1. tract. 4. cap. 2. ſect. 1. num. 2. fol. 261.

3 Addo extare in Eccleſia aliquot Ordines, qui licet neque per ſacros Canones ſint incapaces ad ſuccedendum Hæreditatibus, Legatis, Donationibus, & Annuis Redditibus; de facto tamen neque in communi neque in particulari poſſident Annuos Redditus, nec Bona Immobilia, præter Domum, in qua habitant, & locum in quo recreantur: cuiuſmodi ſunt Clerici Regulares dicti Theatini. *Sic Pellizzarius. Vin Diui Caietani dictum, & ex Euangelio ſumptum monitum illuſtremus?*

P. Paulus Sherlogus è Soc. Ieſu in Cant. Vol. 2. veſt. 1. expl. moral. ſect. 4. fol. 55. nu. 94. in illud: Oſculetur me oſculo oris ſui.

4 Cur non oſculum manuum potiùs affectat Sponſa? nempè in manibus Dei ſecularia ſunt, & quæ elabuntur. *Longitudo dierum* (inquit Prouerbiorum Author cap. 3. verſ. 16.) *in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.* At verò, oſculum oris, cùm Filius ſit, & Filius Sapientia Patris, ipſum quoque oſculum ſapientia & illuminatio eſt. Poſtulet igitur

priùs,

Digitized by Google

priùs,quod ſpiritale eſt,ſciens quoniam ſi æterna caducis præferat, nec etiam perituris fraudandam iri.Nouerat quid huius Epithalamij Poetæ accideret. Obſecraturus Numen, petijt ante opes intelligentiam di-ctumque ad eum Reg.3.cap.3.verſ.11. *Quia poſtulaſti uerbum hoc & non petiſti tibi dies multos,nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum: ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium,ecce feci tibi ſecundùm ſermones tuos: ſed & hæc,quæ non poſtulaſti,dedi tibi, diuitias ſcilicet, & gloriam.* Cùm igitur ſciret oris eſſe proloqui atque erudire,manuum dona conferre (nàm re-ctè Bernardus in præſentem verſum ſer. 4. in Cant. *Sed enim & os habet Deus,quo docet hominem ſcientiam,& manum qua dat eſcam omni carni*) ante-poſuit muneribus ſenſum,ac primùm concupiuit mentem. Sed nunquid ideò terrena defuere?haud quaquam ſanè: quid enim aut venuſtum, aut delectabile,quo non abundet Sponſa? nàm eius in gratiam & murenulę, & torques,& byſſina,& auro intexta,& laquearia cypreſſina, & vnguenta & horti,& vineta,&,vt ſummatim dicam,omnes delitiæ filiorũ hominum.Sic locupletata eſt,cui Regni cæleſtis prior cura.

5 Significaturus Chriſtus,qua morte eſſet moriturus: *Et ego*,inquit, *ſi exaltatus fuero à terra,omnia traham ad me ipſum.* Ioan. cap. 12. verſ.32. Quid eſt,*traham ad me ipſũ*?Ergo mouebuntur fundamenta terræ,& exurgent,vt Chriſtum eleuatum aſſequantur?Sequantur à ligno pendentem & flumina & montes, & quæ in his paſcuntur, nec non & Olympus, & ipſe etiam Tartarus, quando omnia ſanè? Equidem vniuerſa Crucifixũ adorauerunt,quando ad eius Nomen omne genu procumbit cæleſtium, terreſtrium, infernorũ. *Philip.2. verſ.*10.Sed tamen modò exaltari à terra ſpiritaliter concipiamus pro eo quod ſit,terrenorum curam exuere: itaque ſermo futurus ſit de ijs,quorum in Cælis conuerſatio eſt,qui Animi agriculturæ intendunt; qui ad diuina aſpirant tantùm: Ergo iſti humana amittent ob curam de ſupernis, & non finiendis? Imò præter Regni æterni poſſeſſionem, centuplum quoque accipient, & à fructu frumenti,vini,& olei replebuntur:plus eſt,trahent ad ſe met hęc vniuerſa. Bernardus ſerm.21.in Cantica:*Vndè arbitror illum ſermonem, quem dixit de ſe Vnigenitus,videlicet,ſi exaltatus à terra, omnia traheret ad ſe ipſum, cunctis quoque eius fratribus poſſe eſſe communem,his utique quos Pater præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri Imagini filij ſui, ut ſit ipſe Primogenitus in multis fratribus.Et ego igitur ſi exaltatus fuero à terra (audacter dico) omnia traham ad me ipſum.Nec enim temerariè uſurpo mihi,fratres mei,uocem,cuius me induo ſimilitudinem:quod ſi ita eſt,non putent diuites huius ſeculi,fratres Chriſti ſola poſſidere cæleſtia,quia audiunt dicentes:Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnũ Cælorum.Non eos,inquam,æſtiment ſola Cæleſtia poſſidere,quia ea ſola audiunt in promiſſione: poſſident & terrena: & quidem tanquam nihil habentes ſed omnia poſſidentes.*

6 Tribus anni vicibus, vt appareret omne maſculinum in conſpectu Omnipotentis Dei Iſrael, iuſſum ab eodem cap. 34. *Exod. verſ.* 23. At quid ſi interim potens irrumpat hoſtis, & omnia gladio, flammis, rapina depopuletur? Cur non domi relicta pars, quæ latrocinia depellere valeat? Eſto manſerint cum fæminea turba pueri, & effœti ſenes, vt monet Bonfrerius ad *verſ.* 17. *cap.* 23. Exodi; ſed quantum adiuuamentum eſt tàm fractæ ætatis? Sed vide quid polliceatur ſtatim *uer.* 24. bonum Numen: *Nullus inſidiabitur terræ tuæ aſcendente te, & apparente in conſpectu Domini Dei tui ter in anno.* Præclarè quidem *Nullus*, ideſt neque domeſticus, neque ignotus aliquis, omninò nullus; nec tantùm ab aperta violentia abſtinebit, ſed neque dolos aut inſidias ſtruet: Habe tu curam diuinorum, Gubernatorem rerum ſacrificijs & precibus cole. Cæterùm vbi humana velut contempſeris, in gratiam Cæleſtium, & ſpiritalia caducis prætuleris; ne timeas, neue formides de laribus, de ſemente, de vtenſilibus, quæ reliqueris velut abſque cuſtode: ſcuto circumdabit te veritas eius: ſcapulis ſuis obumbrabit tibi: non erit, qui conturbet domus quietē; non ſupellectilem diſſipabit quiſquam, aut agros vaſtauerit; nam fortis armatus cuſtodit ea, te cuſtodiente mandatum illius, & propterea exeunte de domo tua, & de cognatione tua. Aptè Hieronymus ab Oleaſtro in præfata Exodi verba: *Ne timeas, ò homo puſilli animi, aliquid tibi ſiniſtri accidere, cùm te in operibus occupaueris pietatis: qui enim ſolicitus eſt in his quæ ſunt Dei ſui; arbitretur Deum ergà ſe & ſua ſolicitum: itaut nihil ſibi defuturum putet, cùm curauerit, quæ ſunt Dei ſui.* Ac mihi hoc loco ſuppliciter exorandi videātur Religioſarum Familiarum Antiſtites, vti ſubditis iuxtà ſanctam Paupertatis diſpenſationem, de requiſitis ad vitam in Domino ſobriè tranſigendam prouideant, quò ſic omni liberati Temporalium ſolicitudine, integrè vacare poſſint, & videre quàm ſuauis eſt Deus, & quò Prælati audaciùs cohibere valeant, ne ſeculi oneribus ſe premāt, & ſpiritum ſuffocent. Expediret autem ſupra modum hoc obſeruari in ſacrarum Virginum Gynæceis; quibus cùm ad victum & veſtitum neceſſaria ſuppeditarentur, interdicendæ erant mundanæ alloquutiones omnes; quæ ſi negarentur, magnis iteneribus ad ſupernum brauium tenderent.

7 Miſſus Elias in Sareptam Sidoniorum, vt paſceretur à muliere vidua, petijt ab ea primùm calicem aquæ frigidæ, deindè & buccellam panis. Illa cùm ſincerè proteſtaretur non ſupereſſe, niſi quantum pugillus capere poſſit farinæ, & filium cum Matre alendum eſſe, ſubintulit Vates: *Vade & fac ſicut dixiſti, verumtamen mihi primùm fac de ipſa farinula ſubcinericium paruulum panem, & affer ad me; tibi autem & filio tuo facies poſteà.* Reg. 3. cap. 17. verſ. 13. Quid eſt primùm mihi, ò Elia? Nonne vides, tàm modicum eſſe farinæ, vt vix etiam primo ſatis ſit? Atque vt diuiſio fiat, num poſtulabat gratia humanitatis incipiendum eſſe à poſſidente?

In tan-

Digitized by Google

In tanta egeſtate peregrinis vel ſecunda tribuiſſe,laus eſt,atque magna quidem.Intuere Prophetæ ingenium.Volebat bene eſſe Viduæ, atque domui eius:ſciebat illis,qui principem conatum in Cœleſtium diligentia ponunt, ſuperaddi quæ ad corpus ſpectant:monet igitur vel ſub tanta rerum inopia,eleemoſynæ, & charitati prima deferenda;velut pronunciet:Quod mihi factura ſis, Deo noueris te facturam, nàm ego Deum repræſento:Quod ſi tu anteponas Deum hamanæ neceſſitati, & priùs de de eius Prophetæ victu cogites,quàm de tuo,filijue;conſequens proculdubio,vt quanquam egeſtas omnia opprimat, tibi tamen haud defutura ſint,quibus famem abigas.Concinnè Rupertus lib.5.Commẽtariorum in Reges cap.7.*Verumtamen vt timere non debeas,vt meritò ſpem habeas,mihi primùm fac ſubcineritium panem, paruulum.*Bene appoſuit, *vt timere non debeas:*quoniam ſi à Propheta Dei vices gerente,atque idcircò à Deo incipiat,non erit vt metuere debeat:quamobrem ſubiunxit continuò Vates:*Hoc autem dicit Dominus Deus Iſrael:Hydria farinæ non deficiet , nec lecythus olei minuetur vſque ad diem, in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciem terræ.*

8 Benedicebat Iacob caligans Iſaac,& dicebat:*Det tibi de rore Cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini Gen.cap.*27.*uer.*28.Cur ab Olympo initium benedictionis?Num quia nobiliora ſuperna?At quę de terra, ſuper ætheris dono vtilia:nàm vini & frumenti maior commoditas, quàm roris, quæ vt plurimùm mella parit------Cur non igitur Benedictionis exordium ab ijs,quæ iuuent magis? Sanè, proptereà à Cœlo Benedictionem auſpicatur Iſaac, vt quæ beneficia tellus præſtitura ſit, ea cumulatiſſima offerat:nàm ſi continget Olympum prima ſibi rapere, & hunc exquiri ante temporalia,denique regnum Dei in principio appeti; adijcientur corporalia abundanter, & torcularia redundabunt, ex hoc in illud.Strenuè Tertullianus lib.3.cõtra Marcionem prope finem. *Denique*, ait, *animaduertenda eſt hìc etiam ſtructura benedictionis ipſius; nam circa Iacob,qui quidem poſterioris,& prælatioris populi figura eſt, ideſt, noſtri prima promiſſio cæleſtis eſt roris; ſecunda, terrenæ opimitatis:nos enim primò ad cæleſtia inuitamur,cùm à ſæculo auellimur,& ita poſteà inuenimur etiam terrena cõſequuturi:& Euangelium quoque veſtrum habet,Quærite primùm Regnum Dei, & hæc adijcientur.*At cur nominatim filio rorem Cœli optat,potiùs quàm grandinem,niuem,ſpiritum procellarum; nàm & hæc quoque glebæ ſalutaria ſunt?Nempè rore deſignatur Chriſtus: ideò Eccleſia ab Iſaiæ vaticinio erudita *cap.*45.*verſ.*8. inclamat*: Rorate Cæli deſuper & nubes pluant Iuſtum.*Quo dicendi genere Concilium Hiſpalenſe *can.* 13. (vt eum in locum obſeruarunt Leo Caſtrius,& Sanchez) velari Chriſti diuinitatem expoſuit:igitur à Chriſto,à Deo benedicendi initium; præunte Chriſto, eoque ſibi principalia vindicante, replebuntur vbertate campi, atque

erunt

erunt gloria & diuitiæ in domo ſic facientis.

9 Baſilius Magnus in illud Pſal. 29. *Domine Deus meus clamaui ad te* &c. *Domine*, inquit, *Deus meus. Non omnium Deus eſt Deus, ſed eorum propriè, qui caritate ſunt ei coniuncti, vt Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob: ſi enim omnium eſſet Deus, non vtique ſeiunctim illis teſtimonium reddidiſſet quaſi aliquid eximium: eſt itaque vox iſta, Domine Deus meus, plena affectu fiducia, & conueniens ſtatui Prophetico*. At quomodò Baſilius aſſerat: *Non omnium Deus eſt Deus*. Ergo aliqui fuerint, qui ſub Deo non ſint, vel erant plures Dij, ad quos pertinuerint creaturæ, neque omnes ad vnum? An non ipſius genus ſunt, quæcunque exiſtunt, & in ipſo mouentur, ab ipſo pendent, ſicut in prima emanatione, ita in eiuſdem continuatione? Equidem Dei nomen Prouidentiæ vocabulum eſt, & quomodo prouidens ſic & Deus. Ita concipiamus: ſed alia eſt Prouidentia Dei lata, alia ſpecialis, & amicabilis: prima illa contenta eſt ſubminiſtraſſe, quod ſufficiens eſt tantùm: ſecunda ad vbertatem & delitias largitur. Cùm igitur Baſilius affirmat, non omnium eſſe Deum, loquitur de ſpecialiter prouidente Numine, ſic vt ſubindicet, non in omnes effundere dona ſua, ſiue quæ ſpiritalia, ſiue quæ corporea, prodiga munificentia, ſed in illos, qui Abrahæ, Aſaaco, Iacob ſimiles extitêre. Sed in hoc cur tamen? nimirùm hi primùm attendebant ad diuina, auſpicabantur à Cælo, quærebant Ciuitatem manentem. Creator autem videns primùm de æthereis ſolicitos, adiunxit liberaliter temporalia; & proptereà eorum, ſed non omnium ſingulariter Deus. *Hactenus Sherlogus. Vide hoc ipſum argumentum apud P. Didacum de Celada in Iudith* cap. 12. num. 31. §. 8. *egregiè pertractatum. Sed quia Diuinum hoc inſtitutum plurimùm intereſt explicare, & lectores meos ad ſpem omnem in Deum ritè conijciendam incendi, quem ſubijcio, quoniam baſilicè, ac diſertiſſimè diſſerit, audiendus.*

P. Henricus Engelgraue è Societate Ieſu in Luce Euangelica par. 1. Dominica XIV. poſt Pentec. fol. 540.

Nolite ſoliciti eſſe dicentes: Quid manducabimus? Matth. 6.

10 Exercitum ſexcentorum millium virorum, in locum deſertum, in ſterile ericetum, deductum, illicque per totos quadraginta annos, caſtrametatos, omni bellico apparatu, omni militari annona, omni commeatu deſtitutos, nec quidquam tam numeroſis militum copijs, in ſumma humani omnis ſubſidij inopia defuiſſe, *à ſæculo non eſt auditum:* ac prima fronte commenta cenſeri poſſent, quæ ſacris literis conſignata ſunt. Etenim Numerorum 1. Moyſes ait: *Fueruntque omnis numerus filiorum Iſrael, qui poterant ad bella procedere, ſexcenta tria millia virorum, quingēti quinquaginta*; quibus ſi mulieres cum paruulis annumeres, conficiet populus Hebraicus, vt Salianus *an. Mundi* 2545. *n.* 165. ſupputat, facilè tricies cē-

tena millia hominum.Quis tantæ hominum multitudini,per annos complures de commeatu proſpiciet? *Numquid poterit Deus parare menſam in deſerto?* Pſal.77. Quo regius Pſaltes profuſa Dei in Iſraelitas beneficia complexus,appoſitè ab hoc verbo,*Attendite*,auſpicatus eſt.*Attendite* porrò hic mecum diuinam in mortales prouidentiam, & veriſſimum illud comprobabitis,quia *Pſal.39. Dominus ſolicitus eſt* noſtri. Hæc argumento eſse poſſunt:*Pluit illis manna ad manducandum,& panem cœli dedit eis.* Quis vnquam,aut vſpiam panes pluiſse accepit? quod Exodi 16.factitatum legimus.*Pſal.77.Ecce ego pluam vobis panes de cœlo;*qua via nullus hoſtium incurſus,commeatum valeat intercipere.At cùm flumina deſiderarentur & fontes,vndè potus ſuffecit?Hebræi apud Genebrardum, dicunt hunc panem offæ inſtar,vna potui ſeruijſſe;quod non ſimile vero,cum diſertè Propheta aſſerat: *Et eduxit aquam de petra & deduxit tanquã flumina aquas.* Tenuis hic videri poſset commeatus,milites ſuſtentari ſolo pane & frigida,nullo alio condimento adhibito. Sed rurſus *attendite*, cujuſmodi hic panis fuiſse tradatur:*Sap.16.Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cœlo præſtitiſti illis,ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem,& omnis ſaporis ſuauitatem.*

11 Quod ſi in hoc vno edulio, cuiuſuis obſonij ſapor, pro voto reſpondit palato,certè nec his aquis,mellis dulcedinem abfuiſse,credendũ eſt.*Salian.an.Mundi* 2545.*n.*165.Quid? cùm iam cupedias cæleſtes nauſeantes,carnes expoſcerent, ait Moyſes, coturnices,non ſolùm demiſſas in caſtra fatigatas,ne longiùs auferrentur, ſed vndequaque in circuitu caſtrorum,itinere vnius diei diffuſas,adeò vt quacumque ex parte caſtrorum,quis iter facere vellet,ſpatio diei vnius conferta coturnicum agmina reperiret:quarum immenſam multitudinem expreſſit Dauid,cùm has auiculas pluuiæ guttis,& pulueri terræ,& arenæ maris comparauit: *Pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes,& ſicut arenam maris volatilia pennata:& ceciderunt in medio caſtrorum eorum, circa tabernacula eorum;* adeò vt ſi ſingulis familijs attribuas decem coros,in vnius menſis cibum,euadet ſumma ad quatuor millia millionum coturnicum.*Attendite* hic præter illam copiam, teſtem diuinæ liberalitatis & poteſtatis, multiplicem Dei benignitatem in populum querulum,& peruicacem;non dedit piſces, ſed carnes quas petierant: *non* (enim) *ſunt fraudati à deſiderio ſuo*. Nec dedit oues aut boues,vt Moyſes ſuſpicabatur,ſed aues pingues,& delicijs idoneas,ſaporis boni ac iucundiſſimi:nec in vnum diem,ad vnicam cœnam,vt in deſerto Sin;ſed ad integrum mẽſem, donec verterentur ingurgitatis in nauſeam: boni autem ijs affatim delectarentur. Denique aucupium dedit non laborioſum,ſed facile ac iucundum:volabant enim in aëre duobus cubitis altitudine ſuper terram,vt pueruli hac venatione recrearentur. Ita Salianus.Sed parum hoc,de victu abundè proſpectum fuiſſe; inſuper omnia

neceſ-

Digitized by Google

neceſſaria ſuppeditauit. Non opus, vt per familiam hîc fieri aſſolet, in longas hyemes proſpicere de candelis, aut facibus: *Deduxit eos in nube diei, & tota nocte illuminatione ignis.* Ad cæleſtem hanc facem noctu incedere, legere, ſcribere valebant. Nulla ſecum hic copioſiſſimus exercitus impedimenta trahebat: non currus, non pontes, non cymbas, aliaue adminicula, quibus foſſas aut flumina traijcere poſsent; at vbi eò ventum eſset, *interrupit mare, & perduxit eos, & ſtatuit aquas quaſi in vtre*: ſicco pede omnes tranſierunt.

12 Si quis militares copias luſtret, quæ ad 40. annos in campo, ſub dio nunquam veſtes ponẽdo, pernoctarunt, vix, dum centone: aut lacinia tectos, nudos humeris capite, pedibus, Adamitas dixerit; aliter benigniſſimus parens filijs ſuis proſpexit, quorum non veſtimenta modò, ſed ne pilus conſumptus eſt. Deuter. 39. *Adduxit vos quadraginta annis per deſertum: non ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceamenta pedum veſtrorum vetuſtate conſumpta ſunt.* Quid? quod amplius eſt, accreſcebant veſtes & calcei cum illis, & cum paruulis eorum. Addit Hieronymus, capillos & barbam in deſerto non creuiſse, lib. 2. ad Iouin. *Gomor*, inquit, *manna vniuerſis ætatibus, vna in cibo menſura eſt. Veſtitus pariter non deteruntur: capilli ſimul non augentur, barba in commune non creſcit.* Vndè nullis opus tonſoribus, imò nec chirurgis aut medicis aut medicamentis, quia *non erat in tribubus eorũ infirmus.* Vbi hæc tanta, tamquã luculenta diuinæ prouidentiæ ac munificentiæ in contumacem populum teſtimonia ſpectamus, etiamnum anxij hærebimus, quibus vitam & ſanguinem dedit, quos corpore ſuo paſcit, tot ſacros gratiarum fontes aperuit, ne forte aliquid deeſse patiatur? poſt hæc tàm larga inexhauſtæ bonitatis in nos flumina, nonne iure meritiſſimo commonẽt: *Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis: neque corpori veſtro, quid induamini; omnem ſolicitudinem proijcientes in eum, quoniam ipſi eſt cura de vobis?* Etenim ſi argumentum à minori rectè concludat, cùm de bobus, de coruis & paſseribus, cura ſit ei; quomodò eos, quibus hæc omnia ſeruiunt, quoſque vita ſua chariores habet, deſtituere velle formidamus? *Si volatilia* (inquit Hieronymus hîc) *Dei prouidentia aluntur, quæ hodie ſunt, & cras non erunt; quantò magis homines, quibus æternitas promittitur?* Quibus anima immortalis eſt, quos ad imaginem ſuam cõdidit, quos capaces fecit gloriæ ſuæ, quos tàm carò redemit. Cuius vim argumenti expendamus.

Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater veſter cæleſtis paſcit illa.

13 P. Balthazar Aluarez—–omnem ſolicitudinem in Deum conieceral hac nixus ratiocinatione: Si quem fidum nactus eſses neceſsariũ, qui eo te amore complecteretur, vt tuos omnes famulos ac familiares, byſso & holoſerico pretiosè conueſtiret; non modo de neceſsarijs proſpi-

ſpiceret,ſed ſplendidè,indulgenterque eos haberet,idque in tui gratiâ quia tui ſunt.Etiamnum aliqua ſuboriri poſſet dubitatio, quin maiora beneuolentiæ argumēta,amicus ille vbi potuerit,potiſſimùm neceſſitate quapiam vrgente, tibi exhibiturus eſſet. Deus non modo integerrimus amicus, ſed & benigniſſimus pater, in noſtri gratiam candore ſuo veſtit lilia,hortos floribus,arbores fructibus,feras pellibus, volucres plumis: quæ omnia in ſeruitium noſtrum condita ſunt: & dubitamus adhuc de paterna Dei cura in nos;ne fortè deſtituamur?ipſa Sapientia æterna hoc quemuis,niſi à ratione alienum,argumento conuincit: *Reſpicite volatilia cæli.*Quæ aureè illuſtrat Antiochenus Antiſtes: *Si illorum, quæ propter nos creſcunt,tantam Deus curam gerit,quantò potiùs noſtri,quos dominos fecit?* Quod vt manifeſtius fiat, iuuat ſingularem, in ipſas volucres cœli, Dei Prouidentiam penitus rimari,& admirari. Nidulos ſuos in deſerto, in ſiluis,in caua arbore,in exeſis rupibus,loco vt maximè arcano, & ab omni hominum cœtu remoto,defigere conſueuere:quis illic nudo palumbi, aut implumi paſſerculo ita proſpectum arbitretur,vt nihil angoris aut ſolicitudinis eos teneat?pluit,grandinat,tonat,fulminat;pulli tuti ſunt. Nulla ſolis ſiccitas,nulla ſoli ſterilitas, nulla frumenti calamitas, volatilia cœli ſuo alimento deſtituit,*quia Pater veſter cæleſtis paſcis ea.* vndè nec famem, nec vllam temporum iniquitatem queri norunt.Et populum electum ac prædilectum,in deſerto velut volatilia, à paterna Dei manu educatum fuiſse,demirabimur?Elias fugiens perſecutionem Ieſabelis, errabat per deſertum, longè à ciuitatibus & conſpectu hominum: quis illi de victu proſpexit? Quæro & ego cum Propheta: *Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad Deum,vagantes eò quòd non habeant cibum?* Peculiare quid eſt in pullis coruorum,quòd à parentibus ſuis deſtituantur.S. Thomas docet,*ſeptem diebus negligi à parentibus*. Ex mente Chryſoſtomi, *dicitur coruus propter ingluuiem ſuos non alere filios;illos verò penuria oppreſſos,naturali quadam apud Deum voce vti.* Aliam cauſam adlegat Gregorius,quòd ouo excluſos,cum nigredine careant,eos pro ſuis non agnoſcant: *Editis pullis,*inquit,*eſcam plenè præbere diſſimulant,priuſquam plumeſcendo nigreſcant.* Quis ergo deſertos à parentibus paſcit pullos coruorum?aut vnde viuūt? S.Hieronymus:*Philoſophi dicunt,quòd rore viuant pulli coruorum.* S.Chryſoſtomus dicit, *paruis quibuſdam, quæ intra nidum procreantur, beſtiolis nutriri.* Vel vt alibi:*Expoſitis ad aerem pullis, obuolitant animalcula quædam, diuina prouidentia ſuppeditata, quæ captantes illi, creſcunt & aluntur*. Vt-vt ſit, conſtat eos nutriri, creſcere, plumeſcere, non alia, quam munifica Dei Prouidentia, *qui dat eſcam pullis coruorum, inuocantibus eum*. Vnde hanc D. Lucas concluſionem infert: *Conſiderate coruos, quia non ſeminant, neque metunt: quibus non eſt cellarium, neque horreum, & Deus paſcit illos;quantò magis vos?*Quare nemo quidquam demirabitur, ſi Eliæ in deſer-

Digitized by Google

deſerto exiſtenti, dixerit Deus: *Præcepi coruis vt paſcant te.* Cuius imperio *corui* quoque deferebāt ei panem, & carnes mane: ſimiliter panem & carnes veſperi. Hæ rapaciſſimæ aues omnem hunc commeatum dubio procul abſumpſiſſent in via, niſi illi eſset cura de nobis.

14 Parum hoc, per volucres hominem paſci; adijciam & maiora; ipſos cælites ad miniſterium noſtrum deſtinauit: etenim dùm Elias egeſtatem ſuam ſecuro ſomno ſolaretur, adfuit Angelus è cælo dapifer, panem & fontem adferēs. Nunc è ſiluis in vrbem principem Babylonem, pedem referamus, ibique Danielem in lacu ferocium ac famelicorum leonum reuiſamus, quorum vt potens Dei manus ora frænarit, potuiſſet vel ſolo metu, vel etiam inedia emori, niſi omnem ſolicitudinem ſuam conieciſſet in eum, cui Daniel curæ ac cordi erat, vt cælites adminiſtrum miſerit, qui Abacuc portantem cibos meſſoribus, arrepto vertice Danieli ſtitit; quod diuinæ munificentiæ prodigium, ne animo excideret, Philippus Boncompagnus Bononienſis, Cardinalis S. Xiſti, pro ſymbolo adlegit, hoc lemmate adiecto: *Si Deus nobiſcum, quis contra nos?* Vndè S. Cyprianus hoc diuinæ Prouidentiæ ſingulari prodigio ſic incredulos confirmat: *Quando factum eſt vt iuſto poſſent deeſſe ſubſidia vitæ, cùm ſcriptum ſit: Non occidet Dominus fame animam iuſti. Elias in ſolitudine coruis miniſtrantibus paſcitur, & Danieli in lacu ad leonum prædam iuſſu Regis incluſo prandium diuinitùs apparatur; & tu metuis ne operanti tibi & Dominum promerenti deſit alimētum? vndè hæc incredula cogitatio?*

15 Libro iudicum capite 15. vbi Sampſon mandibula aſini mille viros trucidaſſet, defeſſus, *ſitienſq; valde, clamauit ad Dominum, & ait: Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutem hanc maximam, atq; victoriam; en ſiti morior.* Vnde illi, vbi *ſitis, ardor, arenæ*, hauſtum frigidæ ad manum fuiſſe arbitramini? *Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla aſini & egreſſæ ſunt ex eo aquæ. Quibus hauſtis, refocillauit ſpiritum, & vires recepit.* Vnde & loco nomen fontis, ſtupendo ſanè prodigio, opportunè ſalientis, inditum eſt. Hæc dùm in Iſraelitis, in Sampſone, in Elia, in Daniele obſtupeſcimus, occurrat animo, quia non eſt abbreuiata manus Domini: non pauciora, nec minus illuſtria, in lege noua Redemptor noſter Prouidentiæ ſuæ ſigna monſtrauit. Marci 8. *Cùm turba multa*, quinque millium hominum, citra paruulos, *nec haberent quid manducarent*, procul ab vrbibus, *in deſerto*, vbi nihil ſuppetebat; *nec habent quod manducent hi*: iamque ad extremam famem redacti, *quia ecce iam triduo ſuſtinent me, & ſi dimiſero eos ieiunos, deficient in via*. Quin vt olim Iſraelitæ: *Nunquid poterit nobis parare menſam in deſerto?* Ita in præſenti: *Vnde illos quis poterit hìc ſaturare panibus in ſolitudine?* Et Philippus Ioannis 6. *Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat.* Eiuſmodi anxia ſolicitudo, hodierna die complurium animos ſubit, quorum hac miſera bellorum tempeſtate, fami-

Digitized by Google

familiares querelæ ſunt: Quid confert me talis loci toparcham, tot prædiorum dominum nũcupari, tot iugera terræ numerare, cùm ex ijs nullus, aut certè exiguus cenſus redundet: cùm ex viginti, ex quadraginta millibus annuis, vix centum recipiam? & quid hæc inter tantos? inter tot liberos? inter tot famulos? inter familiam adeò copioſam? ſi ciues, ſi mercatores audieris, hi miſeriarum Iliadem pertexunt: commercia vltrò citroque intercidi, aut certè merces militum direptioni proſtitui: debita in annos plurimos produci, à paucis perſolui, iacturam maximam, emolumentum minimum: numeroſam prolem, parum in ſpe, nihil in re, nihil in penu, nihil in ſolario, nihil in cauea, niſi forte lecythus olei, pauxillum farinæ: & quid hæc inter tantos? ita anxiè exagitentur, qui ignorant, quàm prodigè, quàm prodigialiter Redemptor noſter miſertus ſuper turbam, in deſerto omnes affatim refecerit, pauerit ad ſaturitatem. Hinc rectè Chryſoſtomus commonet: *Niſi voluiſſet conſeruare, quod erat, nõ creaſſet; quod autẽ ſic creauit, vt per eſcam ſeruetur, neceſſe eſt, ut det ei eſcam, quamdiù vult eſſe, quod fecit.*

16 Maria illa Ægyptiaca poſt admirabilem conuerſionem, cùm vocem hanc cæleſtem obaudiuiſſet: *Si tranſieris Iordanem, inuenies requiem:* quinque panes ſecum in deſertum aſportauit, vbi quadraginta ſeptem annis, hoc exiguo pabulo, vt Abbati Zoſimæ ipſa ingenuè faſsa eſt, vitam tolerauit; non tam gulæ illecebris, quàm animæ delicijs. Quid mirum? inquit Hugo: *Qui dedit animam quæ magis eſt, dabit eſcam quæ minus eſt. Anima enim plus eſt, quàm eſca.* Qui volet rariſſimi portenti inſtar habeat, Eliam olim à voraci volucri paſtum, quaſi non talia ac vberiora in lege gratiæ beneficia Paulo præſtita: ad quem dum coruus 60. annos dimidium panẽ attuliſſet, vbi Antonius Paulum conueniſset, integrũ attulit; & vt Hieronymus, *militibus ſuis Deus duplicauit annonam.* Iam verò quis diuinæ Prouidentiæ diffidat, qui Ioannem præcurſorem Domini locuſtis & melle ſilueſtri: qui alterum Ioannem ſolitudinis inquilinum, quatuordecim omninò annos, à nemine mortalium viſum, ceruæ lacte (quod & Ægidio accidit) educatum, S. Rochum quotidie à cane panem excepiſſe, attendat. Hæc & ſimilia expendens Theophylactus: Chriſtus *potuiſſet afferre in exẽplum Eliam, & Ioannem, &c. meminit auium; vt admoneret nos etiam illis magis brutos eſſe,* ſi adhuc de Prouidentia Dei erga nos, anxij ſuſpicari velimus; qui fide, eaque diuina qua nulla certior, aſseuerat, quia ſolicitus eſt noſtri. Et irrefragabili veritati fidem denegamus; cuius rei indignitatem, vt Deo iniuriam, hiſce verbis exaggerat Saluianus: *O peruerſitas! homini ab homine creditur, & non creditur Deo; omnia in rebus humanis ſpes futurorum agũt: ideò terris frumenta credimus, &c. ſolus Deus eſt, de quo deſperatur.* Homo committit litem ſuam cauſidico, ſanitatem & vitam medico, munus obtinendum potenti aulico; cæcus ſe ſinit regi à puero, à catello, & homo non

fidit, nec ſinit ſe regi à Deo: enimuerò dubitabit an recte dirigatur, an decipiatur, an à benigniſſimo Patre deſtituatur. Valet hìc illud Petri Chryſologi: *Homo homini exiguæ chartulæ obligatione conſtringitur: Deus tot ac tantis voluminibus* (ſacrarum literarum) *cauet, & tamen debitor non tenebitur?* ne quis authenticas eius ſyngraphas requirat.

17 Varia ſacrarum literarum teſtimonia congerit D. Auguſtinus, *de orat. Domin.* expendens illud, *Panem noſtrum quotidianum*: *Non poteſt*, inquit, *quotidianus cibus deeſſe iuſto, cùm ſcriptum ſit: Non occidet Dominus fame animam iuſti*. Et iterum: *Iunior fui, etenim ſenui, & nõ vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.* Et iterum: Quærentibus regnum Dei & iuſtitiam eius omnia promittit apponi; & cùm ſint Dei omnia, habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit. Et Chriſtus ipſe veritatis teſtimonium à diſcipulis ſuis perhiberi vult, dùm eos percunctatur: *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil*. In his vos ad interpretes remitto. Vni Iſaiæ loco paululùm inhærebo: *Numquid obliuiſci poteſt mulier infãtem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? Etſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.* Arctiſſimum naturæ vinculum, quo proli parentes adſtringuntur, quod ſumma illa Dei benignitas ſæpius in captis etiamnum auium pullis oſtendit: experientia enim non ſemel deprehenſum eſt, paſſerculos nido ſubductos, vimineæ caueæ incluſos, à parentibus eſcam accipere & enutriri, nec in vinculis derelinqui. *Multis paſſeribus pluris eſtis vos*. Et quoniam vult nos Redemptor noſter volatilia cæli reſpicere, inauditum matris in prolem, amoris exemplum capite: An. 1580. Francofurti cũ incendium ortum eſſet, flamma afflauit nidum ciconiæ: mater cum eſca reuerſa, vt nidum ardere cõſpexit, illicò ad flumen vicinum ſe proripuit: roſtrum aqua oppletum in flammas euomit; ſed cùm nil efficeret, ſuperuolitare, vnguibus ac roſtro ligna decerpere, tandem alis ſuper expanſis, vt vel ſic flammas ſuffocaret, ſe illo & amoris igne, vna cum pullis, tumulauit. Is animus, is amor brutis animantibus, eo affectu ſuis ſuccurrere proprio ſuæ vitæ diſpendio ſatagunt: temerarius ſit qui ab his benegniſſimum Redemptorem noſtrum, qui animam pro nobis poſuit, vllo modo vinci poſse in animum inducat. Incendium paupertas eſt, incendium omnium bonorum vaſtatio eſt, & dubitabimus fonti miſericordiæ aquas deeſſe, quibus illud largiſſimè reſtinguat? Fuit non ita pridem vnus aliquis captiuus inter Angliæ Martyres, qui ardentiſſima ſiti vrebatur, iamque exſtinguendus erat, ni qua potus ſubueniret. Humana ſpe omni reciſa, Pater miſericordiarum, qui dat omnibus affluenter, in vinculis non dereliquit eum: ſed de repente vſque eò denſus cœlo imber ingruit, vt eum per clathros, galero excipiens, abundè ſitim leuarit. Certè viſcera parentum commouentur, vt neceſſitati filiorum ſubueniant, & vt mali

ſint,

Digitized by Google

ſint, *norunt bona data dare filijs ſuis; quanto magis Pater veſter cæleſtis?* Vndè ſolerter obſeruat Chryſoſt. *Scit enim pater ueſter, quia his omnibus indigetis; non autem dixit, Scit Deus, ſed, Scit pater veſter, ut eos in maiorem ſpem ducat: ſi enim pater eſt, non poterit deſpicere filios, cùm nec homines patres hoc ſuſtineant. Dicit autem quoniam his omnibus indigetis: qualis enim eſt pater, qui ſuſtinet etiam neceſſaria filijs deeſſe?* Hanc paternam in ſe miſericordiam expertus regius Pſaltes, exclamat: *Quomodò miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe.* Tandem vt pater, imò & mater, in quibus affectus tenerior, obliuiſci poſſit infantem ſuum, *ego tamen*, inquit Dominus, *tui non obliuiſcar*. In parentibus hoc accidere poſſe, Propheta teſtatur, dicens: *Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me.* Et manifeſto patet in Agar, quæ puerum in deſerto deſeruit: *Cùmque conſumpta eſſet aqua*, omni humano auxilio Iſmaël deſtitutus videbatur, ſed minimè diuino; *exaudiuit autem Deus vocem pueri;* quam aſſumens Chryſoſtomus: *Nullam*, inquit, *ſalutis ſpem iam habenti, ſuam miſericordiam exhibuit, pueri curam gerens.* Quid puero à parentibus inter luſtra ac feras depoſito, ſubſidij ſperãdum erat? niſi fortè patris fidem hìc profuiſſe, & promiſſo ſuo Deũ teneri velimus. Sed quid de ſubulco illo ſentietis, de quo mirum illud exſtat prodigium. Comates opilio in Sicilia pecora paſcens, ab hero cauæ arbori includitur; qui exacto iam anno reuerſus, arborem rimatur, Comatem viuum ac validum reperit, atque vna aduertit ex arbore fauum mellis ſupernè ſtillare, quo ille id temporis victitarat.

18 Eò neceſſitatis nemo quiſquam veſtrum redactus eſt; vt tamen alicui obtingeret, nec ſic de Dei bonitate diffidere, ſed rectè ſentire deberet: in omni penuria opulentiſſimum diuinæ prouidentiæ penum fiducia pandit; quantùm ſperamus, tantùm tenemus, vt rectè Bernardus in illa verba: Omnem locum quem calcauerit pes veſter, veſter erit. ſic ait: *Pes ueſter, ſpes ueſtra eſt: quantum illa proceſſerit, obtinebit.* Quin imò contra ſpẽ in ſpem, & ſi non habet quod ſperet, deſperet nihil. Illud Maximiliani II. Imp. ſymbolum ſibi vſurpet: *Dominus prouidebit*, qui non deſerit ſperãtem in ſe. Quare *iacta ſuper Dominum curam tuam & ipſe te enutriet*. Sed dicet aliquis, Quomodo hoc verum, cùm multi è fidiſſimis Dei amicis, quos inter Paulus, fame & ſiti miſerè diuexati ſint? Obiectioni occurrit Auguſt. in illa verba: *Quærite primum regnum Dei*, ipſum audite: *Cùm autem legamus in fame & ſiti Apoſtolum laboraſſe, non exiſtimemu hìc Domini promiſſa titubaſſe; quandoquidem iſta ſunt adiutoria, medicus ille cui nos totos commiſimus, nouit quando apponat, & quando detrahat, ſicut nobis iudicat expedire.* Quod D. Thomas confirmat: *Sicut medicus abſtrahit ab infirmo cibum & potum, ut curet eum, ſic Dominus, qui habet prouidere, permittit hominem pati, ut curetur.* Quã rerum humanarum inopiam, quis non videat vberrimam cæleſtium donorum copiam? *Hactenus Engelgraue. Sed alium demum adijciamus.*

P. Hic-

Digitized by Google

P.Hieremias Drexellius è Soc.Ieſu in Heliotrop.lib.5.cap.7.

19 Omnia quidem in manu Dei ſunt,non malè tamen quiſpiam dixit,tres claues Deum penes ſe habere, quas nemini committat: vnam quidem clauem ad promendas pluuias, ventos, niues, & alios eiuſmodi partus aeris;clauem alteram ad reſeranda ſepulchra, & reuocandos in vitam mortuos,tertiam ad penu & omne genus alimoniæ.Quòd ſi Deus has promptuarias cellas occludat, quis aperiet? Ergo Deus rerum omnium promus condus: ab ipſo impetrandum, quicquid ducendæ vitæ neceſſarium eſt.Marcus anachoreta dicere ſolebat:Qui Deo non fidit in his caducis,quantò minus fidet in alijs æternitatem ſpectantibus.Et primum argumentum quo Chriſtus in noſtram diffidentiam vſus, hoc eſt: Nonne anima plus eſt,quàm eſca,& corpus plus quàm veſtimentum? Hîc validiſſimis argumentis eximit animo ſolicitudinem illam peſſimã circa veſtitum & victum, docetque in alma Dei Prouidentia vnicè confidendum.Si enim Deus tàm prouidens & liberalis eſt in ijs, quæ videntur operoſiora,cur Deum obliuionis arguimus aut incuriæ in ceteris minùs operoſis? Si corpus dedit, cur veſtem neget? qui donat equum, cur ſubtrahat frenum?Nonne vita pretioſior eſt quàm id quo alitur vita, & corpus præſtantius quàm id quo tegitur corpus? vtique. Qui ergo nihil ſolicitis, imò nec quidem exiſtentibus nobis in rerum natura,vitam corpuſque dedit, dabit procul dubio & ea quibus vita & corpus ſunt ſuſtẽtanda,præſertim cùm ipſe voluerit vitam corpuſque his indigere. Si ergo maiora dedit vltro,declarauit ſe minora etiam & poſſe,& velle dare. Dabit autem non quidem otioſis nobis, quos non ad otium creauit, ſed vacuis ſolicitudine, hanc enim Deus in ſe vult reijci.Pulchrè Iobus de coruorum coco interrogans:Quis,inquit,præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant vagantes, eò quòd non habeant cibos. Hoc ipſum ab auibus ſumptũ argumẽtum ingerens & Chriſtus: Reſpicite, inquit,volatilia cæli,quoniam non ſerunt,neque metunt,neque congregãt in horrea, & pater veſter cæleſtis paſcit illa: Nonne vos magis pluris eſtis illis? Hoc ipſum ſępius inculcans hic è cælo magiſter: Nonne, inquit,duo paſſeres aſſe væneunt,& vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro. Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere,multis paſſeribus meliores eſtis vos.

20 Alterum argumentum ſumit à brutis animantibus, quæ citra omnem ſolicitudinem paſcuntur, vt vel in illis diſcamus amplitudinem diuinæ Prouidentiæ,in quam recumbamus. Hanc enim vt apertiſſimam faciat, non adducit paſtum in deſerto Iſraelem annis quadraginta: non laudat Eliam à coruis nutritum,ſed brutas animantes obijcit,idque non leones,vrſos,elephantes,aut alia id genus grandia animalia, quæ & ipſa diui-

Digitized by Google

diuinitùs paſcuntur,ſed animalium minima,auiculas,quæ & cùm cantui ferè vacent,& veluti obiter ſumant cibum,maximè à ſolicitudine liberę videntur. Et homo qui pluris eſt innumeris auiculis, Deumque non Dominum tantùm,ſed & Patrem agnoſcit,ſic angatur animo?

21 Poſt demōſtratā Dei Prouidentiā in auiculas & capillos,quā circa floſculos gerat oſtendens: Conſiderate, inquit, lilia agri, quomodo creſcunt: non laborant, neque nent: Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis. Si autem fœnū agri quod hodie eſt,& cras in clibanum mittitur,Deus ſic veſtit, quantò magis vos minimæ fidei? Videte igitur quàm non ſoliciti ſint agreſtes floſculi,de ſuo,quo triumphant veſtitu, nam omnem decorum ſuum vni Deo referunt acceptum, apertè profeſſi ſe nihil debere humanæ curæ. Rerum naturam,quæ à Dei Prouidentia eſt,hominum induſtria & cura imitari poteſt, aſſequi non poteſt. Adeò vt magnificentiſſimi Regis Salomonis exquiſitus,atque ad miraculum vſque ornatus ac pretioſus cultus,floris contemptiſſimi elegantiam neutiquam exæquet. Vos iam ipſi iudicate,ſi Deus viliſſimas herbas breui demetendas & in furnum rapiēdas tam pulchrè amicit, quantò magis vos, immortalitati à ſe conditos veſtiet,curabitque neceſſaria, non tegendo tantùm corpori, ſed ſi opus ſit,etiam ornando. His & tertium quoque argumentū adnectit Chriſtus, Et: Quis autem veſtrum cogitans,inquit, poteſt adijcere ad ſtaturam ſuā cubitum vnum? Imò minuet potiùs ſolicitudine: nihil hic vllius induſtria profecerit. Si ergo, inquit Lucas, neque quod minimum eſt poteſtis,quid de ceteris ſoliciti eſtis? ſi rem tantillam vel maxima ſolicitudo non promouet, vt ſcilicet corporis ſtatura nonnihil augeat, quomodo corpus in vita ſeruare poterit quantauis annonæ opumque congeſta copia,niſi adſpiret Dei Prouidentia? Inanis & irritus eſt omnis labor veſter,niſi Deus illum proſperet. Huic ergo alendi corporis curam permittite,cui & augendi,quia hoc quàm decentiſſimè ac ſuauiſſimè,veſtris curis nil opitulantibus, faciet. Aperit ille manum ſuam & implet omne animal benedictione.

22 Cùm ergo Deus,quæ ad vitā neceſſaria, prouideat omnibus, Nam, ęqualiter cura eſt illi de omnibus,qui fit tantam vbique multitudinem eſſe hominum egentiſſimorum; videtur Deus res humanas ſuo fluxui permittere. Mira, mi homo, circa paupertatem hominum, Dei Prouidentia eſt. Verè Chryſoſtomus: Non tantùm pauperes diuitibus, inquit, ſed hi illis indigent,& magis. Et fingamus duas vrbes, quarum illam ſoli diuites, hanc pauperes ſoli habitent, nullum poterit inter has eſſe commercium: in illa nulli erunt opifices,non operæ mercenariæ, nullus illic ſartor, piſtor,ſutor, nullus faber,inſtitor, agricola: has artes opulenti non factitant, nulli hìc ſerui,ancillæ nullæ. qualis igitur hæc vrbs,ſi aliena

ope

ope deſtituatur? In altera ſat erunt eorum qui calceos ſuant, qui veſtes conficiant, qui agros colant, qui ſibi denique re modica ſufficiant. Si omnibus itaque abundè ſuppeterent ea quæ vitæ ſuſtentandæ ſunt, quid demum ſequeretur? Interitus omnium opificiorum, operarum fabrilium, artificiorum. Subſtructiones, nauigationes, aucupia, piſcationes, mercaturæ peſſum irent: & qui Domini forent, ſi nulli eſſent qui ſeruos ſe profiterentur? Ita Paupertas conſeruat humanam gentem & ornat: Paupertas induſtrios facit & laborioſos: Paupertas ſuſcitat artes. Exulet Paupertas penitùs ab Orbe, ſimul boni mores, & Virtutes penè omnes exulabunt. Edere, bibere, ludere, helluari, græcari & pergræcari, primarium erit negotium: Luxum comitabitur luxuria, Diuitias vitia. Vbi rerum omnium abundantia eſt, ibi plerunque etiam vitiorum. Teſtantur hoc vberes anni, quibus plenæ potatorum cauponæ, in omne genus turpitudinis & inſaniæ deſpumant. Teſtatur hoc Diluuium cuius principia fuerunt luxus & otium, hinc præmortui pudoris & plena libidinibus vita omnium. En, quanta Dei prouidentia, quæ à laſciuia ad laborem trahit homines paupertate; labor optimos citat. Quicquid vſpiam pulchri cernimus, ab ijs elaboratum eſt, qui pecunia non abundarunt, ideò labores ſuos vendere coacti ſunt.

23 In ipſa porrò paupertate quanta Deus Prouidentia ſuccurrit! Non affliget Dominus animam iuſti. Beatus Franciſcus coram Aſſiſinate Præſule vili duntaxat linteo tectus: Nunc, inquit, liberrimè dixero: Pater noſter qui es in cælis. Idem ſuis in viaticum dare ſolitus eſt illud pſaltę: Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet. Romano autẽ Pontifici de alimentis ſciſcitanti reſpondit: Matrem quidem habemus pauperẽm, Religionem, ſed patrem ditiſſimum. Ita prorſus eſt: hic Pater tanta ſuos cura & prouidentia complectitur, vt cùm humana deſunt auxilia, ſubminiſtret diuina. Vt annonam præſtaret Eliæ, ſuam nobis prouidentiam ingeſſit. Primò quidem, prophetæ dapiferos iuſſit eſſe coruos. *Corui quoque deferebant ei panem & carnes manè, ſimiliter panem & carnes veſperi.* En aues rapaciſſimæ quæ alioquì commiſſum ſibi commeatum cõſumpſiſſent in via, niſi obſtitiſset diuina prouidentia, iam etiam à dapibus ſunt, & ad cyathos ſtant. Deindè hunc ipſum Eliam Deus per pauperculam viduam pauit, cuius omnes facultates erant pugillus farinæ, & parum olei quo vngeretur, non quo veſceretur, & tamen quot farinæ modij, quot libræ olei in paupertino hoc penore latebãt? Tertiò cùm Elias egeſtatem ſuam ſecuro ſomno ſolaretur, adfuit alius è Cælo dapifer, Angelus, panem & fontem adferens, vti Habacuc Danieli meſſorum tulit delitias. Eandem hanc ſingularem beneuolentiam Deus ſexcentis alijs ſuorum amicorum exhibuit, farinam, panes, oleum, vinum, occulta vi augendo, aut cùm hæc penitus deeſſent, inſperata gratia ſubmittẽdo. Et quam-
uis

uis hæc talia nos ipſi nonnunquam experiamur,nihilominùs ingens vbique diffidentia eſt trepidantium, ne deſint vitæ neceſsaria: cum Iudæis etiamnum vociferamus: Numquid poterit Deus parare menſam in deſerto?Numquid & panem poterit dare?Adhuc Philippi vox auditur:Sed quid hæc ſunt inter tantos?tot hominum fami non ſufficient iſta. O verè minimæ fidei homines!Scit Pater veſter quia his omnibus indigetis.Nũquid Dei liberalitas nunc quàm olim contractior? *His ſacrarum Scripturarũ oraculis ab diſertiſſimis hominibus illuſtratis,vt factis verba commonſtrem, illorum mira aliquot exempla ſubijciam, qui omnibus humanis auxilijs deſtituti, Deum implorantes,promptam eius Prouidentiam ac beneficentiam habuerunt.*

I.Exemplum S. Franciſci ex PP. Soc. Ieſu Henrico Engelgraue in Luce Euangel.Dom.14. poſt Pent.§.IV. & Hieronymo Plato de bono ſtatu Relig.lib.3.cap.27.

24 Illuſtre diuinæ Prouidentiæ monumentum in S.Franciſco oſtẽſum eſt,tùm alias ſæpe,tùm maximè in generali conuentu Fratrum, quẽ is primùm Aſſiſij habuit:quo cum ad quinque millia confluxiſſent,ſeuerè omnibus interminatus eſt,ne de rebus ad corpus pertinentibus ſoliciti eſſent,illud Pſalmi,quod identidem in ore habebat,ſuis ingerens:*Iacta ſuper Dominum curam tuam,& ipſe te enutriet.*Aderat Franciſco hæc dicenti S.Dominicus,eique hoc nimio plus viſum eſt,cùm vereretur, ne quodammodò Deus tentari videretur, ſi non tantæ multitudini alimenta pararentur.Nec multò poſt,ecce ex omnibus finitimis vrbibus & pagis concurſus hominum,& iumentorum, omnis generis commeatum, ſupellectilem,& vaſa deferentium. Quis nunc miretur Seraphicum Patrem dùm ſuos peregrinatum mitteret,non alio viatico inſtruxiſſe, quàm illo Dauidis verſiculo:*Iacta ſuper Dominum auram tuam,& ipſe te enutriet?*Nõne hic meritò Pontifici ſciſcitanti,qui ſuos aleret,fiducia plenus reſpondit: *Matrem quidem habemus pauperem* (Religionem,) ſed Patrem *diuitem in cælis*,qui ita horum,fratrum dicam an filiorum,curam gerit, vt Cornelius noſter obſeruarit per vniuerſum Orbem facilè cẽtum myriades,ſiue millionem capitum vtriuſque ſexus ex Ordine Seraphico cenſeri;quorũ ſingulis ſiue in alimenta & veſtes,ſiue in ædificia,eorumque ſaltem areã & hortos,minimùm ducentos vel trecentos florenos annuos aſſignari debere.Qui ad calculum reuocati,conficient ducentos,trecentoſue, in annos ſingulos,florenorum milliones, quibus vbere de cælo, pleno, longè opulentiùs quàm mamilla regum lactentur.

II.Exemplum S.Dominici ex eodem P.Henrico Engelgraue Soc. Ieſu lo.cit.

25 Simile quid Dominico accidiſſe legimus: dum Romæ duo ſtipẽ emendicaſſent,nec micam retuliſsent,iuſſit nihilominus omnes ad menſam vacuam conuocari:cui vt accubuere,duo iuuenes,panes miri cando-

ris ſingulis appoſuere, incipiendo ab eo qui infimo loco conſederat, & vacuo è dolio iuſſit vinum promi. *Itaque dilectiſſime* (hortor & te cui res anguſta domi eſt, verbis Damiani) *noli diuerſorum caſuum muliebriter infortunia formidare, ſed ſpera in Domino & fac bonitatem. Sæpe nimirum, vbi magis ex humana ratione diffiditur, illic propenſiùs ſuperna clementia ſubuenitur, & vbi ſolatium deſperamus humanum, diuinum plerumque cernimus adeſſe præſidium.*

III. Exemplum PP. Prædicatorum, ex P. Hieremia Drexelio Soc. Ieſu in Heliotrop. lib. 5. cap. 7. §. 3.

26 Beatus Dominicus ſub initium ſui Ordinis duos è ſuis miſit, qui alibi locorum concionarentur. Illi ſub veſperem & feſsi & famelici, ſed & triſtes gemebant ſe ignotos ad pauperrimas caſas deueniſſe, vbi auxilij nihil ſperandum. Hic vnus aliquis occurrens & mœroris cauſſas eliciens: Omnia, inquit, Dei cauſsa deſeruiſtis, magna vtique in Deum fiducia, & nunc trepidatis velut omni ſpe deſtituti: pecudes Deus paſcit, & filios ſinet perire fame? Cùm dicto ſe ſubduxit. Illi oppidum ingreſſi, poſt preces in templo fuſas, à Curione inuitati ſunt ad cœnam. Sed & alius quiſpiam interuenit, qui hos ipſos hoſpitio recipere contendit: hic amica lis inter duos, à tertio demum dirempta eſt, primæ illic auctoritatis viro, qui & parochum, & alterum hoſpitij ius offerentem in ſuas ipſe ædes pertraxit, & omnes lautè habuit. Ita Chriſtus ſuis poſt toleratos nocte tota labores: Venite, inquit, prandete. Et tamen hæc omnia quandoque noſtram nobis diffidentiam non eripiunt. Quicquid rerum ſuppeditet Deus, egeſtatem metuimus: inter aquas, aquarum penuriam formidamus: & niſi magna nos rerum abundantia circumfluat, multa nobis deficeri credimus. Improba nos identidem cogitatio vellicat: Vbi eſt quod ſperas? Cui optimè reſpondens Auguſtinus; Spes, inquit, nondum peruenit ad rem; & ouum eſt aliquid, ſed nondum eſt pullus.

IV. Exemp. B. Petri Regalati Ordinis Minorum ex P. Ioanne Bollando è Soc. Ieſu 30. Martij to. 3. fol. 862. num. 54.

27 In Conuentu cùm Vicarium ageret Regalatus, & ſignum datũ eſſet conueniendi ad menſam, acceſſit ad ſanctum Præfectus Refectorij: eique indicauit, neque panem neque aliud quidpiam, quod pranſuris apponeretur, domi eſse. Reſpondit ille: Quoniam iam datum erat ſignum, obedirent fratres: fore enim vt prouideret Deus. Dictum factum: iam conſuetæ Benedictionis recitabatur formula, cùm dato ad oſtium ſigno, abit Portarius, mulamque panibus, alijſq; opſonijs onuſtam reperit, ignarus quis eam adduxiſset. Nihil autem moratus tulit ad refectorium quidquid erat: indeque reuertens, vt mulæ quoque pabulum ſuum daret, nec

ipſam,

Digitized by Google

ipſam,nec vllum eius veſtigium reperit:quapropter imputatus miraculo ſuccesſus eſt.Anno 1456.ſub initium Quadrageſimæ Beatus noſter in morbum incidit: qua in poſtrema ægritudine multis prodigijs honoratus fuit.Patiebatur moleſtiſſimum ciborum faſtidium: ideòque interrogatus à Medico, num alicuius rei appetentia videretur tangi? Coturnicem,inquit,ſi adeſset,comederem.Abit Medicus,& ante portã Conuentus in equum ſuum conſcenſurus;coturnicem videt, adeò laſsam fatigatamque ab inſequente accipitre, vt nullo negotio capere eam potuerit, eamque lætiſſimus ad B. infirmum attulerit. Ille verò manu apprehenſam blandè demulcens,& plumas multùm vexatas componens: Auicula, inquit,ſuauiſſima:Deus te ab vnguibus inimici eruit,& meis nunc manibus moriere?Minimè verò:vade & lauda eum,qui creauit & liberauit te: Itaque proiectam in aerem permiſit auolare.

V.Exemp.cuiuſdam filij Regis ex P.Hier.Drexelio Soc.Ieſu lo.cit.§.3.

28 Anno Chriſtiano ſexcenteſimo quinquageſimo tertio Iudocus Britonum Regis Rethaelis filius,ſpreto ſolio in ſacerdotium venit,ſolitarium vitæ genus amplexus, in Brahic loco riuulis cincto cœnobium & templum condidit.Hic in egenos tàm piè effuſus fuit, vt quodam die non niſi panis vnicus familiæ ſupereſset: hunc ipſum tamen in quatuor partes ſecari, & quadram dari mendico iuſſit. At ille idem mendiculus mutata veſte quartùm redijt, & omne penu mendicando abſtulit. Hîc Vlmarus ſocius muſsare & obloqui,atque liberalitati nimiæ indignari. Iudocus hominem ſolatus, è cæleſti penore ſubſidium petere docuit. Paullò poſt quatuor nauiculæ commeatu onuſtæ illic appulerunt,& omnem religioſæ familiæ indigentiam ſubleuarunt.Optimè dixit Auguſtinus:An putas qui Chriſtum paſcit,à Chriſto non paſcitur?

VI. Exemp. S.Brigidæ Virginis ex P. Ioanne Bollando Soc.Ieſu 1.Febr. to.1.fol.130. col.1.num.81.

29 Religioſi quidam viri ad Brigidam venerunt,& prædicauerunt verbum Dei.Poſt hæc dixit Brigida,ad cocam ſuam: Præpara prandium optimum hoſpitibus.Reſpondit Coca dicens:Quale prandium dabo eis? Dixit Brigida:Da eis panem & butyrum, & cepas & fercula multa. Reſpondit ei Coca:Dabo ſic; ſed tu priùs exi ad Eccleſiam.Nihil enim eorum quæ dixit habuit Coca. Dixitque Brigida ad Cocam: Scopa pauimentum coquinæ,& claude eam,& vade ad domum tuam,& ora in ea: & ego ibo in Eccleſiam.Hora autem ſexta vocauit Brigida plauſu,& dixit illi:Adeſt tempus vt reficiantur Hoſpites:vade ad coquinã,& quodcunque inueneris in ea da eis largiter. Tunc illa aperiens coquinam,inuenit omnes eſcas, quas dixit Brigida: & non defecerunt illæ eſcæ per

ſeptem dies: & erant ſufficientes tàm Hoſpitibus, quàm omni familiæ Brigidæ: & nemo nouit vndè erant illæ eſcæ, præter Brigidam & Cocam ſuam.

VII. Exempl. Macrina Auia S. Baſilij cum Marito alijſque latentes in ſolitudine, ex PP. Ioanne Bollando 14. Ianuarij fol. 953. & Henrico Engel. in Luce Euang. lo. cit.

30 Suauiores quaſdam epulas generoſi homines (Macrina & coniux) expetebant: vt qui temporis loginquitate fracti ac debilitati eſſent, ac neceſſariorum ciborum faſtidium contraxiſſent. Nec idcircò tamen Iſraelitarum ſermonibus vtebantur (non enim queruli & murmurantes erant, vt illi cùm Ægyptum reliquiſſent, fameque in deſerto premerentur) nimirum ſolitudine meliorem, ſibique magis exoptandam Ægyptũ eſse, vt quæ luculentam ijs ollarum & carnium, aliarumque omnium rerum, quas illic reliquerant, copiam ſubminiſtraret; nec enim iam qua vecordia erant grauis ipſis lateritius labor & argilla videbatur: verùm alia, qui ſanctitatem maiorem fidemque ſapiebant, loquebantur. Quid enim, dicebant, fieri ne hoc nequit, vt Deus ille miraculorum, qui peregrinũ populum & profugum ita copiosè in deſerto aluit, vt & panem plueret, & aues effunderet, non ſolùm neceſsarijs, ſed etiam delicatioribus cibis eum nutriens: qui mare ſcidit, ſolis curſum retardauit, amnem repreſſit; aliaque deindè ſubiungentes quæcunque ab eo olim geſta (ſolet enim in huiuſmodi rebus animus veteres hiſtorias libenter perſequi, Deique gloriam ex multis miraculis celebrare.) Idem etiam inferebãt, nos quoque pietatis athletas hodierno die lautioribus obſonijs paſcat. Feræ multæ, quæ diuitum menſas, quales quondam nobis etiam erant, effugerunt, in his montibus latitant: multæ eſculentæ aues ſupra nos, qui eas expetimus, volitant: quorum quid omninò eſt, quòd te vel ſolùm annuẽte, non facilè capi poſſit? Hæc eorum verba erant; ac præda verborum comes erat, obſonium ſponte oblatum, conuiuium nullo labore inſtructum, cerui è tumulis repente apparentes: quàm magni! quàm pingues! quàm ad cædem prompti & parati! Propemodùm eos conijceres, quòd non citiùs vocati eſſent, moleſtè ferre. Illi capitum nutu trahebant: hi ſequebantur: quo inſectante & cogente? nemine. Quibus equis? quibus canibus? quo latratu & clamore venatico? quibus iuuenibus viarum exitus occupantibus, vt venationis leges poſtulant? orationis tantùm iuſtæque petitionis vinculo conſtricti. Quis vel noſtra vel omnium qui vmquam fuerunt memoria talem venationem capturamque cognouit? O rem admirandam! Ipſi prædæ ſuæ diſpenſatores erant: quantum voluntas ferebat detentum eſt: quod ſupererat, ad ſyluas in ſecundam menſam relegatum eſt.

VIII.

VIII. Exemplum B. Rogerij Abbatis ex P. Ioanne Bollando Societatis Ieſu 4. Ianuarij fol. 184.

31 Ad viſitandum infirmum (B. Rogerius Abbas) longè tamen poſitum, eſt miſericorditer citatus. Cùm autem pertranſiret per quemdā locum deſertum, locum horroris & vaſtæ ſolitudinis, hora tranſierat iam refectionis. Cùm verò torqueretur Conuerſus pariter & ſeruus, & ambularent triſtes, laborem itineris & famis patienter ampliùs non ferentes, dicunt Abbati: Dùm pergitis ad viſitandos infirmos alienos, vos ſanos & domeſticos fame perire vultis? Pater autem ſanctus nō iratus, non turbatus, ſed compaſſus eorum anguſtijs reſpondit: Confidite & nolite turbari, quoniam citò viſitabit nos pius & miſericors Dominus. Vix autem verba compleuerat, cùm ecce reſpicientes à latere dextro, vident domū non magnam, ibique eum declinare precantur, donec pane ſaltem reficiantur & aqua. Ipſe verò importunis eorum precibus acquieſcens, cum ipſis pariter ad eandem domum acceſſit. Requiſiuit autem humiliter à magiſtro domus illius, ſi vel pecunia mediāte eſſet vbi refectionem qualemcumque percipere valerent. Ad cuius vocem cùm reſponderet Magiſter nihil eſſe paratum ad horam, niſi panem hordeaceum & aquam: Pater ſanctus cibum Apoſtolicum gratanter acceptans; Afferte, inquit, quæ habetis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Currit igitur ad fontem famulus ipſius Abbatis, vt ad prandium aquam recentem deportet: eo autem in fontem ſitulam immergente, in eam intrat piſcis miræ magnitudinis: qui cùm videret eum in ſitulam palpitantem, citiùs cucurrit, & omnibus qui in domo erant cum ingenti gaudio demonſtrauit. Mirari pariter & gaudere ſinguli ſuper piſce, dicentes nunquam vidiſſe ſe piſcem aliàs in fonte. Quid plura? exenteratur, ſcinditur, coquitur, coctus diuiditur ſingulis, pro vt cuique opus erat. Intereà dūm exultant & epulantur, hoſpes cum gemitu conqueritur, quia vinum non habet. Ante Abbatem defertur aqua; quæ ad benedictiones eius, vini meri conuertitur in ſaporem. Bibunt autem ex eo omnes, & cum magna exultatione acclamant: Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui fecit mirabilia magna ſolus. Benedictus Dominus, qui ad benedictionem ſerui ſui, & glorificandum nomen ſuum inter nos, hodie miraculum iterauit, quod feciſſe legitur in initio ſeruorum ſuorum. Surgens igitur à menſa infirmum ſuum viſitauit: & eo per Dei gratiam ſanitati reſtituto, ipſe quoque ab ægritudine ſua melioratus ad propria remeauit.

IX. Exemplum S. Theodoſij Cœnobiarchæ ex P. Ioanne Bollando Societ. Ieſu 9. Ianuarij fol. 688.

32 Dies erat feſtus, & feſtorum omnium primus & præcipuus: ipſum

ipſum,inquam Paſcha---Sacræ autem noctis aderat quidem veſpera: ijs autem,qui ad eum ventitabant,nihil erat eorum,quæ ſunt ad veſcendum neceſſaria,non panis,non oleum, non aliquid aliud erat ex ijs, quæ ſunt eſculenta. Atque chorus quidem diſcipulorum ægrè ferebat,vt eſt veriſimile, qui iam erant numero duodecim: ægrè ferebant autem non pro ſe tantùm,ſed quòd cùm iam non adeſſet panis,qui offerretur ad ſacrificium,erat eis futurum Paſcha abſque ſacrificio,& abſque Corpore Chriſti dies feſtus celebrandus. Circumſiſtentes itaque aduerſus Magiſtrum murmurabant,cùm cauſam rationi conſentaneam veluti ex re cepiſsent. Ille verò cùm tantùm dixiſset,Parari oportet ſacram menſam; reliquorũ autem,inquit, nihil vlli curę ſit.Nàm qui olim tot Iſraelis millia in ſolitudine,deindè etiam non paruam multitudinem aluit ad ſatietatem,hic ipſe noſtri quoque curam gerit,nec eſt viribus imbecillior, nec ad prouidendum debilior.Hæc ille quidem dixit:ſed quemadmodùm eius verba effectum ſint quàm primùm conſecuta,nec ſpe fraudauerint diſcipulos,iam iam dicet oratio. Quomodò enim olim ouis in vepribus Sabec adfuit,Abrahæ parata ad holocauſtum;ita etiam huic quoque Beato,ſole iam terram relinquente, accedit quidam par mulorum ducens,per quas afferebatur ſarcina variorum alimentorum,conuenientium hominibus qui ſe exercent:& nec aberat quidam ipſe ſacræ menſæ,qui videtur,& intelligentia percipitur,panis,ſed erat vnà cũ alijs.Propter quod magis lætati ſunt Theodoſij diſcipuli,Chriſti cultores. Et hoc quidem donum, fuit donum illius precum, quod non ex cælo pluerat, vt priùs manna;ſed ex terra ſcaturierat nutibus cæleſtibus, & aluit non ſolùm ſẽſibiliter, ſed etiam ſpiritaliter, quod ad panem quidem attinet, qui fuit oblatus ſanctificationibus.Sic ergo cùm ſimul terreſtribus bonis & cæleſtibus ſe iucundè ſatiaſſent,qui apud ipſum erant, vſque ad ſanctam Pentecoſten, paullatim diſcebant, qualis eſſet illorum Doctor. Et hoc quidem ita ſe habuit.Quod autem conſequitur, illius dico eſse fraternũ, & ſimilis fidei & ſpei fœtum germaniſſimum. Vir quidam cuius erant magnæ opes,bonis autem operibus laudem aſſequi ſtatuerat,ſuas facultates diſtribuebat in benedictionibus, & pecuniæ materiã efficiebat animæ ſalutarem.Is,inquam,cùm omnibus alijs,& præcipuè ijs,qui viuebãt ex Chriſto,& ſe à mundo remouere,ad Deum autem propè accedere rectè cogitabant,dextera apparuiſſet iucundiſſima,vt diuina dicit Scriptura;aut rurſus,vt cùm Scriptura magis dicam, hortus eius non concluſus, & fons conſpectus eſſet non ſignatus;ſolis Theodoſij diſcipulis,per obliuionem aut ignorationem non impertijt beneficentiam; aut fortè etiam Deo in his Sanctum probante aut glorificante. Atque diſcipuli quidem accedentes,ei exhibebant moleſtiam, vt & ſe & illos manifeſtos redderet diuiſori,& magno ſtudio inſtabant:neque enim ſe habere,quo deinceps

ceps alantur,qui paucas quidem habebant ſiliquas, & cùm eæ nonnumquàm deficerent,ea quæ reſtabant oſſa coquebant,vt iam dictum eſt, & eis vtebantur ad famis ſolatium.Sic ergo illi hominem,qui ſemper latere ſtuduerat, manifeſtum fieri cogebant propter puſillum ſuum & abiectũ animum:& eum,qui ad Deum oculos conuertere conſueuerat,vrgebant, vt turpiter manus porrigeret hominibus,relicta manu,quæ eſt aperta,& implet omne animal benedictione,vt qui eam eſſe anguſtam vel parcam ac ſordidam iudicaſſet in præſentia. Atque illi quidem erant triſtes. Is verò eos ſenſim admonens; Quis, aiebat, ex ijs qui in Deo confiſi ſunt, omninò eſt derelictus? At quis, qui ipſum ad finem vſque ſuſtinuit, non accepit conſolationem? Qui inebriat omnem ſitientem animam. Hæc nobiſcum dicat diuinus Hieremias: Et omnem eſurientem implet animam: Qui præparat coruis cibum,& pullis coruorum; vt Iob quoque & diuinũ Dauid introducam ſimul loquentes. Cognoſcamus quantum intereſt inter humanum ſtudium & diuinam prouidentiam,quæ pertingit vſque ad extrema:& ſciemus,quemadmodùm ijs etiam,quæ propter Chriſtum lubenter reliquimus,diuina rurſus prouidentia abundè & copioſè fruimur. Hæc dixit,& paulò pòſt apparuit quidam,ducens animal onuſtum. Ibat autem non ad magni Theodoſij monaſterium; ſed ſcopus quidem erat ei id tranſire,onus autem in aliquo alio loco deponere. Poſtquàm verò fuit iam propè monaſterium, vel inuitum virum ſiſtit iumentum: cùmque ei flagello multas plagas incuteret,illud erat immobile,non ſecus,ac ſi eſſet ſaxum. Cùm homo ergo rectè exiſtimaſſet id non fieri ſine Dei numine, mox conuerſo ordine, animali vtebatur tamquàm duce, & laxato fræno ei permittebat ire,quò eum ferret impetus. Cùm homo ſic fecisset,animal confeſtim nuſquam quidem aliò, ſed perindè ac ſi aliquis frænum,cùm à nemine videri poſset,traheret & dirigeret, rectà vadit ad monaſterium. Quò cùm vir eſset ingreſsus, & inopiam,quæ eos vrgebat maxima,didicisset,& Dei Prouidentiæ arcanum eſset admiratus, quemadmodùm ſcilicet effecisset,vt inopiæ moleſtia eis eſset occaſio coronarum,& vt ipſe eam ſolueret moleſtiam; & quòd ea de cauſa non parebat animal, eum diuina vocante Prouidentia ad alendas animas, quæ Deo quidem miniſtrabant, miniſtrantis autem corporis laborabant imbecillitate. Hæc cùm ille didicisset,duplum præbuit eius eleemoſynæ,quam primus diuiſor dederat. De cetero ergo eius diſcipuli ceſsantes ei exhibere moleſtiam,& eſse puſillo & abiecto animo, ſtudebant potiùs eum imitari, beatumque eum ducebant propter firmam ſpem & fidem in Deum.

X. Exem-

X. Exemplum S. Alexandri Acoemeti Abb. ex P. Ioanne Bollando Soc. Ieſu 15. Ianuarij fol. 1023. col. 1. & 2. num. 18.

33 Sanctus ergo cùm videret omnes fide ſuſcepta geſtientes, Deoque gratias agentes, ait eis: Hactenùs lacte eſtis nutriti; at ſi quis ſolidi cibi eſse particeps cupit, & perfectus Chriſtianus fieri, vẽdat poſseſſiones ſuas, & det pauperibus: nec ſolicitus ſit de craſtino, & habebit theſaurũ in cælis. Sed quærat, iuxtà quod ſcriptum eſt, regnum cælorum & iuſtitiam Dei, & hæc omnia affatim ei adijcientur. Hæc grauia & dura viſa ſunt quibuſdam, qui amplas habebant facultates. At Rabbulus diſcipulus dixit: Non ſum ego perfectus Chriſtianus? at qua ratione poſsum hęc facere? Quis enim multitudinem domeſticorũ meorum nutriet, ſi id egero? Hic mera fraus eſt. At ſi vis, ipſo facto id mihi perſuade, & me liberoſq; meos vel die vno ſuſtenta; tùm demum credam quæ dicis. Si id in vrbe præſtare haud vales, quid ſi in ſolitudinem exierimus? Reſpondit B. Alexander: Sume liberos tuos, atque alios quot volueris, & in quampiam illos deduc ſolitudinem; & ſi veſtri curam non geſſerit Dominus, ne mihi deinceps fidem habeas. Rabbulus ait: Id ſi feceris, exequar vniuerſa quæ ſcripta ſunt. Aſſumptis igitur liberis ſuis, & quot voluit alijs, maximè B. Alexandrum cupiens tentare, in vaſtam eos ſolitudinem deducit, numquàm humano, vt videbatur, calcatam veſtigio. Cùmque die toto iter egiſſent, ſub horam vndecimam ſubſtiterunt in medio duorum mõtium. Et Rabbulus quidem vias circumſpiciens ridebat. B. Alexander autem iuxtà conſuetudinem ſtatim precationi ſe dedit. Cùmque ſimul veſpertinum hymnum compleſſent, fiduciæ magnanimi athletæ ſui reſpondit pijſſimum numen. Miſit enim Angelum ruſtici ſpecie, iumentum agentẽ mundis & calidis onuſtum panibus, & duabus ollis obſoniorum vtrimq; dependentibus, in quibus olera erant & legumina. Tunc B. Alexander Rabbulo dicit: Surge, accipe, & noli incredulus eſse. Is verò longo tempore attonitus hæſit, ita ſecum ratiocinans: Vndè in loco deſerto ruſticus homo tot & tales habuit panes? Et nos quidem toto die incedentes vix in hunc peruenimus locum: omninò igitur ipſum oportet noctu domo diſceſſiſſe, vt huc tandem hoc tempore perueniret: neceſſe proindè eſt, vt hodie panes illi cocti non ſint: vndè ergo calidi ſunt? Atque hæc animo voluens, admirabatur Chriſti virtutem. Dicit autem ei qui aduenerat: Vndè venis? aut quis te huc miſit? Angelus verò: Meus me Dominus miſit. Sumptis ergo cibis illum qui ruſticus videbatur dimiſerũt: qui ad exiguum ſpatium progreſſus, ſubitò videri deſijt. Suſcipientes cum gratiarũ actione quæ ijs à Domino Ieſu miſsa erant, manſerunt iſthic ea nocte. Poſtridie in vrbem reuerſi ſunt. Rabbulus autem hoc miraculo in fide confirmatus, volens abſque vlla diſtractione diuinæ vacare contemplationi,

quæ

quæ Reip.erant,ei reſignat;vxori,quæ eius erant,reſtituit, & filiabus atque ancillis. Acquieuit verò vxor viri ſui conſilio, conſtructoque monaſterio in eo cum filiabus & ancillis Deo toto corde ſeruiuit. At Rabbulus ſeruos manu miſit, quæ rationi conſentanea eſſent vitæ ſubſidia ijs largitus;poſſeſſiones verò ac veſtes diuendens,pretium in pauperes erogauit. Atque in eremum ſecedens eò aſſidua exercitatione proceſſit, vt non videretur humano ampliùs corpore circumueſtitus,in ieiunijs,vigilijs,precibus perſeuerans,& cum Chriſto indeſinenter colloquens,dolẽs de præterita ignorantia.

Exemplum S. Apollonij Abb. ex PP. Soc. Ieſu Ioanne Bollando 25. Ianuar. tom. 2. fol. 626. num. 13. & Heriberto Roſueido de vit. Patr. lib. 2. fol. 463.

34 Erat in montis ſpelunca S. Apollo cum quinque alijs fratribus, qui primi fuerunt eius diſcipuli,cùm recenter veniſſet è ſolitudine. Cùm autem aduentaſſet dies feſtus Paſchæ, & Dei cultum impleſsent, erant eſuri ea quæ inueniebantur:erant autem aliquot ſicci panes, & quædam olera repoſita. Eis autem dixit Apollo:Si ſumus fideles,ò filij,& germani Chriſti filij,petat vnuſquiſque veſtrum à Deo id quod eius animo gratũ eſt ad veſcendum. Illi verò ei vniuerſum permiſerunt,exiſtimantes ſe eſſe indignos tali gratia. Cùm læto autem vultu oraſſet, & omnes dixiſſent, Amen; protinus noctu venerunt in ſpeluncam quidam viri penitùs incogniti,qui dicebant ſe venire à loginqua regione:& omnia ferebant, ea etiam,de quibus ne auditione quidem acceperant,& quæ non naſcuntur in Ægypto,horti fructus omnis generis,vuas & mala punica,& ficus & nuces, & omnia intempeſtiuè: quin etiam quoſdam inuentos mellis fauos, & vrnam recentis lactis: & nicolaos maximos (*hos placentas interpretantur*) & panes mundos & calidos è regione externa. Ij autem,qui ea attulerant,cùm ſolummodò tradidiſsent,tanquam miſſi à viro magno & diuite,protinùs properè receſſerunt. Cùm autem quæ erant eſculenta percepiſsent,ea illis ſuffecerunt vſque ad Pentecoſten:adeò vt ipſi quoque mirarentur, & dicerent, fuiſse ea verè à Deo miſsa------Cùm non multò antè tempore fuiſset aliquando fames in Thebaide;qui autem ea loca accolebant populi audiſsent, quòd qui erant apud eum Monachi, præter ſpem omnem & opinionem quotidiè alerentur; vno animo apud ipſum acceſserunt cum vxoribus & liberis, ſimul benedictionem petentes,& alimentum. Is autem nihil veritus, ne cibus ei aliquando deeſset, dabat omnibus venientibus,vnicuique quod in diem ſufficeret. Relictis autem tribus ſolis magnis ſportis cum panibus,& fame inualeſcente, iubet ſportas afferri in medium,quas ipſo die erant eſuri Monachi: & audientibus omnibus fratribus,& populi multitudine,dixit magna voce: Non potens eſt manus Domini hæc implere? Hæc autem dicit Spiritus

ſanctus: Non deficiet panis ex his ſportis, donec nouo frumento fuerimus ſatiati. Et affirmarunt omnes,qui tunc aderant, eis panes ſuffecisſe quatuor menſes.Similiter autem & in oleo & frumento: adeò vt veniret Satanas,& ei diceret:Num tu es Elias, aut alius ex Prophetis & Apoſtolis,quòd hæc facias?Is autem dixit ipſi:Quid enim?non homines, ſancti fuerunt Apoſtoli & Prophetæ,qui hæc nobis tradiderunt? An tùm quidem aderat Deus,nunc autem peregrè eſt profectus?Poteſt autem Deus hæc ſemper facere,& nihil erit quod ipſe nō poſſit. Si ergo Deus eſt bonus,cur tu malus? Quid verò non oportet nos quoque dicere ea quæ vidimus?nempè quòd fratres ingrediebantur cum ſportis,ad menſas panes afferentes,& cùm comederent quingenti fratres ad ſatietatem, eas rurſus plenas accipiebant.

XII. Exemplum ex P. Hieremia Drexelio è Societate Ieſu in Heliotrop. lib. 5. cap. 7. §. 4.

35. Mendicum aiunt fuiſse,qui vbi manticam iam oppletam, & vndequaque fartam panibus vidiſset, dicere ſolebat: *Iàm ſpero*. Huic nos mendico ſimillimi ſumus, tùm ſcilicet ſperamus cùm in annos plurimos lautè proſpectum nobis credimus. Nimirùm tantùm ſpei concipimus, quantum rei præſentis cernimus. Longè aliter Ioannes Alexandrinus Patriarcha,qui per veram fiduciam totus à diuina Prouidentia pēdebat, qua vna re maximis calamitatibus facilem medelam adhibuit. Fuit vt tredecim frumentariæ naues,quarum ſingulæ decem millia modiorum capiebant, mergerentur mari. Media ferè pars ciuium Alexandrinorum ingenti hoc damno affecta eſt: ideò nautæ alijque in Aſylum Alexādriæ confugerunt.Ad quos mox ſchedulam miſit Ioannes,in qua hoc ſolùm perſcripſit:Dominus dedit,Dominus,vt voluit, abſtulit. Sicut Domino placuit,ita factum eſt:Sit nomen Domini benedictum. Exite filij, nihil ob hoc veriti:Dominus ſolicitus erit de craſtino. Poſtero ab hoc die adfuerunt qui optimum Præſulem ob acceptam cladem ſolarentur: at ille modeſtè præoccupans,& culpam omnem in ſe deriuans; Ego, inquit,liberalem me credebam in danda ſtipe,& forſan ob id elatioris animi fui, iuſtè igitur amantiſſimus Pater, filium vanè intumeſcentem corripuit hac clade.Admonet Deus & reuocat clementer,plagas aliquot infligēs, vt ijs admoniti ad nos redeamus,imò ad ipſum.Sed eſt prorſus idem ipſe ille Deus,qui Iobi æuo fuit,æquè potens,æquè miſericors, qui non deſeret nos.Ita ipſos conſolatores ſuos integerrimus Antiſtes ſolatus eſt.Nec diù fuit,ait Leontius, cùm grande illud damnum duplicato lucro penſatum eſt, & Ioannes priſtinam in egentes liberalitatem repetijt. Diffidentiam certè ac puſillanimitatem in his talibus exhibere, idem penè eſt, ac dicere: Aut auarus eſt Deus, aut obliuioſus. Sed

apa-

Digitized by Google

apage impias has voces. *Hactenus Drexelius, qui §. V. poſt aliud exemplum penè exclamans ſic ait:* Hæc vtique credimus: ſexcenta talia contingere non neſcimus: ſimilia & ipſi experti ſumus. Nihilominùs tàm exigua eſt ſæpe noſtra in Diuinam Prouidentiam fiducia, vt niſi marſupia, ciſtæ, penora, cellæ, horrea, rerum omnium referta ſint, animus quoque ſpe vacuus iaceat. Cùm verò crumenam cernimus numis differtam, hic demum ſperamus. O malè oculati: *Spes quæ videtur, non eſt ſpes. Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus. ad Romanos 8. 24. & 25.* Ea demùm vera eſt in Deum fiducia, quando ſpes in anguſto eſt, & cum rebus arctiſſimis colluctatur. *Egregiè P. Sebaſtianus Barradas è Societate Ieſu tom. 3. lib. 3. cap. 2. illa verba,* Nolite timere puſillus grex, *ſic interpretatur, vt benè in noſtrum Ordinem quadrent:* O parue, *inquit*, grex: ò diſcipuli mei, ne timueritis egeſtatem: non deerunt alimenta, aut integumenta; ſi ſolicitudinem quærendi hæc abijciatis: Deo fidite; dabit ille minima, qui dat maxima. *Ita Barradas.*

36. *Quæ ideò ſtudioſè collegi, & iam edidi lubenter in lucem, non ſolùm Noſtri Ordinis conſtitutionem vt illuſtrarem, ſed ut quorundam deceptorum hominũ ignauiam, dictumque refellerem; inſipienter exiſtimantium, Theatinum Inſtitutũ tunc optimè proceſſurum, cùm Noſtrates in Vrbibus Altari deſeruiunt, & Diuini Verbi prædicationem exercent, ac Sacramenta pijs populis adminiſtrant; non verò cùm ſibi ipſis dumtaxat in ſolitudine vacant, ſpiritualibus (vt aiunt) exercitijs occupati. Quod nobis à nonnullis obiectum fuit, qui in hoc Sanctiſſimi Sacramenti & Immaculatæ Cõceptionis Monaſterio, deputato Noſtrorum ſeceſſui, ſatagebant; vt vel cenſus nobis attribui, vel à Virginibus Theatinis victum ſubminiſtrari quotidiè pateremur. O ſtulta & vana ſententia! Num qui Prouidentiam ſuam in lilia & in coruos exaggerat; nos Religioſos paſcere ea ſolùm conditione promittit, dùm fidelibus populis per verbi Dei prædicationem & Sacramentorum adminiſtrationẽ opitulemur? An nõ ſatis eſt, quod ipſe docet in Euãgelio, & S.P.N. Caietanus in libro ſuis manibus appoſito ſcriptum habet: quærere videlicet Dei Regnum, & iuſtitiam eius, vt omnia victui neceſſaria affatim nobis adijciantur?*

Laudetur Sanctiſſimum SACRAMENTVM; & benedicta ſit ſemper ab omnibus B. MARIÆ Virginis PVRITAS, & immaculata CONCEPTIO.

(✠✠✠)

Digitized by Google

DISQVISITIONVM HISTORICARVM
DE SANCTISSIMI PAVLI PAPAE IV. INCVLPATA VITA,
CLARORVM SCRIPTORVM E SOCIETATE IESV TESTIMONIIS AC ELOGIIS EXPLICATA,

AVCTORE D. FRANCISCO MARIA MAGGIO C.R.

PARS QVINTA.

SIVE

Qualis fuerit Ioannes-Petrus, quidue præclarè geſſerit, ipſis duodecim annis, quos Theatino in Ordine ac Habitu vixit.

---

1 *Renatus Chiopinus* lib.3.de ſac.Polit. *Epiſcopum Theatinum, Patrum Capucinorum inſtitutorem & authorem appellat: ſed dicere re vera non debuit, niſi directorem atque fautorem.* Ant.Caracciol.in vita Pauli IV.lib.2.cap.4. & ex eo Ioſeph Sylos par.1.lib.3.fol.77.

DISQVISITIO PRIMA.

Ioannes-Petrus Capucini Ordinis Fundationem an iuuit, atque prædixit? Cùm vterque Theatinus & Capucinus Ordo conditus eſt, quot Hæretici ac Perduelles Dei Eccleſiam vndique diuexabant?

P.Ioannes Rhò è Soc.Ieſu interrog.6.de Chronotaxi fol.94.num.24.lin.30.

2 CVR (*P.Zachariæ*) Bouerio in hiſtoria ſumma fide ac diligentia verſanti non credam? Quamquam verò Ludouicus (*inquit eruditiſſimus Bouerius ſub Annum 1526.num.XXXVIII.fol.63.*) de Reformationis propagatione eo tẽpore nec dùm cogitaret: Dei tamen Sapientia, quæ illum ad Reformationis propagationem, eo nec dùm cogitante, vocauerat; aptum

illi

Digitized by Google

illi ad id conſilium adminiſtrauit. Ludouicus itaque Romam verſus cum Raphaele iter aggreſſus, cùm in eo tùm propter victus inopiam, tùm ob conceptos vndique terrores, quibus percellebantur, quamplurima perpeſſi fuiſſent, tandem ad Vrbem perueniunt: vbi per aliquot dies, primũ Dei opem effuſis lacrymis implorant: B. Virginis, ac B. Patris Franciſci patrocinium precibus ſibi conciliare ſtudent: Vrbis Eccleſias piè inuiſunt: demùm totius rei ſummam diuinæ pietati velut propriam committunt, eamque impenſiùs orant, vt illa actus dirigat, negotium gerat, opus perficiat. Poſt hæc Ludouicus opportunum tempus obſeruans, quo Pontificem adeat: cùm enim tot curis implicitum audiret; vt vix poſt plurimos dies optato ſe illius aſpectu frui poſſe ſperaret; accidit, vt in ipſo Vaticani Palatio, Domini Papæ Eleemoſynarium, virum egregiè pium, inſperato ſibi occurſu obuium haberet: qui vbi illam habitus aſperitatem, ac nouam Caputij formam ſecum pauliſper contemplatus fuit; Eremitam eſſe arbitratus, cum eo de ſeculi fuga, & rerum omnium contemptu, agere cœpit, Religioſum maximè inſtitutum commendans, in quo vir ab omni rerũ humanarũ cura ſolutus, Deo purè ac integrè famulatur. Atque inter hæc de Ioanne-Petro Carafa, Viro ea tempeſtate pietatis apud omnes commendatiſſim dicere exorſus: qui paulò antea Theatino Epiſcopatu, nec non Brunduſij Archiepiſcopatu conſtanter recuſato; nouum Presbyterorum Collegium, ſub Clericorum Regularium nomine, inſtituerat: & cum ijs ſub monte Pincio, longè ab hominum conſpectu, priuatis in ædibus, vitam ducebat: CÆLESTEM IPSIVS PRVDENTIAM, PIETATEM, REFORMATIONIS ZELVM, AC CETERAS VIRTVTES, ſummis laudibus, ad Cælum vſque efferre videbatur. Dùm hæc Eleemoſynarius, totus viri illius ſtudio accenſus, loqueretur; Ludouicus improuiſum ſermonem altiùs animo perpendens, quaſi is non ex hominis ſed ex Angeli potiùs ore flueret, eo ſibi velut è Cælo viam aperiri viſum fuit, qua ſuis rebus opportunè conſuleret. Quapropter hanc Viri opportunitatem nactus, eidem ſui, atque aliorum animi propoſitum, Reformationis conſilium, ac tandem quid à Pontifice expetat, opportunè aperit. Cui ille: Mihi crede, inquit, neminem tàm ad pietatem propenſum, tàm reformatæ vitæ ſtudioſũ, tàmque ad huiuſmodi Reformationis ſtudia promouenda incẽſum, quàm Carafam reperias: qui cùm & PONTIFICI CARVS, & OMNIVM OCVLIS ADMIRABILIS ſit, plurimùm pia animi tui conſilia ſua ope iuuare poteſt. Eleemoſynarij cõſilium Ludouicus haud paſſus eſt animo excidere: ſtatim ad Carafam conuolat: eique vniuerſa, quæ ad propoſitam Reformationem aſſequendam ab eo hactenus geſta fuerãt, communicat: opem denique ac conſilium eius expoſcit, quo & ad Pontificem accedere, & optato Diplomate potiri queat. Porrò Carafa;

cùm

cùm vir integerrimæ vitæ eſſet, ac Regularis Diſciplinæ reſtituendæ ſtudio flagraret: (eam enim ob cauſam anno 1523. cùm in Hiſpania ſub Carolo Rege,deindè Imperatore,Magni (vt vocant) Capellani munere fungeretur,ab Adriano VI.Pontifice ad corrigendos hominum mores,& reſtituendam Cleri diſciplinam,Romam accerſitus fuerat) PIVM LVDOVICI PROPOSITVM COMMENDAT, CONSILIO ET OPE IVVAT: tantoque erga Reformationis opus,quod VIR PRVDENS A DEO PROFECTVM, ATQVE ALIQVANDO DILATANDVM PRÆSENTIEBAT, ſtudio accenditur;vt non modò faciliorem illi ad Pontificem acceſsum redderet, verùm & Religioſum Ludouici, ac aliorum propoſitum apud illum maximè commendaret,& de iuſta illorum poſtulatione ſecum ageret.Denique tàm propenſo ſemper in Capucinorum Reformationem deinceps animo fuit,vt cùm eam in Orbe excreuiſse cerneret, ipſius incremento mirum in modum lætatus, ſe illi quoque quodammodò obſtetricatum fuiſſe gloriaretur:atque eò factum eſt, vt cùm primum ſub Pauli Quarti nomine, maximis illi vndique meritis ſuffragantibus, ad Pontificatum aſcendit,ſingulari ſemper eam beneuolentia complexus fuerit. *Hactenus ille:qui,ſi Reipublicæ Chriſtianæ ſtatum noſſe deſideras, in quo ad Dei Eccleſiam ſubleuandam Theatinorum quidem ac Capucinorum Ordo conditus fuit; ſub annum 1524.quo noſtra primùm Congregatio exorta eſt*,num.8. fol.23. *diſertiſſimè hæc ait:*

3 Si quis Eccleſiæ faciem poſt decimum quintum ſeculum tanta vitiorum colluuie iterum fœdatam,atque immanibus facinoribus turpē contemplatus fuerit,vt poſtremo Lateranenſi Concilio, quod ſub Iulio II.& Leone X.non longè ante hunc annum abſolutum fuit,palam ab Ægidio Viterbienſi,Auguſtiniani Ordinis Generali (*Conc.Lat. ſub Iulio II. ante ſeſſ.1.*) in hæc verba declamatum fuerit:*Vidimus Chriſtum in nauicula obdormientem,vidimus ventorum rabiem,Hæreticorum furorem in candida veritatis vela irruentem: vidimus malas cupiditates, diram auri atque habendi ſitim:vidimus perditam malorum audaciam,aduerſus iura,auctoritatem, maieſtatem Eccleſiæ ſæuientem.Vidimus,inquam,vim,rapinas,adulteria,inceſtus,omnem denique ſcelerum peſtem,ita ſacra profanaque miſcere omnia, ita in ſanctam nauiculam impetum facere,vt penè ſcelerum fluctibus illa latus dederit, ac prope merſa & peſſumdata ſit*. Cui & alterum Sipontinum Archiepiſcopum addere lubet, haud minùs corruptos eorum temporum mores, apud eiuſdē Concilij Patres *ſeſſ.5*.oratione inſectantem his verbis: *Quod ſi (vt nonnulli prædicant) finxere quondam Poetæ,poſt Saturni tempora,cùm ſenſiſſent iuſtitiam à rebus humanis abeſſe,offenſam vitijs hominum receſſiſſe à terra, in Cælumque migraſſe,& ad Iouis Regnum ſe contuliſſe. Bone Deus, quas nugas, quas fabellas, excogitaturos eos fuiſſe arbitramur,ſi noſtrorum temporum ſcelera,ſi flagitia,ſi facinora*

Digitized by Google

cinora,ſi abiectum Christianæ Religionis cultum,ſi veſanam dominandi libidinẽ, ſi nefandam rapiendi licentiam;ſi inauditã in ijs impietatem,ſæuitiam,ambitionẽ, quos pietatis,charitatis,integritatiſque exempla eſſe oportebat,conſpicarentur? Cui non id maximè horrendum,ne dùm deplorandum videri debeat? Graſſabantur eo tempore in toto ferè terrarum Orbe inſani bellorum tumultus:Italiam præſertim Galli & Cæſariani, dùm mutuis ſe ipſos armis diſcerpunt,miſerè deuaſtant. Verùm,dùm inter Chriſtianos Reges cruenta bella deſæuiunt,hac eadem tempeſtate in Germania, Thomas Muntzerus incredibilem propè Ruſticorum turbam, quæ ad centum ſupra quinquaginta millium hominum numerum excreuerat,ad ſeditiones aduerſus Clerum,Principes,ac Magiſtratus concitat,qui ſacras ædes,ac tẽpla vaſtant,Monaſteria diruunt,Monachos trucidant,ſacra peſſumdant, atque omnis generis flagitia patrare non verentur. Porrò in tanto Germaniæ luctu,tantaque rerum Italicarum perturbatione;Solymanus Turca rerum opportunitatem nactus,Belgrado Vrbe,Vngariæ propugnaculo, biennio antè expugnata, hoc anno, vt notat Genebrardus *in Chron.* tranſmiſſo in Rhodum exercitu, Inſula poſt ſeptimum obſidionis menſẽ potitur: atque ita quæ antiqua Equitum Ieroſolymitanorum ſedes fuerat, dùm Chriſtianorum Principum inter ſe digladiantium fruſtrà auxilia præſtolatur;in Turcarum tandem poteſtatem venit. Denique ita res Chriſtianorum hac tempeſtate ſe habebant,vt cædibus ac rapinis omnia plena eſſent:tantaque proteruorum hominum inſolentia percrebuiſſet, vt apud Italos,Gallos,Germanos,cuncta quotidianis cladibus,bonorum expoliationibus,direptionibus,deprædationibus,ſanguine redundarent. At neque his infeliciſſima hæc Orbis tempeſtas tot malis contenta fuit: peiora namque ac grauiora Hæreſum inuaſione acceſſere. Tàm enim nouarum Hæreſum ferax hæc hominum ætas fuit, totque Hæreticorum monſtra,velut effractis aſpidum ouis Orbi peperit;vt vniuerſa tunc Hæreſum colluuies ab inferis euocata videretur. Vix enim vnam Chriſtiani Orbis partem offendas,quæ circa hæc tempora,aut ſuum nouorum dogmatum Parentem non protulerit,aut peſtifera hac Hæreſum tabe contaminari non cœperit. Prima omnium Germania Martinum Lutherum Saxonem ex Incubo natum, vt ferunt (*Cochl. de act. Luth.*) anno 1517. vel vt alij volunt 1520.Hæreſum Auctorem prodidit:qui cùm primùm Vuitembergæ Catholicam Religionem proſcribere, ac oppugnare cœpit; mox ex eo tot Hæreſum ſectæ ebullire,ac velut ex equo Troiano Hæreticorum turmæ prodire viſæ ſunt,vt totam ferè Germaniam, ac finitimas Regiones mala ſobole repleuerint. Poſt hunc,& Andream Carolſtadiũ, priùs Lutheri Achatem,dein iuratum hoſtem:& Zuuinglium, à quo Zuuinglianorum ſecta: & Philippum Malanchtonem, à quo Energiſtæ, ac Lutherani molles:& Flaccum Illiricum,à quo Lutherani rigidi: & Ioan-

nem

nem Oecolompadium, & Oſiandrum, & Anabaptiſtas, & Libertinos,& Vueſtphaliſtas,Pacimontanos,& pleroſque alios vipereos partus, ad ſui & Eccleſiæ exitium fudit,à quibus antiqua Germaniȩ Fides labefactata, ac multis in locis funditùs deleta fuit. Gallia quoque ſuum non longè poſt è latebris colubrum eduxit, Ioannem Caluinum, Patria Nouiodunenſem: qui ob vitȩ improbitatem,ac nefanda ſcelera,lilio inuſtus,Patria pulſus,atque in exilium actus, vix Geneuenſem Eccleſiam, Farello indè exturbato,apud Allobroges occupauit: cùm protinùs tot Hæreſum venena,quæ tùm à Luthero,tùm à Zuuinglio hauſta, ſibi velut peculiaria parauerat, cœpit diffundere; vt non modò Gallia, ſed & Germania, & Britãnia,& Scotia,& Hibernia,ac pleræque aliæ Orbis Regiones ea peſte computruerint. Ex eo denique,tanquam à venenato Parente, virulẽta deindè Richarianorum apud Gallos,Puritanorum & Proteſtantium apud Anglos progenies diſſeminata fuit. Per id tempus Hiſpania ſuum quoque Mõſtrum paſſa eſt, Michaelem Seruetum,à quo Seruetianorum lues propagata,adeò Caluini faſciculis conflagrari non potuit,quin plurima loca ſua Hæreſum tabe infecerit. Neque his Hæreſiarcharum portentis Italia hac tempeſtate libera fuit: quæ & Petrum Vermillium, & Valentinum Gentilem,à quo Valentiniſtæ;& Franciſcum Stankarum, vndè Stankariani originem duxere,in Orbis perniciem fudit: quamquã neque Hiſpaniæ neque Italiæ Regio horum venenis,hoc tempore, imbuta fuerit. Deniq; vt his finem imponam:ſi Polonos adeas, Ioannem à Laſco,Alaſcorum progenitorem offendas;ſi Belgas,Iacobum Præpoſiti, & Georgium Dauid: ſi Allobroges, Petrum Viretum, nouos Hæreſum diſſeminatores obuios habeas, à quibus antiqua Eccleſiæ Fides noua quadam Reformationis ſpecie deformata fuit. Quanquam verò hi Nouatorum & Hæreſum duces,quos hactenus recenſui,neque ſimul, neque hoc eodem anno cuncti ſua venena propinauerint:ſed ex his alij præceſſerint,alij hoc anno poſteriores fuerint:cùm tamen id ex omnium Hiſtoriographorum conſenſu, certum ſit vniuerſos non longè ab hoc anno in Orbem emerſiſſe,ac ſuos errores euomuiſſe;id nobis ad extremas horum temporum miſerias declarandas ſatis ſuperque eſſe debet. Quapropter, quæ ex varijs,ac prope innumeris malis,ac calamitatibus, quæ hac tempeſtate Chriſtianum Orbem diuexarunt, hìc magis indicare, quàm explicare volui,eò tendunt,vt miſerrimo ac prope deſperato rerum omniũ ſtatu Eccleſiam hoc tempore laboraſſe,omnibus perſpectum ſit. Iam verò quis infeliciſſima hæc Orbis tempora tot malis agitata, vel ad ſupremum rerum diem,ac interitum parari;vel ſaltem ad maiora ac grauiora mala rapi non exiſtimaret? Porrò hìc ineffabilis illa Dei Sapientia maximè ſpectanda atque admiranda eſt,quæ cùm tot in Eccleſiam mala exũdare permitteret, vt Petri nauicula penè eorum fluctibus obruta eſſe videre-

Digitized by Google

deretur;eò ſpectare videbatur vt celeriùs illi opem & auxilium impenderet.Nàm,vt Chryſoſtomus *ho.*51.*in c.*14.*Matth.ad initium* ait: *Hoc Deus ſemper facit,vt quando vrgentia mala expulſurus ſit, tunc grauiora & terribilia inducat.*Quamobrem eo factum eſt,vt cùm rebus penè deſperatis mederi, extremaque Orbis mala amplioribus bonis delere ſtatuiſſet, nouam (*primo omnium Theatinorum &*) Capucinorum Reformationem, (*ac aliorum item Ordinum inſtitutionem*) in Eccleſia excitauerit; qua & vitiorum monſtra à Chriſtiano Orbe expelleret,& antiquam Eccleſiæ faciem ampliori bonorum vſura reſtitueret.

---

1 *Procurat Ioannes-Petrus Carafa,data ad Paulum Iuſtinianum, Camaldulenſium inſtauratorem,Epiſtola,Eremiticam Domum*. D. Thomas Caracciolus Archiep.Tarentinus in vita B.Caietani lib.2.§.7.fol.194.

DISQVISITIO SECVNDA.

Num inter Camaldulenſes adſcribi petijt Epiſcopus Theatinus? Quonàm conſilio Ioannes-Petrus & Caietanus Domum aliquam Eremiticam exoptarunt? vt perpetuòne in ſolitudine vitam agerent; num vt ſuauiùs aliquando ſpiritualis vitæ exercitijs, ac diuinæ commentationi vacarent? An id demùm in Ordine ex noſtrorum Fundatorum conſilio, & Matris N. D.Vrſulæ Benincaſæ inſtitutione, peractum eſt?

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu interrog. XV. n. XIII. fol. 261.

2 LVcæ (*Hiſpani Camaldulenſis in ſua Romualdina Hiſtoria libro* 3.*cap.* 15.) aliquam indiligentiam deprehendi: neque enim à Paulo (*Iuſtiniano*) ſuos inter Eremitas adſcribi poſtulat Carafa,ſed de ſolitudinis deſiderio,deque tota ſui conſilij ratione loquitur------Literas ad eum datas à Paulo Iuſtiniano *audiamus*.

IESVS.

3 Reuerendo Epiſcopo Theatino,& Venerabilium Fratrum Clericorum Regularium Præpoſito,Frater Paulus,dictus Eremita, in Dei ſeruitute proficere, & ad perfectionis apicem anhelare, atque demum ad æternã Beatitudinem peruenire. Frater Bernardinus Eremita,cui ad D. Caietanum noſtrum literas dederam, retulit mihi tecum familiariter alloquutum fuiſse,& inter cetera hoc illi te mandaſſe,vt tuo vtique nomine mihi iniungeret,vt curarem locum aliquem ſolitarium inuenire, in quo congruè cum fratribus tuis poſſis habitare.Quæ ſi ſeriò, & ex animi propoſito à te dicta fuerint,non ſatis intelligo:mouet enim me multùm

ad dubitandum:quia res tanti momenti,ſi hæc erat verè mentis ſuæ ſententia,non pauca hæc verba,ſed ſerioſam epiſtolam exigebat. Si tamen verè ſentis,& hoc eſt mentis tuæ propoſitum,valdè gaudeo,& inæſtimabili afficior iucunditate. Mihi enim ſicut à principio viſum eſt, ita nunc certiſſimè videtur ſolitudinem vobis ad tranquillitatem animi acquirēdam,& ad perfectionis Religioſæ, & Spiritualis vitæ culmen attingendum,valdè neceſſariam eſſe:& ſi verborum meorum non es oblitus, in hac veſtra conuerſione ad Dominum, tria vobis ſolùm optabam. Religionis votum,ſolitudinis ſeceſsum,& ſeparatas in ſolitudine cellas: quorum primùm multò magis quàm optare potuiſsem,magnificè & fortiter perfeciſtis:reliqua duo,ſi—implere deſideratis, locus vobis deeſse nequaquam poterit.Nàm in primis nos Eremitæ S.Romualdi Camaldulenſis Ordinis in hac Anconitanæ Marchiæ Prouincia, plura ſolitaria loca ſatis commoda his,qui anguſtis cellulis, & humilibus Oratorijs contenti ſunt,habemus.Ex quibus quamcumque vobis magis placuerit,cōcedere parati ſumus:ſiue velitis nobiſcum vnà,ſiue ſoli in vno habitare. Nos enim non loca,ſed ſeruorum Dei profectum amare,quantum poſſumus,inſtituimus:& pro profectū veſtro magnum lucrum exiſtimabimus nos conſequutos,ſi vobis ad ſolitudinem confugere cupientibus, vnum ex locis noſtris cum omnibus tàm mobilibus,quàm immobilibus rebus, quæ ad illum locum pertinent, accommodare & condonare mereri valebimus.Si verò anguſta & humilia ſatis loca noſtra placere vobis non poterunt,ſunt in his partibus,& in tota Italia, & ab omnibus derelicta ſolitaria loca,vt facile ſit,ſi qualem locum deſideratis intellexero, iuxtà cordis veſtri deſiderium,locum vobis ſolitarium inuenire,& præparare, ſi iuſſeritis.Eſt inter alia quidam in Anconitani Montis vertice amœnus & ſatis aptus locus, qui ad Anconitanum RR. Cardinalem pertinebat: ſed ipſe illum R.cuidam D.Nicolao Mauroceno, & ſocijs Eremitis ſine profeſſione conceſserat:qui locus nunc omni carere videtur habitatore. Nàm præfatus D.Nicolaus,ob quandam corporis infirmitatem, ad Patriam reuerſus eſt:nec ſperatur illum ad præfatum locum eſse reuerſurū: Socij verò eius partim mortui ſunt, partim aliam vitæ inſtitutionem ſuſceperunt:qui ſi vobis placeret,à præfato D.Nicolao,credo,facilè impetraretur;præcipuè ſi pecunia non multa,quam in cellulis, & alijs habitationibus conſtituendis expōſuit, redderetur ei. Id etiam fieri ſine vlla peccati labe poſse,iuris quidam periti,quos conſului,aſseruerunt. Quare ſi hæc animo veſtro ſedet ſententia, & continuò elongare vos à tumultibus,& fugere ad ſolitudinem,& in ea permanere deſideratis,etiam integri anni experimento didiciſtis,quàm parum alijs proficiat,& quàm multum veſtræ tranquillitati & perfectioni officiat Vrbis commoratio, & propterea ex animo ſolitudinem optatis,de hac veſtra intentione,ve-
ſtris

Digitized by Google

ſtris me literis certiorem facite,obſecro,vt & ſolidiùs de hac veſtra intẽtione gaudere velim,& loca veſtra omnia vobis præparare,vel alia & alia inquirere,quæ vobis magis placeant,omni ſtudio & diligentia valeam. Nunc enim quamuis Religioſus ille frater hoc ſine vlla ambiguitate aſserat,quia tamen res magni momenti eſt,vix credere id poſsum,niſi de ipſa ſententia mentis veſtræ veſtras literas legam.Hæc Paulus. *Ex cuius literis,ſatis patere arbitror,non ſolùm Lucæ Hiſpani,vt Rhò ipſe notat, indiligentiam;ſed & aliter ſe rem habere, quàm noſtri ipſi Scriptores,Caracciolus* in Vita M.S.lib.2.cap.1.*Caſtaldus* in vita cap.2.*&* *Sylos* par.1. lib.1. pag. 25. *ex Lucæ Hiſpani verbis in Romualdina Hiſtoria,coniectarant. Quos P. Auguſtinus Oldoinus è Societate Ieſu ſequutus,in Vitis Romanorum Pontificum* cit.lo.*ſic habet:* Scio Ioannem-Petrum, antequam de Clericorum Regularium ſodalitio cogitaret,ad Monachos Camaldulenſes animum adieciſſe ſuum.Amiciſſimus cùm eſset Carafa Paulo Iuſtiniano, qui priſcam Camaldulenſium viuendi rationem inſtaurauerat, res humanas faſtidiens,explicare cum illo ineundi inſtituti conſilium per literas cœpit. *Hæc ille. Sed has literas, quas & Sylos & Caracciolus citat,ex Camaldulenſium tabulario,nos ſuperiùs recenſuimus, & Theatinum Ordinem inſtitutum ſupponunt. Et per illud* aliquod maius,*ad quod* à Deo vocatum *Lucas Hiſpanus in ſua Romualdina Carafam dicit,non Ordinem Theatinum mox inſtituendum intelligit,ſed Collegium S.R.E. Cardinalium, in quem poſteà Carafa inter Auguſtos Patres adſcitus fuit. Quem, ante inſtitutum Ordinem,de Camaldulenſi ineundo non eſt veriſimile cogitaſſe, ad Clericalem Ordinem excitandum propenſiori quodam ſtudio diuinitùs euocatũ. Optauit ergo Ioannes-Petrus cum ſuis non inter Camaldulenſes adſcribi, vt Romualdinæ Hiſtoriæ verba ſonant,cùm id ſomniare & adſtruere ridiculum eſſet: ſed locum ſeceſſui deſtinatum opportunum habere: non vt perpetuò in ſolitudine degeret;ſed vt eò,vel ipſe,vel ſocij,cùm liberet,ſe ſe recipere poſſent. Neque enim Romanam Vrbem deſerere cogitabat.Nàm in literis,à P.Rhò ipſo Latinè redditis, ita loquitur:*Quamquam nobis neceſſarium videatur,in quemcumque caſum,locum habere in hac terra, in magno nihilominùs deſiderio ſumus habendi ſolitudinem aliquam in hac vicinia.*Scilicet,Vrbi Romæ, in qua cõmorari,& fixum domicilium omninò volebant,vicinæ ſolitudinis,in quam ad tẽpus aliquod expoliendi animi ſtudio ſe reciperent,ſummo omnes deſiderio tenebantur. Quod diſertè oſtendit & probat Archiepiſcopus Tarentinus ex alterius Carafæ Epiſtolæ verbis, in S. Caietani vita* fol.194. *Ab illo verò, quem ſupra citaui Auctore tranſcriptas literas,ac latinitate donatas,* à fol.262.vſque ad 266. *non vno quidem in loco corruptas eſſe, multi grauiſſimè nec vno quidem indicio ſuſpicantur:vt quem Noſtrates ad tempus ſeceſſum inſtituere amabant,perpetuum illis ac in omnem vitam appingeret;quaſi à ſe actuoſæ vitæ exercitia penitùs ablegaſſent.Sed amabo te,ſi ea verè noſtri Ordinis Cõditorum mens fuerat & voluntas, cur demum ad perpetuam ſolitudinem tantoperè concupitam minimè commigrarunt?*

runt? Cur non niſi, fundationum initio, ad aliquod tempus, vt dixi, ſeceſſum inſtituĕre? Videlicet in Mōte Pincio, Romæ: Venetijs, in Paræcia S. Euphemiæ: Veronæ in Hortis Nazarenis: & extra Portam Ianuariam, hic Neapoli. Cur longè aliud inſtitutum amplexi, deindè ſibi ædes ſtudioſiſſimè perquirebant, vbi frequentiorem populum opportuniùs excipere poſſent? Cur toti Congregationi pro inſtituto omninò mandarunt, vt vbique coactis ſodalitatibus ſacris, Verbi Dei prædicationi, ſacrorũ adminiſtrationi, & ſacræ Theologiæ, Canonum, ac aliarum facultatum ſtudijs diligenter omnes incumberent? Cur Clericalem vitam, iuxtà ſacrorum Canonum normam, ſeſe profiteri velle, vt non vno Diplomate teſtatus eſt Clemens VII. expoſuerant? Cur ipſi Hæreſes acerbè adeò inſectabantur, vt lib. 3. ad ann. 1555. *de Ioanne-Petro Carafa, à Cardinali Palauicino laudatus ita ſcripſerit Adrianus?* Nouam humilium ac deuotorum hominum Religionem inſtituit. Qui ſanctè viuebant, atque Hæreſum perſequutores erant acerrimi: quarum oppugnationem, ac Fidei Catholicæ defenſionem ſuſceperant: idque eorum ſolemnis erat Profeſſio. *De Theatinorum Ordine, hæc Adrianus. Perpetua autem ea ſolitudo, ac vita merè contemplatiua noſtris affícta, à Carafa & aliorum Patrum noſtrorum mente, quàm fuerit aliena, opportunè in alijs diſquiſitionibus oſtēdemus. Sed quam ſeceſſui temporario deputatam Domum optabant Venerabiles Dei ſerui D. Clemens Alontius, & D. Franciſcus Olympius diuinitùs acceperunt, olim Neapoli & ingenti Ordinis incremento, & Vrbis ac Orbis beneficio, inſtituendam. Et hanc Mater Noſtra, Theatinarum Virginum & Eremicolarum Fundatrix, noſtro Ordini, ex Dei iuſſu, omninò præſcripſit: vt tàm in ea degerent, qui Theatinarum Sanctimonialium Monaſteria adminiſtrarent, quàm qui nauare operam cuperent Spiritualibus Exercitijs. Sed tametſi illam cunctis animi neruis ſtudioſiſſimè procurarint quamplures PP. Præpoſiti Generales, nimirùm D. Matthæus Sanctomangus, D. Ioannes Gonzaga, D. Franciſcus Carafa, & D. Auguſtinus Bozomus, ſolus ad exitum perducere valuit D. Petrus Paulus Nobilionus: qui multis exantlatis laboribus, victiſque difficultatibus, vt eſt promouendi Ordinis cupidiſſimus, Excellentiſſimo ſtrenuè Proregi Duci Segorbiæ morem gerens, qui noſtratum animos modis omnibus incendebat, contra mille dæmonum oppugnationes ac technas, & Sanctimonialium Eremum abſoluit, & noſtrorum Patrum ſeceſſui deputatam Domum inſtituit: quam demum Beatiſſimus Pater Clemens X. ad Excell. D. Petri Aragonij Proregis inſtātiā, ampliſſimè cōprobauit: cũ Proregis libellum videlicet illi ſupplicem Illuſtriſſimus Dominus Alexander Creſcentius Patriarcha Alexandrinus exhibuiſſet; qui pluries hanc Domum inſtituēdam curauit: & Diploma Pontificium obtinuit, quale nos petebamus, editum hunc in modum.*

CLEMENS PAPA X.

4 Ad Perpetuam Rei Memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Nobilis Vir, Petrus de Aragonia, Dux Segorbiæ & Cardonæ, Regni Neapolis Prorex, ac Chariſſimi in Chriſto Filij noſtri Caroli, Hiſpaniarum Regis Catholici, apud Nos & Sedem Apoſtolicam Orator, ad præ-

ad præſtandam Nobis eiuſdem Caroli Regis nomine Obedientiam miſſus, quod Congregatio Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum, prope & extrà mœnia Ciuitatis Neapolitanæ, Domum habet cum Oratorio priuato, à duobus Monialium Monaſterijs Eremi & Congregationis Conceptionis B. Mariæ Virginis immaculatæ nuncupatis, Curæ & Gubernio dictorum Clericorum Regularium (vt aſſeritur) ſubiectis, debitè diſtantem: in qua Clerici Regulares Congregationis huiuſmodi Gubernio & Seruitio dictorum Monaſteriorum addicti exemplariter & religiosè, ac in maxima à ſæcularibus ſegregatione viuunt. Cùm autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, aliqui alij Clerici Regulares dictæ Congregationis in Domum prædictam, vt ibidem Spiritualia Exercitia quietiùs obire valeant, interdum ſe recipere poſſe plurimũ deſiderent: Nobis propterea prædictus Petrus Dux, Prorex, & Orator, humiliter ſupplicari fecit, vt in præmiſſis opportunè prouidere, & vt infrà indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſius Petri Ducis, Proregis, & Oratoris deſiderio hac in re quantùm cum Domino poſſumus fauorabiliter annuere volentes, eumque à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſentẽtijs, cenſuris, & pœnis, à Iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vt præter memoratos Clericos Regulares, Gubernio & Seruitio prædictorum duorum Monaſteriorum Monialium nunc & pro tempore reſpectiuè addictos, ſeù aſſignatos, alij dictæ Congregationis Clerici Regulares expreſsè Profeſſi de Superiorum ſuorum licentia, in Domum ſupradictam, Spiritualium Exercitiorum huiuſmodi obeundorum gratia, ſe recipere, ibique ad aliquod tempus commorari liberè & licitè poſſint & valeant, Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus & indulgemus. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac illis ad quos ſpectat & pro tempore ſpectabit, in omnibus & per omnia pleniſſimè ſuffragari: ſicque in præmiſſis per quoſcunque Iudices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit Domus, Congregationis, ac Monaſteriorum prædictorum alijſue quibuſuis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet

con-

conceſſis,confirmatis,& innouatis. Quibus omnibus & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis,& ad verbum inſertis habentes,illis aliàs in ſuo robore permanſuris,ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat,ſpecialiter & expreſsè derogamus,ceteriſque contrarijs quibuſcunque.Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorẽ ſub Annulo Piſcatoris die XXX.Ianuarij MDCLXXI.Pontificatus Noſtri Anno Primo. *I.G. Sluſius.*

5 *Mirari ergo deſinat P.Rhò* in XV.interrog.fol.267.*neq;noſtri actuoſi planè Ordinis iniuriam putet, quòd Carafa* in Monte Soracte locum optarit; *aut quòd* Eremitarum Sancti Nicolai appellatione *noſtri aliquando homines* Venetijs inclaruerint.*Quin ſummi Dei conſilium,quod ſummopere nos admiramur,expendat:quippè qui Clericos Regulares ſacrorum adminiſtrationi,iuxtà Canonum normam & rationem,addictos ita uel ab ipſa Ordinis Fundatione & inſtitutione diſpoſuit,ut non ſolùm actiuæ uitæ exercitijs ex inſtituto uacarent,ſed & quandoque etiam ad expoliendum animum in ſolitudine uerſarentur.Neque abs re, ſed Diuinæ Prouidentiæ ſtimulo,factum fuit,ut* Eremitæ,*uel ab ipſo Ordinis initio,Clerici Regulares audirent;Theatinas nimirum Sanctimoniales Eremitas, & Eremitas aliquot Patres,in Receſſu uerſantes,magno totius Orbis beneficio,ſucceſſu ipſi temporis habituri.Quod hìc ſolùm innuimus,cùm id ipſum in Venerabilis Matris Noſtræ Vrſulæ Beniucaſiæ uita,pluries ac fuſiùs exponamus.*

---

1 *Baculo (Paulus Iuſtinianus) aſſumpto viam qua iturus erat, Petro ſequẽte, ingreſſus eſt. Cùmque vix triduo Romæ commorati eſſent: ecce derepente furia ille infernalis, Dux (inquam) Borbonius cum exercitu ſuo eandem vrbem inuaſit:quæ(vt nota eſt hiſtoria)capta,direpta,& miſerè deprædata extitit.In ea direptione nemini parcitum eſt,nec etiam Papæ.Sed vt alios miſſos faciamus, Patres noſtri per manus Teutonicorum capti captiuatiq; ſunt: & cum eis Vir Clariſſimus Ioannes-Petrus Carafa, Epiſcopus Theatinus: qui poſteà Cardinalis factus, & in Papam aſſumptus, Paulus IV. dictus fuit. Etenim ij cum alijs multis ad Eccleſiam S. Iacobi, quæ Hiſpanorum dicitur, confugerunt. Sed vt Horatius ait, cantabit vacuus coram latrone uiator. Videbant eos milites in habitu pauperrimo, nihilque habere intelligebant: quo circa eoſdem illæſos dimittere non ſunt diù tergi verſati. Dimiſerunt quoque Carafam prædictum,pauperrimum tunc tẽporis virum.Hi tres ſimul* (hîc errat) *ne iterum in manus militum inciderent,ad mare currunt: inde nauicula vecti in Tuſciam deducuntur: hinc denique Venetias terreſtri itinere pergere decreuerunt. Vbi relicto Carafa, Patres ad ſua feſtini,per adriaticum ſinum,remearunt Eremitoria.* Lucas Hiſpanus Eremita Camaldulenſis in Romualdina hiſt.lib.3.cap.15.fol.135.breui quidem oratione,ſed plura circa noſtrum Ordinem errata complexus: quæ lector tamen facilè animaduertet ex his,quæ hactenus diximus,aut dicemus.

DISQVI-

DISQVISITIO TERTIA.

Epiſcopus Theatinus unà cum ſocijs in Borbonici Exercitus irruptione, & captæ Vrbis clade quid paſſus eſt? Tanta ne eius ſanctimoniæ fama & conſtantia erat, ut nefarij illi milites ad genua acciderent, & is ſibi ſupplices obiurgaret?

P. Ioannes Bollandus è Soc. Ieſu 8. Februarij fol. 233.

2 PAulò id altiùs, repetita rei narratione, ſed ſine faſtidio ac moleſtia aperiendum. Datus fuerat Ioannes-Petrus ab Iulio II. ſub initium Pontificatus Theatinæ Eccleſiæ in Marſis Pontifex: & ad Archiepiſcopatũ Brunduſinum Theatinenſi longè opulẽtiorem apud Clementẽ VII. à Carolo Cæſare poſtulabatur. Sed multò maiora in Dei gloriam & animarum lucra animo moliens Carafa, etiam Theatinenſi Epiſcopatu ſe ſponte exuit, ſummique Pontificis arbitrio liberè conferendum permiſit: tùm lectis notæ Probitatis & Nobilitatis aliquot ſocijs, ipſo Clemente approbante, anno ſui Pontificatus primo, eiuſque ſeculi vigeſimo quarto, ſolemnioribus Religionis Votis Romę nũcupatis, Clericorum Regularium primus Auctor extitit: quibuſcum, exiguis ædibus ad montem Pincium conductis, religioſam vitam ducebat. Sed mox annus irruptione turbulentiſſimus externa vigeſimus ſeptimus eſt ſubſecutus: cùm Borbonij arma Romanæ Ciuitati ſuperfuſa, fœda populatione ac direptione, ſimul vrbi, ſimul Religioni vaſtitatem intulere: vt inter Romanæ Vrbis, & ſacrorum clades, nulla fortè maior aut turpior numeretur. Erat exercitus penè totus ex Catholicæ Fidei deſertoribus, & Pontificię Sedis hoſtibus infenſiſſimis conflatus, quibus ſtudium deſæuire per laſciuiam in ſacra, & ex Clericorũ iniurijs, ac dehoneſtamẽtis, voluptas. Vnde ſacri homines ſtatim ſæuo victori ludibrium, & præcipua materies infeſtiſſimæ crudelitatis: Roma in primis miſerante cum lachrymis Eccleſiæ Catholicæ Pontificem eiectum, ex ſua pulſam Sede vicariam illam veri Numinis maieſtatem. Ædes verò ſacræ Religioſorumq; Cœnobia militares in caſas fœdo ſpectaculo conceſſere. Ibi manipulares nulla reuerentia ſacri ſoli, tanquam in ganeo, & fornice, alea, ventre, & omni reliqua fœditate laſciuiebant: atque adeò vniuerſa cruento rapaciſſimoque milite, ſumma cum ſacrorum iniuria, furente, & funeſtiſſimè populante, fœdata, direpta. At ne intra vilia quidem & exigua tecta pauperes nouique Religioſi, de quibus agimus, fuere tuti: ad erogandam ſiquidem pecuniam à direptore milite compelluntur: idque domeſtica

cge-

Digitized by Google

egeſtate prohibente, indignis probris ac verberibus male accipiuntur, tenui & vili ſupellectili expoliantur. Quare in tàm miſerabili & extrema Vrbis clade, & rerum omnium direptione, ſibi diutiùs Romæ ſubſiſtendum non putarunt. *Ita P. Bollandus: qui de Roma capta agere, obſeruat, Tiliũ, Bellaium, Paradinum, Guicciardinum, Sylos, alioſque, & in Annal. Eccleſiaſticis Spondanum ad hunc annum 1527. Vis ea tamen in direptione Theatini Epiſcopi Zelum & intrepidi ac conſtantis eius animi virtutem audire?*

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu de varijs virtutum hiſtorijs lib. 1. cap. 11. fol. 150.

3 Volitabant per Vrbem, quam diripuerant, Borbonij exercitus nefarij latrones: & cùm ſacra omnia atque prophana miſcerent, nulla mortalium, nulla Cælitum reuerentia: qui tamen generis erant Hiſpani, Carafæ cuius celebris erat ſanctimonia, obuiam facti, ad genua procidentes, vt ſibi bene precari vellet, ſupplicabant. At ille contracta fronte, ac ſeuera voce increpitans: Ego ne ſacrilegis atque execratis capitibus fauſta precatione benedicam? Ite maledicti in ignem æternum. Tanta in illa gladiorum licentia, vel inter parricidales ſicas, virtutis conſtantia fuit. *Hæc P. Ioannnes Rhò. Sed & rerum omnium ſeriẽ, quod ad noſtrum Ordinem ſpectat, Caracciolus laudatus citatuſque ab ipſo Ioanne Rhò, vt* in fol. 67. *vidimus, ita narrat.*

4 Scimus quidem vniuersè Ioannem-Petrum Carafam iuuenem & Apoſtolicum Protonotarium, vnà cum Hectore Vernacia B. Baptiſtæ Genuenſis genitore fundaſſe Romæ Noſocomium Inſanabilium, atque inſeruiſſe Theatinos Patres, & Caietanum maximè, frequenter agrotis--- Accepimus item eos non raró habuiſſe ſermonem ad populum, Carafam præcipuè & Thienæum, quibus promptior inerat dicendi facultas: atq; cùm inſtãte Borbonica irruptione, tùm capta iam Vrbe, cunctos ad conſtantiam tolerantiamque fuiſse cohortatos----In tãta autem rerum acerbitate, qui iam ad duodecim creuerãt, poſteaquàm veluti ad publicum reſtinguendum incendium cum propriæ etiam vitæ periculo accurrentes, ſe parum proficere perſpexerunt, in Pincianam Domunculam ſe ea fini includunt, vt aſſiduis precibus lacrymiſque vel Romæ irata placarent Numina, vel ſibi ſaltem ipſis Lutherianum gladium propediem expectantibus, Martyrij Lauream obtinerẽt: interea verò vitam Martyrio propiorem degere. Nàm improuiſa clade intercepti, nulloque commeatu inſtructi, ægerrimè vitam ducebant: preſſis videlicet infanda calamitate, aut fugatis Vrbe amicis beneficiſque omnibus. Traduntque contigiſse nõ ſemel, vt vnicum cibarium panem inter duodecim Sodales partiri oportuerit. Sæpè quidem in eam domum irruptum eſt à Barbaris: ſed vnica Patres armati pauperie, ſemper hoſtes prædoneſque impauidè repulerunt. Bis tantùm in eos ij, qui auaritiam non poterãt, ſæuitiam exercue-

Digitized by Google

cuēre----Inter Germanos autem erat miles quidam, quem Caietanus cū diues eſſet, hoc eſt, antequam pro Chriſto ſe mundo atque opibus abdicaſſet, inter gregarios famulos diu habuerat. Is verò, vt è domo Thienæa, atq; Vrbe Vicentia diſceſſit, militiæ ſe dedens, ad ſuos Germanos Lutheriana hæreſi infectos reuerſus eſt: indeque Georgium Franiſpergium, impijſſimum illud hominis monſtrum ſectatus, in Italiam atque adeò Romam venit. Dum Romæ igitur eſſet, quam tùm Vrbem, cæde, direptione, vaſtitate Borbonicus exercitus magis magiſque perditum ibat, olfecit nefarius miles Caietanum Thienæum, herum quondam ſuum locupletū ad montem Pincium deliteſcere; ratuſque habere eum ſecum nummos atque opes ſuas priſtinas, ſpe prædæ illectus, eò vnâ cum aliquot impijs graſſatoribus conuolauit. Non fuit opus perfringere ianuam aut domum diruere, indeque protrahere abditos. Patuit illicò humilis ea caſa prædonibus, & Patres vltrò proceſsere, non diuite ornati infula, ſed habitu vti decebat pauperiem ex voto profeſſos. Obſtupuerunt Barbari Saxones primo adſpectu: mox latibula opum ſuſpicati, extorquere aurum vi tormentorum parant. Caietanum igitur, cuius imaginarias opes iam animo deuorauerant, ſemotis, reuinctiſque Sodalibus ceteris, adoriuntur: ex eoque primùm quęrunt, quò retruſerit ſuas opes. Inſtabat reliquis moleſtioris, qui Caietano olim fuerat famulatus: & moræ impatiens, iniecta in mitiſſimum ſenem impia manu, niſi reuelet aurum, ſęua ſupplicia comminatur. Is leniſſimis verbis extemplò quod verum erat prodidit; fuiſſe quondam ſe, vt vulgò dicunt, diuitem: ſed quartum iam annum agi, quòd mutato vitę inſtituto, abiectiſque fortunis omnibus, religioſam inopiam pro Chriſto amplecti maluerit, quàm incerto diuitiarum ſtultè niti. Ad hæc illi frementes, furenteſque, & prædam ſibi præreptam indignantes, diris & infandis illigatum modis Caietanum inſontem variè torquent; compreſſis ſcilicet artubus inter arcarum labra, totoque corpore funibus in altum ſublato----Sed non hic fuit ærumnarum finis. Quippe poſt aliquot dies, etiam ab alijs illuc vſque irrumpentibus, Patres capti, vexati, ludibrio habiti, vincti, abreptique in diuerſos fuere carceres. Inſignis autem extitit oris vultuſq; habitus, atque ad martyrium apparatio, qua Viri illi prædones teterrimos excepere. Ad ſacram Ædiculam omnes vnâ deſcendunt, eamq; pro temporis opumque anguſtia diligenter exornant: lampades omnes accendunt tanquam feſtiuiſſimum diem celebraturi: ante Aram maximam ad orandum præſens Numen figunt humi genua, & vultu ad pietatem compoſito, atq; inflexa ceruice (vt victimas crederes) prædonum impetum præſtolantur. Mirum dictu! Vidiſſes eos inter pericula extremi exitij, clamoreſque ac gemitus, qui ex immani cæde vndique perſonabant, corpore immotos, animo impauidos vnam ſpirantes ſperanteſq; cœlorum beatam ſedem, húmana hæc interim, bona, mala;

 quaſi

quaſi origini ſuæ,id eſt,Deo proximos,deſpicientes.Porrò ſpectaculum iſtud adeò præclarum,ſi non amorem aut reuerentiam, certè admirationem aliquam à nefarijs illis militibus elicuit.Quippè vbi irrupêre in Ædiculam, nemo ipſorum auſus eſt ſacras eas victimas, tametſi neci vltrò expoſitas,neci dare.Sed poſteaquàm aliquantiſper attoniti ſubſtiterunt, ab vno ex eis præciſo fune quo lampades dependebant, lychni penſiles in ſubiectorum capita deciderunt: ab altero autem iacto in pronam Bonifacij ceruicem lato gladio (quem ille ictum intrepidus excepit) per ſummum ludibrium diuexati fuere. Aſt vbi viderunt impij Sacrorum deriſores nihil eos,qui mori pro Chriſto cupiebant,eiuſmodi terricula expaueſcere, comprehenſos vinctoſque & fœdis conuitijs oneratos in diuerſas cuſtodias rapiunt.Primùm enim ad B.Iacobi,cui attiguas Ædes ---------acierum Primores occupauerant, dein verò ad Vaticani Palatij anguſta quædam cubicula, ſupra Horologium ſita, pertrahunt, diutino & tetriore carcere macerandos.Ijs locis dum hoſtiliter haberentur mirè eluxit veluti noctu ſtellæ excelſa Patrum virtus,& conſtantia. Nam & Bonifacij tolerantia, & Carafæ magnanimitas,atque incredibilis zelus, & omnium ſimul non victa aduerſitatibus pietas inflexit tandē immanem militum feritatem ad mitiora conſilia. Caietanus autem licet longè minore quàm Carafa eſſet apud illos auctoritate, non deſiſtebat tamen in loco eos admonere,arguere,inque eorum animis religionis igniculos,ſceleribus penè iam obrutos,excitare.At nihil aliud conſecuti ſunt ipſe, Carafa,ceteri, niſi vt quos liberè increpantes ſuſtinere non poterant,interiorē in cuſtodiam à ſe longiùs abegerint.Igitur è Iacobæis Ædibus extractos,in Vaticanum carcerem amandarunt;arbitror,vt tandiu ſqualore,fameque vexarent,donec ab Epiſcopo,ceteriſque nummorum aliquid exculperent. Ij tamen nihil prorſus, niſi ſacrarum precum Breuiarium habebant.Sed faciente Deo,res benè,vtcunq; vertit. Nàm quod diuitibus pecunia conferre ſolet, id pauperibus Clericis vnicum quod iam dixi Breuiarium egregiè contulit.Res hoc modo geſta eſt. Inuitauerat aliquando Centurio ille, qui Patres concluſos carcere tenebat, Tribunum militum Hiſpanorum (vt mutuò muli ſcabunt) ad lautū conuiuium,quod in Vaticano,ſupra Horologium apparauerat. Accedit itaq;inuitatus, ad condictam diem atque horam. Et dùm menſa inſtruitur,ecce audire ſibi videtur è proximo cubiculo (id clauſum,quia carcer, erat) ſuſurrum quemdam mutuò pſallentium hominum,& Diuinum Numen exorantium.Tùm ad hoſpitem conuerſus quærit,quinàm hominum illi ſient.Hoſpes,ſpernentis in modum:Sunt Clerici, inquit,aliquot, pars noſtræ prædæ. Rogat Tribunus,vt ſecernere eos faciat. Ille morem geſſit: & reſerato carceris oſtio, videt iſte matura ætate ac moribus viros adeò compoſitè & grauiter preces Deo ſoluentes,vt Sanctorum cœtum

ſibi

Digitized by Google

ſibi aſpicere videretur. Et reuerà Paulum, opinor, atque Sylam referebāt, itidem in cuſtodia Philippenſi, laudibus Deum celebrantes. Hoc adeò præclaro ſpectaculo commotus Tribunus, indignatuſque homines eximiè probos in tanta mala proiectos, petijt enixè à Centurione ne eos diutiùs detineat. Videri ſibi prorſus innoxios, qui religioſos ritus, pietatemque diuini cultus etiam in carcere tuerentur. Cùm autem Centurio obſtinatior rem in tempus aliud differret, multis vltrò citroq; habitis ſuper ea re verbis; Ego, inquit Tribunus, nihil profectò apud te cibi ſumã, niſi hos extemplò liberos, quò volunt, abire ſinas. Tandem igitur Centurio, partim ne ſubruſticæ aſperitatis notaretur, partim quòd nulla ſpe lucri, pauperes Chriſti ſeruos, vinctos ibi haberet, reſeratis foribus, educit atque dimittit. Patres, gratijs Centurioni, & Tribuno in primis actis, è Vaticano ad Tyberinam ripam rectà abeunt. *Hæc ille in collect. à fol.* 201. *vſque ad* 211.

---

1 *Quo tempore alma Vrbe à----militibus Carolo Borbonio duce capta, Pontificeque Maximo in mole Hadriani obſeſſo, cùm omnia paßim ad militum libidinẽ peſſum agerentur, placuit Deo, qui ſuorũ curam nunquam deſerit, iuxtà illud Pſaltis:* Non vidi iuſtum derelictum; *Virum ſanctiſſimum quaſi Diuinæ Prouidentiæ Nube tectum, & muro vallatum, per medias belli flammas, armatorumque acies ac enſes tranſeuntem, ſaluum atque incolumem Oſtiam perducere: quem etiã ad locum Auguſtino Amulio, Venetæ Claſſis Præfecto, paucis poſt diebus appellente, ab ipſo benignè & liberaliter acceptus eſt tùm ibi, tùm Venetijs.* Ludouicus Donius D'Attichy, Epiſc. Æduenſis in flor. hiſt. Cardinal. tom. 3. ann. 1536. fol. 131.

DISQVISITIO QVARTA.

Quomodò Epiſcopus Theatinus vnà cum ſocijs à Venetæ Claſſis Præfecto ſuſceptus eſt? Venetijs quem locum accepit? Quam in ſuo Ordine vitæ rationem ſeruabat? Cur Diœceſim Veronenſem inuiſit?

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu in Apolog. interrog. 9. n. 10. fol. 143. lin. 29.

2 AVdiendus hìc eſt (*laudatus ſupra in fol.* 57.) Hieronymus Magius. Accidit, *inquit*, vt Vrbe ab Hiſpanis militibus capta, Pontificeque Max. in Arce obſeſſo, omnia Romę ad militum libidinem paſſim ſubuerterẽtur, ita vt qui hoſtium manus effugeret, is Dei beneficio ereptus, non humano conſilio diceretur. Qui quidem Deus, propterea quòd Iuſtorum hominum, ſuique ſine fuco & fallacijs amantium procurationem curamque ſuſcipit, eoſque perire nullo modo ſinit, Virum ſanctiſſimum,

quaſi nube tectum, per medias Vrbis flammas, medioſque crudeliſſimorum atque armatorum oculos tranſeuntem ſaluum atque incolumem Oſtiam perduxit. Quem planè ad locum Auguſtino Amulio Venetę Claſſis Præfecto, paucis poſt diebus appellente, ab ipſo hilari animo liberaliterque exceptus eſt, Venetiaſque deuectus.

3 Qua in Vrbe, datus eſt ei certus ac celebris locus eſt, vbi cum pauculis quibuſdam cùm nobilitate tùm morum elegantia doctrinaque inſignibus ſocijs ſe recepit, ſumpto priùs vno eodemque omnes veſtitu, qui honeſtiſſimus eſſet. Deindè, ſi qui in eorum ſocietatem admitti cuperent, difficulter admittebantur, nec niſi facta priùs diligenti de vita & moribus inquiſitione, deque præcipua cauſa, qua mouebantur hoc vitæ genus expetere. Pueri verò, propter ætatis imbecillitatem, ſtatim excludebantur: neque vllus precibus aut lacrymulis locus erat. Regula autem ijs Sodalibus expoſita eiuſmodi erat, vt erga Deum, tota mente, toto ſpiritu, tota anima colerent pietatem: erga virtutem, diligentia, exercitatione, aſſiduitateque ſanctitudinem ſeruarent: erga proximum, miſericordia, feruore, ſtudioque diligenti charitatem diligerent, caſtè viuerent. A iure iurando omnique mendacio abſtinerent, diuitias negligerent, Paupertatem ex voto profiterentur. Voluptati reſiſterent. Gloriam vni Deo concederent. Beneuolentiam inter ſe maximè colerent. Æqualitatem continuò tenerent. Victum denique & vitam communem haberent. Quodque omnium admirabilius eſt, cùm nihil certi haberent ad vitam alendam (omnis enim eorum ſpes in Deo poſita erat) ſi quid à quoquam eis donaretur, quo famem quotidie pellerent, non plus acciperent, quàm quod ad vitæ vſum neceſſitatemque ſufficeret, reliquum omne in pauperes diſtribuerent. Atque ita ſola ſpe ſuſtentati vitam degebant, quippè qui ex omnibus hominibus pauci & ſoli eſſent, qui diuitias & fundos repudiãtes virtute ditiſſimi haberentur. Omnemque ſuam ſpem & cogitationem in vno Deo ſitam eſſe fixamque volebant. *Hac ille. Sed Epiſcopus Theatinus an Veronam conceſſit?*

P. Auguſtinus Oldoinus è Soc. Ieſu in Paulo III. lo. cit.

4 A Cæſarianis militibus Vrbem diripientibus male habitus Vèronam primò deindè Venetias profectus eſt. *Et*

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu in progreſſ. Ord. fol. 217.

5 Luſtrat (*Io. Matthæo Giberto Epiſcopo abſente, Clementis VII. hortatu*) Diœceſim Veronenſem. *Et Clementis literæ (vti refert Vghellus in Giberto Epiſcopo) ſic habebant.*

C L E M E N S V I I. &c.

6 Venerabili fratri Ioanni-Petro Epiſcopo Theatino Sal. & Apoſt. be-

bened.Quia gratus nobis euenit Venerabilis fratris Io.Matthæi Epiſcopi Veronen.reditus,piaque in ægritudine noſtra viſitatio, indè colligimus,quòd eodem tempore alleuari paulatim ad incolumitatem regreſſi fuimus;quod fraternitati tuæ libenter ſignificamus, quippè quam credimus pro tua in nos beneuolentia tàm eſſe in noſtra conualeſcentia, quã in infirmitate dolutam, cuius etiam precibus apud Deum adiutos eſſe confidimus, vt hoc ab eo ſalutis corporis munus impetrari mereremur. Porrò nos tàm affecti beneficio præter alia innumerabilia, quæ nobis eiuſdem Dei clementia conceſſit,vt ſi qua in re poſſumus grati ei eſſe teneamur. In priſtinas cogitationes, & curas relabimur ſemper animo noſtro infixas,pacem inter Chriſtianos Principes conciliandi,quod quãdo Nuncijs & literis parum profecimus,nos ipſi expedire, nulloque aut labori vel perſonæ noſtræ propriæ parcere ſtatuimus, vt nihil intentatũ relinquamus. Qua in re cùm tàm perſonæ nobis dicti Epiſcopi Veronẽſis miniſterium ſit futurum,quantùm tua fraternitas non ignorat, cùmq; ſuo more nobis inſeruiendi cupidum ſolùm ſuæ Eccleſiæ deferẽdi rationem nonnihil retrahat;Nos qui eius opera in negotio tàm pio & ſalutari vti omninò decreuimus,gaudemus nobis oportunam tuæ fraternitatis nunc perſonæ præſentiam offerri, in cuius DOCTRINA, PRVDENTIA, & RELIGIONE, plurimùm ſpei & fiduciæ,idem Epiſcopus meritò reponit;qui ſanè,vt ſcis,ita AVCTORITATE & PROBITATE TVA conquieſcit,vt longè meliùs in ſua Eccleſia actum iri putet, ſi per te, quàm ſi per ipſum regatur. Itaque, nos pro noſtro officio vniuerſis Eccleſijs debito,noſtriſque muneris exiſtimantes,vt idem Epiſcopus nobis & vniuerſali Eccleſiæ inſeruiens,non ſit interim de ſua ſolicitus,fraternitatem tuam omni amore hortamur, Apoſtolica etiam auctoritate illam regendi,vt Dei in primis noſtraque deindè cauſa, onus dicti Epiſcopi te præcipuè colentis,ſuſcipere velis.Nullibi enim, aut gratius nobis præbere obſequium,aut tui amantiori,quàm ſit ipſe Epiſcopus,operam dare poteris. Nec dubitamus, quin quod tua ſpontè facere iam cœpiſti,ſicut audiuimus,id etiam libentiùs proſequaris noſtra hortatione accedente;qui ſanè cupidè expectamus, pergratumque à te habituri ſumus,vt & tui amantiſſimi, & nobis cariſſimi hominis curam ſubeas Veronenſis Eccleſiæ,& Diœceſis habeas in ſalute animarum commendatarum,Clerum illius regas,mores dirigas, Cultui Diuino ſtudeas, omnia denique SAPIENTER & PRO TVO MORE gubernes verbo, & prædicatione excites ſalutari, quos opera & exemplo aliàs vitæ prouocaſti.Nos intereà erga te, & tuos &c. (*Hic quod ad noſtrum Ordinem ſpectat,prætermiſit Vghellus.*) qui debemus,nec vnquam à nobis quicquid in Domino poterimus,noſtram benignitatem deſiderari ſinemus,ſicut nũc fecimus,quòd ipſo Epiſcopo pro vobis petente, quædam vobis liberaliſſi-

liſſimè conceſſimus,quæ tamen VESTRIS MERITIS, NOSTROQ; DESIDERIO,LONGE INFERIORA IVDICAMVS. Datum Romæ &c. *At quomodò Epiſcopus Theatinus contumacem Veronæ Rectorem, cùm Gibertus adeſſet,ad eius pedes,ſua increpatione, ac admirabili oris maieſtate,proſtrauit?*

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in Hiſtor. Diſp. fol. 19. lin. 18.

7 Antonius Car. Cardinalis eius Conſanguineus veritatē bene notat. Cùm aliquando Veronæ, *inquit*, apud Gibertum Epiſcopum,ſibi amiciſſimum, diuerſaretur, Venetus quidam Patritius Vrbis illius Præfectus, Excommunicationis abſolutionem, in quam nefarijs actibus inciderat, in domo Epiſcopi,aut in Æde ſacra,petere, & ſolenni ritu obtinere detrectabat.Immò vix in animum induxerat,vt quocunque loco Epiſcopo per Vrbem eunti occurriſſet,abſolutionem flagitaret.Contigit autem vt eo loco publicè occurrerint,quo Carafa rei conſcius intererat. Hic igitur aduentanti Prætori obuiam factus,terribili obtutu,voceque,Heus tu, inquit,flecte hìc genua:& ab Epiſcopo tuo veniam pete.Quibus ille territus verbis extemplò paruit.Solebatq; poſteà fateri,ſe Epiſcopi Theatini perculſum imperio ad eam demiſſionem petendæ veniæ deueniſſe. *Hæc Card. in coll. fol.* 148. *Idemque narrat*

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu de varijs virtutum hiſtorijs lib. 1. cap. 11. nu. 1. fol. 150.

8 Quum Veronæ Giberti Epiſcopi latus clauderet, occurriſſetque Vrbis Rector,qui ab ingenita ſuperbia Epiſcopo ſe ſiſtere, abſolutionēque neſcio cuius nexus Chriſtiano more petere abnuebat *(Carafa)* Epiſcopum Apoſtolico verbo monuit,Increpa eum durè; mox facto gradu, ea ſermonis grauitate hominem obiurgauit,vt dicentis Maieſtate victus, ad Giberti pedes,pacem ac veniam precaturus acciderit, liberè poſteà confeſſus, Epiſcopi Theatini vim ſe non potuiſſe ſuſtinere. *Ita Ioannes Rhò à quo laudatus Caracciolus* fol. 112. *de fixo Venetijs domicilio hæc habet.*

9 Venetijs autem primò in Æde S.Euphemiæ, mox ad B. Gregorij pauliſper ſubſtitêre. Hic verò die Exaltatę Crucis eiuſdem anni 1527. coactus grex paruus ſibi Paſtorem Caietanum elegit, dignum vtique Theatini Epiſcopi ſucceſſorem.Et ſtrenuè quidem ſe geſſit in eo munere Caietanus,parteſque omnes boni Præſulis expleuit. Nàm induſtria, labore,conſtantia præire cunctis: ſuauitate morum,modeſtia, miſericordia nulli non obſequi:contigitque,quod eſt rariſſimum,vt illi nec facilitas auctoritatem,nec ſeueritas amorem diminuerit.Denique ſpectatiſſima viri exempla magnam certè vim habuere ad omne virtutum genus ſuorum animis inſtillandum.Accidit autem,dùm eſſent Venetijs,Peſtilitas illa,& quæ perpetua eius eſt comes,ſiue ſubſequa,fames, ex incredibili

bili

bili annonæ exorta charitate,quæ anno 28.ſuprà ſeſquimilleſimum, Italiam atq; Europā penè vniuerſam depopulata eſt.Et ea tempeſtate, plurima Patrum & Caietani inprimis benignitas in pauperes,qui Venetias miſelli & palabūdi turmatim cōfugerāt,enituit.Mirā Theatini PP.viciſſim Dei Prouidentiam,& nullo mundi æſtu areſcentem charitatis fontē ſunt experti. Quippè quòd Vrbe Roma extruſos, Venetias petere oportuit,aduerſitas viſa eſt,ſed beneficium fuit.Venetiæ enim eo anno longè minùs quàm reliquę Italię Vrbes annonę charitatem famemq; ſenſerūt. Itaq;qui nihil à quoquam petendo, nihil ipſi certorum cenſuum habendo, victitare decreuerant, & magna prōfectò ſi Romæ perſtitiſſent, premēdi rerum inopia fuerant,ijdem,moderāte rem Numine,Venetias,hoc eſt,in tutam ab his calamitatibus Ciuitatem deſtinantur:vt ſummo Parēti deinceps liberè fiderent,& ſolicitudinē omnem(vti Princeps eius Ordinis Petrus monet) in Deum proijcerent; quoniam ipſi cura eſt de nobis.

---

1 *Apud Ædem S.Nicolai Tolentinatis (Ioannes-Petrus Carafa) non ſine magna Sanctitatis & Doctrinæ opinione, aliquot annos egit*. Onuphrius Panuinius in Vita Pauli IV.

DISQVISITIO QVINTA.

Somaſchenſis Congregationis Fundationem Epiſcopus Theatinus an iuuit? Hieronymo Æmiliano eius Conditori,Viro & nobilitate generis, & vitæ ſanctitate clariſſimo,num à Confeſſionibus fuit? Populorum frequentiam an Venetijs ad ſe traxit? An morum Reformationem induxit? Quid in eo Æmilianus admirabatur? aut quomodò ex eius nutu omninò pendebat?

P. Auguſtinus Oldoinus è Societate Ieſu in Vit. Romanorum. Pontif. in addit. Andr. Victorel. lo. cit.

2 VT SOMASCHENSIS CONGREGATIO INSTITVERETVR (*Io.Petrus Carafa*) AVXILIO FVIT: & Hieronymū Æmilianum illius Ducem ſanctimonia celebrem mirificè dilexit.*Et*

P.Iulius Nigronus è Soc.Ieſu in hiſtor.diſp.num.69.fol.99.

3 Hieronymus Æmilianus, inſtitutor Congregationis Clericorum Regularium de Somaſcha, Venetijs, in ſua conuerſione SPIRITVALEM DVCEM ELEGERAT CARAFAM. *Sed rem prolixiùs audiamus.*

P.Ioan-

Digitized by Google

P. Ioannes Bollandus è Soc. Ieſu 8. Febr. fol. 233. num. 60.

4 Auctus eſt Hieronymus per id tempus non ignobili ſpiritualis vitæ Magiſtro. Is fuit Ioannes-Petrus Carafa, VIR ET DOCTRINARVM OMNIVM INSIGNI LAVDE FLORENS, ET MAGNÆ INTEGRITATIS, PIETATISQVE FAMA ILLVSTRIS: qui poſteà in Cardinalium Collegium à Paulo Tertio lectus, eiuſque Ordinis princeps, Marcelli Secundi Pontificatum excipiens, Paulus IV. mutato de more nomine appellari voluit. HVIVS OPERA ET CONSILIO VTEBATVR ASSIDVE HIERONYMVS: EIQVE TANTVM DEFEREBAT, NIHIL VT EO INCONSVLTO MOLIRETVR------Igitur (*Epiſcopus Theatinus ac Socij poſteaquàm ſe Romanæ Vrbis cladi ſubduxerant*) Veneti Oratoris ab Vrbe diſcedentis benignitatem nacti, anni ſub exitum, cum eo Venetias commigrarunt: conductiſque ædibus ad S. Nicolai Tolentinatis, anno ineunte vigeſimo octauo, domicilium poſuerunt; vbi fuit Carafa ad annum ferè trigeſimum ſextum, quo à Paulo III. ſui item Pontificatus anno tertio, Cardinalis honore inauguratus eſt.

5 Vt primùm Doctrinæ & Pietatis Nouorum Religioſorum Fama latiùs per Vrbem manare cœpit, MVLTORVM AD EOS FACTVS CONCVRSVS, multis Religioſi inſtituti probata eſt diſciplina, ardẽter etiam expetita, & ſuſcepta: PLVRIMORVM CIVIVM, PATRVM OPERA ET STVDIO, CASTIGATVS VITÆ LVXVS, ET MORVM LICENTIA. (*Non ergo Patres vt Eremitæ perpetuò in ſolitudine verſabantur: ſed Verbi Dei Prædicationi, ac ſacris Confeſſionibus incumbebant.*) Nec ſerò iſta ad Hieronymi aures deferuntur: qui vt erat proborum ſtudioſiſſimus, facilè ad eos ſe confert, Caraffæque conſuetudine maximè delectatus cœpit Religioſas ædes frequentare; nec moleſtus erat Ioanni-Petro creber Hieronymi acceſſus, nec inutilis Hieronymo: ille enim hominis nobilitatem tanto cum pietatis ardore coniunctam ſuſpiciebat & admirabatur: Hieronymus viciſſim in Caraffa VNIVERSA HVMANÆ DIVINÆQVE SAPIENTIÆ ORNAMENTA CVM SVMMA VITÆ INTEGRITATE NON SINE ADMIRATIONE VBIQVE COMMENDABAT ET PRÆDICABAT: multaque in animæ & ſalutis ſuæ commodum ſpiritualiſque profectus vberiorem fructum ſemper è congreſſu probatiſſimi hominis hauriebat. Itaque venit illi in mentem, ad ſanctiora maioraque pietatis ſtudia informãdum Ianni-Petro ſe tradere: quippè nihil in ſpiritualis vitæ progreſſu regendarum animarum Moderatore peritiſſimo antiquiùs habebat; qualis ei Carafa videbatur, è cuius nutibus, veluti certo diuinæ Voluntatis Interprete, totus penderet, ſeque & ſua componeret vniuerſa

pro-

Digitized by Google

propterea quòd, certa lege ſibi indixerat iampridem, nihil vt proprio ſtatueret arbitrio, neuè in rerum ſpiritualium vſu, ſuo fallaci ſenſu, & inexperto vteretur doctore, ne hac vna via, occultis dæmonum fraudibus facilis pateret aditus. Quod pium & prudens animi decretum adeò religiosè tota vita ſeruauit, vt ne pietatis quidem opera, inſcio & inconſulto conſcientiæ moderatore, aggrederetur: ſiue quòd adeò illi in omnibus proprij ſenſus eſſet ſuſpecta libertas: ſiue quòd ſciret, quò minus de noſtro imperata res habet, eò cumulatiori mercede meritum compẽſari. Igitur, vel priore Magiſtro deſtitutus, vel quòd vtriuſque operam perutilem ſibi exiſtimaret, è Caraffa quæſiuit, vt ſe ſe rerum ſpiritualium doctrina inſtruendum ſuſciperet; de ſe, & de rebus ſuis, ex Dei Gloria animæque ſalute, liberè ſtatuere vellet: id ſibi pergratum fore. Non grauatè prouinciam ſuſcepit Caraffa, ex eo fertili ſolo vberem frugum copiam ſe breui collecturum (quod poſteà rei euẽtus comprobauit) conijciens; & quod liberaliter ſpoponderat, pari poſteà fide ac religione perſoluit.

6 Sæpius actum eſt inter eos de diuinis rebus, de proximorũ ſalute procuranda, de corruptis eius ætatis moribus ſanandis, de nouo certoq; vitæ genere deligendo; quibus frequentiſſimis colloquijs, ad ſtrenuè in vinea Domini laborandum, quotidie magis inflãmabatur Hieronymus; nec contemnendos in rerum ſpiritualium exercitatione progreſſus oſtẽdebat, quibus in dies eius ſpiritus pietaſque Caraffæ ampliùs probabatur. Nunquam tamen illum ſuo nouo Ordini adiungendum curauit; fortè, quia communicato cum eo animi ſui conſilio, intelligeret hominem ad alia omninò, ſed tamen Chriſtianę Reipublicę proximorumque ſaluti perutilia, à Deo vocari; ac proinde cùm eum maximi faceret, quotidieque ad pietatis progreſſum vrgeret; interiori tamen religione prohibebatur, ne ad ingreſſum recentis Religionis illum ſolicitaret. Quin etiam Caraffæ auſpicijs & conſilijs, Hieronymum ad pauperum derelictorum curam animum applicuiſſe, adeò certa & conſtans eorum opinio fuit, qui ab eodem Hieronymo in partem laboris ſocij electi fuerant; vt anno ab eius obitu decimo à Ioanne-Petro Caraffa Cardinali, hoc vno maximè nomine, cum ſuo Ordine Congregationis vnionem poſtularint, quòd ſcilicet eius auſpicijs, illorum operum eſſent fundamenta iacta, & quòd ad eos Hieronymum ipſe deſtinaſſet—

7 Mirificè autem temporum progreſſu tanta illa Ioannis-Petri & Hieronymi animorum conſenſio, voluntatumque conſpiratio, apud vtriuſque Ordinis alumnos proceſſit, velut à radice mutuæ charitatis vigor ad ramos tranſmiſſus; vt non minoribus beneuolentiæ vinculis, hæ duæ familiæ modò vinciantur, quàm ipſa ambarum Religionum capita fuerint amoris & charitatis neceſſitudine copulata. Qui verò primus Pa-

Digitized by Google

trum Theatinorum locus à Hieronymo Venetijs eſt frequentatus, is poſteà Somaſchenis PP. vſui & cōmodo maximè fuit. Nā ad eius Seminarij adminiſtrationē, quod Ioannes Triuiſanus Patriarcha, magno ſanè Venetæ Eccleſiæ nō ſolùm ornamento, ſed fructu excitauerat, Patribus illis ab eodem Veneto Patriarcha vocatis, ad idque ampliſſimis ædibus apud Sancti Hieremiæ conductis, vbi annos fermè viginti, eoque amplius Seminarium ſubſtitit, nullum interim erat publicæ Eccleſiæ, nullum Religioſæ ſepulturæ ius, ſed domeſtico Sacello ad quotidiana & priuata Sacrificia vtebantur. Itaq; à Patribus per id tempus, qui deceſſiſſent, ad S. Nicolai Patrum Theatinorum Religioſo funere efferebantur: vbi longo linteatorum Patrum ordine, cantu, & funalibus occurrente, per honorificè excepti, ſacriſque Eccleſiæ precibus, & cærimonijs expiati, intra domeſticum Cœmeterium, eodem ſacro veſtium & luminum apparatu, cantuque comitante, condebantur. Vt quaſi iam tùm videretur Hieronymus filijs deinceps in ſocietate procreandis, ſepulturæ locum indicare, & viam aperire, commodiſſimum ſanè locum: vt ijdem vita defuncti apud eos conquieſcerent, quibuſcum animorum ſumma coniunctione concordiſſimè vixerant. Sed de Caraffa non ſemel mentio redibit. *Itaque nihil Carafa inconſulto peragebat Aemilianus: vt iterum narrat idem P. Bollandus fol. 273. hunc in modum.*

7 Cùm poſteà in diſciplinam etiam Carafæ ſe tradidiſſet, ita ab eius nutu pendebat, vt, EO INCONSVLTO NE LEVISSIMA QVIDEM ATTENTARET. Ad tantæ virtutis ſpecimen indicandum, hoc vnum ſubijciam, ex quo de cæteris prudens lector coniecturam faciat. Cùm Salodij Stephanus Bertazzolus, Hieronymo audiente, aliquot capita ex S. Auguſtini meditationibus perlegiſſet, magno pietatis ardore Hieronymum ea lectio compleuerat: vt libellum apprimè vtilem & fructuoſum vehementer laudaret commendaretque. Ea res Stephanum impulit, vt librum Hieronymo muneris loco offerret; ſed gratum dantis animum multa humanitate collaudans Hieronymus, gratiæ omninò remittebat: verùm cunctantem ad accipiendum cùm alter precibus perpelleret ardentiùs, annuit tandem Hieronymus, ſeque oblatum munus hac conditione admiſſurum ſpopondit, SI DATIS EA DE RE AD CARAFAM LITERIS, ET IPSE CONSENSISSET: ne videlicet quicquam in ſanctæ Obedientię iura ea de cauſa peccaſſe videretur. *Quocirca accidit quod P. Turtura lib. 3. cap. 6. & P. Bollandus fol. 251. n. 23. habet his verbis:*

8 Quàm multa verò & omnium æſtimatione maiora in rem communem geſſerit eo tempore (*Mediolani*) Hieronymus facilè quæ ſubijciam teſtabuntur. Nàm ipſe Dux, cùm Ioannes-Petri Carafæ opera, è cuius nutu hominem plurimùm pendere didicerat, exiſtimaret Hieronymū

ad ea

ad ea pietatis ſtudia Mediolanum deſtinatum, datis ad Carafam literis humaniſſimis per ſuum Internuntium apud Rempublicam Venetam tùm commorantem, ei gratias egit quammaximas, quòd hominem Mediolanum allegaſſet, tàm magno totius Ciuitatis bono: quam gratiarum actionem minimè ſibi debitam ingenuè fatetur Carafa. *Vt in literis ad S. Caietanum datis inferiùs eſt videre. Hactenùs ex P. Ioanne Bollando; qui in ſuo commentario de Hieronymo Aemiliano Boſſium citat: qui item in Carafa Hieronymum admiratum fuiſſe narrat;* HONORVM CONTEMPTVM, ZELVM SANCTÆ FIDEI ET ANIMARVM, ET CVM PLERISQVE ALIIS VIRTVTIBVS PRVDENTIAM MAXIMAM: *& ad noſtros Patres catervatim Venetiarum populos vndique confluxiſſe.*

---

1 *Venetijs cùm priùs eſſet---- maximè ſtuduit vt Græcos à Schiſmate, & Hebræos à perfidia reuocaret: cùmque id faceret, cum Græcis Græcè, & cum Hebræis Hebraicè, diſertiſſimè loquebatur; cùm per vniuerſum Orbem integritatis ac doctrinæ ſpecimen omnibus præberet.* Barthol. Chioccarell. de Archiepiſcop. Neapol. fol. 329.

DISQVISITIO SEXTA.

Num S. Caietanus aliquando Venetijs Inſanabiliũ Xenodochium excitauit? Num ægris in eo S. Franciſcus Xauerius inſeruiuit? Epiſcopus Theatinus Eremiticam ne vitam ducebat, an multorum ſaluti, vt diximus, in magna omnium exiſtimatione, proſpicere videbatur? Xenodochium illud an noſtri Ordinis Authores, Conditores agnoſcit? Quàm bene idipſum Hieronymus Aemilianus adminiſtrauit?

P. Ioannes Bollandus è Soc. Ieſu 8. Febr. fol. 239. num. 18.

2 VEnetijs inſigne Pietatis Opus excitatum fuerat eius Caietani Thienenſis Vicentini opera, qui poſteà Romę cum Ioãne-Petro Carafa, Clericorum Regularium Parens & Auctor fuit: eoque in Religioſo Ordine non obſcura Sanctitatis laude deceſſit. Noſocomium ſcilicet, in quo potiſſimùm fouerentur inter ægrotos ij, quos vel inſanabilis morborum vexaret iniquitas, vel membrorum debilitas incurabili dehoneſtamẽto notaret. Proindè loco, inſanabilium Valetudinario nomen factum; feruentibusque (vt nouis in operibus ſolet) admodùm initijs, perbellè aliquandò opus proceſſit. *Ita P. Bollandus: notatque, ſub huius capitis finem,* S. Franciſcum Xauerium, in hoc Valetudinario, ægris operam

nauaſſe,atque vlceroſi ſaniem exuxiſſe*: vt ſcribit P. Horatius Turſellinus in eius vita lib.* 1. *cap.* 5.*Sed præterea Venetijs Carafa quid egit?*

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu interrog.apolog. in progreſſ. Ord.fol. 217. *multis prætermiſſis hæc notat:*

3 Carafa Venetijs in magna celebritate arbiter conſcientiarum.
Sorori Mariæ Author eſt condendi Monaſterium Neapoli.
Cum Epiſcopo Paulano Nuncio apud Venetos diſſidium Reipublicæ, & Archiducis Ferdinandi arbiter componit.
Scribit de modo à Republica in beneficijs tenendo.
Pro Græcis reuocandis à Schiſmate laborat.*Et*
Inſanabilium Noſocomij Caietanus & Carafa ab illius Gubernatoribus *(olim in Vrbe)* Protectores conſtituuntur,*his tabulis.*

4 Quoniam ita à natura comparatum eſt,vt res omnes,quorum cõſilio & imitatione initium habuere, eorundem fauore & protectione maximè gaudeant,augeantur,& conſeruentur;hancque fortunam valdè recipiant res illæ, quæ diuinis vſibus aut miniſterijs addictæ per bonos & verè Chriſtianos homines ſanctiſſima accepere adiumenta;ea propter Nos Gubernatores Hoſpitalis Pauperum vlceratorum incurabilium D. N.Ieſu Chriſti Venetiarum,perſpectam & benè cognitam habentes probitatem humanitatemque RR. in Chriſto Patrum Io. Petri Carafæ Epiſcopi Theatini,& Caietani de Thieneis Clericorum Regularium ad pręſens in Romana Curia commorantium, quorum opera, integritate, doctrina,& exemplo ad Chriſti opera fuimus prouocati,nos ſubindè cõmonentium miſeris & valetudinarijs pauperibus nõ deeſse,quò tùm noſtra tùm aliena deuotio per antedictos RR. PP. Apoſtolorum vices in terris gerentes inflammentur;pro comperto habentes,obſequium iſtud, quod in D.N.Ieſum Chriſtum nõ minùs reuerenter quàm fideliter exercemus ne dum protectionis tutelam perpetuam,verùm etiam alacris eiuſdem & ſanctæ defenſionis ſuſcepturum dignitatem, ob illuſtre tàm Chriſtianorum & Sãctiſſimorum Patrum electorum patrocinium,eaq; Protectio augendę fidelium huius Vrbis pietati mirũ in modum ſit profectura:ſpõte & omni meliori modo,quo potuimus,& efficaciùs valere poteſt, elegimus,fecimus,& ſolemniter conſtituimus, ac vigore huius præſentis publici inſtrumenti, eligimus, facimus, & conſtituimus Noſtros & præfati Hoſpitalis ac in eo degentium Procuratores, Defenſores,Cõſeruatores, & Protectores principales & ſpeciales &c. *Hactenùs illi.Sed S.Pater Ignatius cur Theatinos Patres adiuit?*

Digitized by Google

1 *Inſanabilium Noſocomium, quod exactæ temporum calamitates & clades labefactauerant, priſtinæ pietati ac ſplendori perindè (Carafa) reſtituit, ac ſi denuò ipſe excitaſſet. Id quod memorat incomparabilis ſanctitatis fœmina, Baptiſta Vernacia, Hectoris filia, in ea quam ad Gaſparem Canonicum Regularem Epiſtolam dedit---Hoc in Noſocomio vero ſimile putat Caracciolus Epiſcopum Theatinū quadam poſteà cum S. Ignatio Loyola, Societatis Ieſu inſtitutore amicitia initiatum. Quo item tēpore & cum alijs è Noſtratibus ſpectatis viris egiſſe familiariter Venetijs Ignatium pro comperto habemus.* Ioſeph Sylos in hiſtor. par. 1. lib. 4. fol. 136.

DISQVISITIO SEPTIMA.

Cur S. Ignatius Venetijs Theatinos Patres eſt alloquutus? Num ab ijs fortaſsis hoſpitio exceptus fuit? Cum Epiſcopo Theatino an familiariter egit? Quæ animi Dotes ac Dei Dona eundem Epiſcopum honeſtarunt?

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu interrog. 4. fol. 66. nu. 1.

2 QVærebat nimirum Ignatius Xenodochium aliquod de more, in quod ſe reciperet: voluitque in illud ADITVM IMPETRARE AB ALIQVO SCILICET VESTRVM (*PP. Theatinorum*) QVI ID PER EA TEMPORA CVRABAT. Nam hoſpitem eum apud vos ad Diui Nicolai fuiſſe, ægrè admodùm animum, vt credam, induco. *Hæc P. Ioannes Rhò. Quanquam hoſpitio exceptum eſſe, eſt qui admittat, imò gratias agat. Scilicet,*

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in Regul. Comm. tit. par. 3. fol. 11. editionis Colon. Agrip. 1617.

3 Nos omnes illi (*S. Nicolai PP. Theatinorum*) Cœnobio multùm debemus: quòd Parētem noſtrum in alieno ſolo peregrinantem tàm benignè humaniterque tractauerit. *Ita P. Nigronus. At de S. Ignatio, cum Theatino (de quo agimus) Epiſcopo, quid dicendum? Num alter alterum mutuò ſe viderunt, habuêreque conſuetudinem, aut colloquium?*

P. Nicolaus Orlandinus in hiſt. Soc. Ieſu lib. 1. nu. 122. fol. 34. citatus à P. Ioanne Rhò interrog. 21. fol. 350.

4 EGIT INTER ALIOS FAMILIARITER (*Ignatius*) CVM IOANNE-PETRO CARAFA, cui poſteà Eccleſiæ Catholicæ guber-

nacu-

nacula Diuina detulit prouidentia, & Paulus IV. eſt appellatus. *Mox animi ornamenta ſubiungens, inquit*: IS ET NOBILITATE GENERIS, ET LITERARVM ERVDITIONE, ET ALIIS DEI MVNERIBVS SPECTATISSIMVS, priuſquàm vſu aliquo conſuetudineque mores calleret Ignatij, falſis criminationibus adductus, vt erat in his, quę ad Orthodoxam Fidem pertinent, SEVERVS ET ACER IN PRIMIS CENSOR, minùs eius fauere cauſæ, in ea quam diximus, ſuſpicionis procella viſus eſt. *Cùm verò falſæ illæ criminationes, per ſummam inuidiam à Diabolo exortæ, Diui Ignatij Sanctitudinem ac Gloriam augeant, non imminuãt; recitẽtur, quæ fuerint, ne quiſpiam Theatini Epiſcopi imprudentiæ adſcribat, quòd (vt par fuiſſet) ſtatim ipſe, adeò Sancti Viri cauſæ, non fauerit.*

P. Petrus Ribadineyra è Soc. Ieſu in vita P. Ignatij lib. 2. cap. 6. fol. 135.

7 Quidam vel maleuolentia ſuffuſi, vel falſa perſuaſione decepti, ſparſerunt, fugitiuum illum eſſe: in Hiſpania non ſemel vinctum in cuſtodia fuiſſe: igni tradita combuſtaque ipſius ſtatua profugiſſe: ne Pariſiis quidem licuiſse homini viuere: ex qua etiam Vrbe fugiens ſuæ ſaluti conſuluiſset. Demum eò proceſsum eſt, vt res in iudicium ſit adducta; diligenterque in eius vitam atque mores inquiſitum. At quoniam mendacio res tota nitebatur, facilè concidit. *Sed ad Carafæ & aliorum noſtrorum Patrum Zelum vt redeamus, huc facit*

P. Mathias Fabrus è Soc. Ieſu in Opere conc. tripart. in part. æſtiuali in Dom. Pent. conc. 8. fol. 420. editionis Antuerpienſis.

8 Sunt Viri Sancti ac Religioſi Ordines à fundamentis erecti, quos oppoſuit Deus nouis Hæreſiarchis. Quemadmodùm enim natura ſerpẽtes è cauernis ſuis ante prorepere non patitur, quàm Fraxinus eis inimiciſſima florere incipiat, vt contra venenatos morſus antidotũ inde nobis parare queamus: nec priùs eiuſdem arboris florem decutit, quàm illi iam in latibula ſua ſe abſconderint; ſic Deus nunquam ſinit prodire ab inferis Hęreſin, quin eodem tempore inſignem aliquem Sãctum quaſi plantam producat, cuius vitę ſucco contra peſtiferum eius venenum præſeruare nos poſſimus. Talis fuit S. Ignatius Loyola Societatis Ieſu Fundator, qui octo annis poſt Lutherum natus annis decem poſt eundem obiit: arbor fertiliſſima pręſentiſſimorum remediorum contra toxicum Lutheri---*Talis arbor etiam fuit Io. Petrus Carafa, & S. Caietanus, qui Luthero proximè adnatus eſt. Anno videlicet à Virginis partu octuageſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum: tres ſcilicet non ampliùs ante annos, quàm publica illa Religionis fax, vt Sylos ait, malo, quodam auſtro aurigante, ad morum perniciem luemq; in Orbem eſt inuectus: qui etiam eodem prorſus anno* 1524. *Religioſam veſtem induit, cùm ſuam exuit Martinus Lutherus; & vnà cum illo propè vitam finiuit:*

quippè

Digitized by Google

quippè inter vtriuſque obitus diem ſex ſolum menſium ſpatium interceſſit. Sed de S.Caietano in duodecima parte prima diſquiſitione dicemus. Fertiliſſima itaq; vnà cum Societate Ieſu, alijſque Religioſis Familijs, arbor fuit (vt Fabrus ſicco tamen ore ſubiungit) Ordo Clericorum Regularium, quos Theatinos vocant, inſtitutus Anno 1524. *Hactenus ille. Vin' de Ioannis-Petri Carafæ Zelo contra Hæreticos longiorem tamen orationem audire?*

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in Hiſtor. Diſputat. fol. 17. lin. 18.

9 Antonius Carafa Card. eius conſanguineus veritatem bene notat. Zelo, *inquit*, fidei permotus *(non ſolũ)* in Hęreticos quoſq; vehementiùs efferebatur, ſed etiam in tria alia hominum genera, Hebræos, Apoſtatas, Simoniacos: ſuique ſancti odij in eiuſmodi peſtes atque pernicies Chriſtiani Orbis egregia, quoad vixit, edidit exempla; quippè qui vel tunc cùm priuatam vitam Venetijs ageret, Hæreticos inſectatus eſt acerrimè; monuitque Venetæ Reip. Moderatores, nulla propemodùm alia ratione, poſse eam Remp. ruere, quàm prouocata in ſe Dei ira, ſi ad Hæreſes conniuerent. Itaq; cùm cuiuſpiam Hæreſis detegeretur, protinus ad Carafam, priuatum licet hominem, accurrebatur; nimirum, vt in Hæreſis poſtulatum inquireret, puniendumque Magiſtratibus traderet. Et cùm aliquando Patauij degeret, ſua auctoritate effecit, obtinuitque, vt Hæreticus quidam inſignis è Ciuitate pelleretur. *Hæc ille.* * *Sed illud ipſum Noſocomium, à S.Caietano conditum, Hieronymus Æmilianus, cùm eius curæ ac ſtudio demandatum fuiſſet; quàm egregiè ac diligenter, quoue exercitationum corporalium atque ſpiritualium ordine adminiſtrauit?*

** Quod hoc loco num. 10. per Typographi erratũ impreſſum eſt, ſupra in Diſquiſitione 6. ponẽdũ erat.*

P. Ioannes Bollandus è Soc. Ieſu loc. cit. fol. 239. nu. 18. & 19.

10 Igitur qui valetudinario præerant, viri & pietate & genere planè nobiles tot animarũ periculis, & ęgrorũ incõmodis maximè anxij, egregiè etiam Hieronymi charitate & vitæ ratione perſpecta, nihil habuere antiquius, quàm vt ſalutaris loci procurationem ad eum deferrẽt. Hominẽ itaq; enixè obſecrãt, vt conductis orbis in Valetudinarij ædes ſatis amplas, eo in loco, & pauperibus ſimul, & ægris operam ſuam nauet---- Non irrita fuere nobilium virorum vota. Hieronymus quippè in omnem de proximo bene merendi occaſionem imminens, prouinciam nõ detrectauit: ſed poſtulatis cumulatè ſatisfacturus quò inuitabatur, breui ſe contulit: ac veluti optatam à Deo charitatis palęſtram adeptus, laxatis ardori habenis, ad ægros ſanoſque iuuandos, ſuas curas vigiliaſque, ſtudioſiùs quàm anteà, contendit. Orphanis eo in loco eadem erat, quæ anteà viuendi diſciplina, idem opificiorum labor, orationum ardor, numerus autem multis capitibus auctior. Cum infirmis & miſerè iacentibus multus erat Hieronymus: ſingulos inuiſebat, humaniſſimè ſolabatur, cibos

appo-

apponebat & miniſtrabat: nec illos è ſtrato tollere, brachijs geſtare, tetrumque fœtorem perferre grauabatur. Eratq; hoc ferè quotidianę charitatis penſum, ægrorum lectos ſternere, corporum ſordes purgare, quiſquilias è pauimento verrere, abiectiora munera obire. Nec corporum modò, ſed animarum curationi maximè inſtabat: vt enim miſerrimo cuique aſſidebat, ita illum ſuæ ſalutis admonebat; pijs colloquijs ægritudinis moleſtiã leuabat: in ſupremo vitę diſcrimine Chriſtianis adhortationibus viam munire ſtudebat; quò ęgrotantis animus paratior venienti Domino occurreret: maximè ſolicitus ne quem ſacra Cõfeſſione inexpiatũ aduentãtis mortis horror inuaderet: iiſq; in extremo iam agone laborantibus ita aſſiduus erat, vt ſorbitiunculas, & pharmaca ſua manu prębeteret, comminutum cibum in os inſereret, apud eoſdem nocturnas duceret excubias, quò ſingulis momentis ingruentibus periculis præſenti celeritate ſubueniret. Quæ omnia quàm eximio ægrorum bono, & totius Venetæ Ciuitatis admiratione ab Hieronymo pręſtarentur, teſtes illi ipſi grauiſſimi viri Valetudinarij Curatores, qui tàm multa, & tàm honorifica cum laude de Hieronymi virtute (ſed haudquaquam vero maiora) vbique prędicabant, vt Hieronymum vehementer tæderet, puderetque.

---

1 *Cùm nihil certi (Theatini Patres) haberent, ad vitam alendam, ſi quid à quoquam eis donaretur, quo famem quotidiè pellerent, non plus acciperent, quàm quod ad vitæ vſum neceſſitatemque ſufficeret; reliquum omne in pauperes diſtribuerent: atque ita ſola ſpe ſuſtentati vitam degebant: quippè qui ex omnibus hominibus pauci & ſoli eſſent, qui diuitias & fundos repudiantes, virtute ditiſſimi haberentur; omnemq; ſuam ſpem & cogitationem in vno Deo ſitam eſſe fixamq; volebant. Ex quibus percipere poteris, Lector, quæ cunabula, qui ſpiritus, quanta circa Dei cultum primorum illorum virorum extiterit, Theatino Duce, Religio: quàm viuida ac feruens ad inuicem charitas, puritatiſq; ac paupertatis Zelus.* Ludouicus Donius d'Attichy Epiſc. Æduenſis in flor. Card. to. 3. fol. 131. n. VI.

DISQVISITIO OCTAVA.

Epiſcopus Theatinus quam vitæ rationem ducebat, voluptuoſam an aſperam? Quid ipſe aliud Venetijs per ea tempora præſtitit? S. Ignatius qui Prophetiæ certè dono non caruit, quid de noſtro Ordine prædicere potuiſſet?

P. Adamus Contzen è Soc. Ieſu in Euang. cap. 6. Matth. verſ. 16. quæſt. 1. §. 3. fol. 128.

2 VIXIT ILLE, ante Pontificatum, SANCTE; ET VT PAVLVS APOSTOLVS, IN IEIVNIIS MVLTIS–VIXERAT PAV-

PAVLVS (*ſiue Ioannes-Petrus, Epiſcopus Theatinus*) ante Pontificatum PARCE, ET DVRE, MORE PAVLI EREMITÆ. *Sed & de aliorum geſtis hæc*

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu in progreſſ. Ord. fol. 217.

3 Benignè Caietanus fouet famelicos Venetijs. Caietanus Veronã excurrit: ſumma paupertate vitam tolerat: Capituli & Epiſcopi diſſidia componit. Euocantur (*Patres*) Neapolim. *Laudatuſque à P. Ioanne Rhò Caracciolus* lib. 2. cap. 7. *& ex eo* par. 1. lib. 4. *Sylos (omnia carptim refero) hæc habent. Excitauerat Venetijs turbas Græcorum gens, viſumque adeò ingens, ac dignũ non perfunctorio remedio malum, vt conſuli Pontificem oportuerit, atque à ſuprema ea potentia ac vi telum impetrare, quo monſtra conficerentur. Etenim pro concione ſcriptiſque corruptæ ſciſſæque fidei dogmata publicè impudenterque diſſeminabant. Idque Theatini Epiſcopi Zelo à Clemente VII. demandatum: qui integro eo temporis ſpatio, quo Venetijs egit ijs fidei quæſtionibus, maliſque reſecandis, ſi quæ adnaſci cerneret, incumbebat. Concionatores præſertim, qui facilè aut orationis illecebra, cultuque, aut inconditis clamoribus vulgus occupant, admirabili quodam Zelo, curaque intentiore audiebat: quorum eloquentia vbi clandeſtini quid veneni inſtillare ſibi videbatur, mirum qua ope nitebatur, vt aut ab ea caueret populus, aut longè lues illa ablegaretur. Accidit hoc ſub id tempus non ſemel: illud præcipuè, quod in Apologia ad Nauagerium narrat Antonius Cardinalis Carafa. Nàm cùm Hæreticus quidam declamator Patauij, magna quidem hominum frequentia plauſuq; ſermocinaretur, cognouit illicò corruptam hominis facũdiam Epiſcopus Theatinus, qui eò fortè excurrerat; fucumque imperitis ac catholicis auribus teterrima ab ea dictione fieri: eòque grauiorem fidei morumque iacturam pertimeſcebat, quòd ab ea Patauini Gymnaſij, ingeniorumque celebritate, creſceret doctrinæ exiſtimatio, & robur. Ergò re ad inclytum Venetorum Senatum delata, tùm apud ipſos Patauinos Ciues, egregio ardore animi perorata, eo niſu adlaborauit, deſudauitque, vt expulſus tandem ille Lutheri admiſſarius ab ea Ciuitate ac Prouincia fuerit. Hoc item anno alteram impoſuit prouinciam Carafæ Pontifex, quæ vt honorificam de eo, eiuſque in agendis rebus prudentia Pontificis opinionem confirmauit; ita non minimum addidit Theatinæ ſodalitati nominis, quòd vix dùm nata, ceu matura iam æui ac diſciplinæ ad aliorum Religioſorum cœtus cõponendos ac temperandos adhiberetur. Inſtituerat Iacobus Pauonus, vir quidem egregij Spiritus, Eremitarum Sodalitium, à Dalmatia nuncupatum, ſub Regula tutelaque S. Hieronymi, Chriſti anno poſt ſeculum quintumdecimum quarto & vigeſimo. Sed extincto citiùs optimo Parente, vt qui integras ſuaſque non dùm vires diuturnitate vſuque Ordo acquiſiuerat, timeri illi caſus cœpit: & iam remitti rigor, neruique obſeruantiæ, & quædam obtentæ imbecillitati permitti videbantur. Quare ſupplicatum Pontifici, vt præſenti ope conſuleret: qui quòd omnia ſibi de Carafæ ſtudio ac labore pollicebatur, datis ad eum literis iuſſit, vt hanc ſibi deſtitutam à Patre ſobolem adoptaret; comple-*

Digitized by Google

plexuſque ex animo negotium,figat ipſe,refigatque leges ad nutum, ac ſuæ prudentiæ normam. Ad hæc Clemens Epiſcopo Theatino, Caietano ac ſocijs iniunxit, vt decentiorem in formam Miſſalem librum, Breuiarium, ac B.Virginis Officium cõcinnarent. Quod Diploma habes ſupra in fol.75. *Anno item* 1530. *Epiſcopus P. D.Bonifacium à Colle Neapolim allegauit, germanæ Sorori, Mariæ Carafæ, præſentem opem laturum, vt ritè illa Sapientiæ Monaſterium, ad Theatini Epiſcopi amuſſim ac normam, inſtituere poſſet. Anno item* 1531. *quendam fratrem Baptiſtam acri quidem epiſtola aſperiùs obiurgauit atque perſtrinxit: quòd qui diù cum laude vixerat, & aſceticos quoſdam libros ediderat, & Vicentinæ illius Sodalitatis alumnos ad pia opera extimulauerat, ſuæ deindè profeſſionis oblitus, non ſine graui piorum mærore uitã ducebat Religioſo homine indignã. Hactenus uel ex Caracciolo, uel ex Sylo; qui quod nos paucis innuimus prolixè ac multis exponũt. Sed S. Ignatius, Diuini Numinis fulgoribus illuſtratus, quid de noſtro Venetijs Ordine vaticinari tunc potuiſſet?*

P.Ioannes Rhò è Soc.Ieſu interrog.XI.fol.129.num.XIII.

4 Altricem Epiſcoporum familiam futuram---amplificãdam multa alumnorum celebritate per Italas Vrbes, magno earum emolumento: claros habituram Oratores, Viroſque doctos, qui libris in lucem editis Rempublicam literariam illuſtrarent. Potuit de Carafæ Purpura, & Pontificatu, deque rebus eius è Repub.geſtis. Potuit de Scoti, & Arezij Cardinalium laudatiſſimorum dignitatibus, ac virtutibus. Potuit de Ioannis Marinoni, atque Andreæ Auellini duorum abſolutiſſimorum domeſticę ac frugiferæ alijs ſanctimoniæ exemplorum claritate. Potuit de Templorum magnificentia, & cultu mundiſſimo: de ſuffragiorum, quibus defunctorum animis, ſecunda quaque feria, vtilem opem fertis, celebritate: de Colchica, ſiue Mingreliana (*& Indica item*) expeditione, ad reuocandas ad Petri caulas errantes ouiculas paucis ante annis ſuſcepta. Potuit de Collegij propagandæ Fidei adminiſtratione recens ſuſcepta-----Potuit de Antonino Diana, celeberrimę famę Theologo: de Agellio, & Ghiſlerio, illuſtribus Diuinarum literarum interpretibus: de Toloſis, Pontanis, Myrthis, Iuſtinianis, Filingerijs, Gilibertis, Paſſerinis, Denticis, Caſertis; qui ſuperiore, aut etiam noſtra ætate, eloquentiæ gloria floruerunt: de Guindacijs, Antinorijs, Baldellijs, Marinis, qui nunc apud vos dominantur in ſuggeſtibus: deque Bozomo mihi amiciſſimo, qui quintum iam annum, Mediolani, in ſumma ampliſſima Æde, iubente Cæſare Montio, Cardinale Archiepiſcopo, cui gratiſſimus eſt, cõcionem frequentiſſimã, per æſtiuas ferias, beata quadã detinet facũdia. Potuit de Stephano Mediceo, ciue meo, ac Patriæ ornamento ſingulari, quem proximis Comitijs ob perſpectam virtutem prudentiamque iterũ Prępoſitum Generalem feciſtis----Potuit de Aloyſio Nouarino, veſtri Ordinis eruditiſſimo, ac

totius

Digitized by Google

totius ſacræ atque prophanæ antiquitatis ſcientiſſimo. Potuit de Paulo Areſio, Ciue meo, Epiſcopo Derthonenſi, viro extra inuidiæ iactum, virtutum magnitudine, atque multiplici ſapientia collocato, multa prædicere. *Ita P. Ioannes Rhò. Sed mitto ego S. Caietani Patris mei Vaticinium, quod P. Andreas Mendus* in Criſi de Societate Ieſu §. 12. num. 134. *innuit: & Carafæ Vaticinium addo, quod* in par. 1. lib. 4. pag. 132. *Sylos edidit hunc in modum. Quo tempore Venetijs agebat Carafa, Contarenis quàm familiariſſimus, eorumque à Confeſſionibus, natam in ipſorum domo puellam, atque impetraſſe ab eo Parentes, vt è ſacro illam fonte ſuſciperet: cùmque de Nomine ageretur, ac iam animo auita quædam appellatio ſediſſet, rogaſſe ceu futurorum priſcium Carafam, vt Concordiã nominarent: futurum namque, vt numeroſior ab ea Soboles, ac Nepotum ſeries exiſteret, qui ſingulari quodam concordiæ exemplo, opum, domus, & quod caput eſt, animorum communione, nexuque, diù viuerent. Id quod perindè accidit, enatis à Concordia Contarena filijs ac ſubindè nepotibus; qui inſigni cum germanitatis laude, communi diutiùs patrimonio, eademque in domo, vnanimes habitarunt. Et commemorare hæc de Carafa ſine magna virtutis admiratione Franciſcus Contarenus non potuit; addiditque plura cùm in Rempubl. Venetam, tùm in ſuam domum eius merita. Hactenus Sylos.*

---

1 *Etenim temporum illorum corruptela, quod proprium fuiſſe conſtat Epiſcoporum & Clericorum, vt Prædicationis munus exercerent, Monachis, & Fratribus Religioſorum Ordinum relictũ ferè erat, ita vt à Clericis id exiſtimaretur alienum: & prout audiuiſſe me puerum à meo recolo Magiſtro, propè, ad miraculum uiſi ſunt (Theatini Patres) qui primi ex Clericis in pulpitis, eòque magis, quòd peculiare ipſorum ſuper caput in Clericali birreto Crucis geſtarẽt ſignum, & ſuperpelliceo eſſent induti, quod item proprium Clericorum eſt indumentum, in ſanguine Agni ad Crucis Chriſti ſignum dealbatum; quouè ſignificarent, ſe quidem enixos vt indutos ſe exhiberent Dominum Ieſum Chriſtum, quem prædicabant.* Mich. Ghiſler. in prælud. docr. ſac. lib. 6. part. 2. cap. 15.

DISQVISITIO NONA.

Num ſacris adminiſtrãdis, ac Verbi Dei Prædicationi Epiſc. Theatinus ex inſtituto vacabat? Eius Ordinem Neapolitana Ciuitas quomodò exoptauit ac petijt? S. Mariæ Sapientiæ Moniales, à Maria Carafa inſtitutæ, acceptis ab Theatino Epiſcopo legibus, an fuere primæ omnium Neapoli, quæ vultum velarent?

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in hiſt. diſput. nu. 72. fol. 196.

2 QVoniam nihil eſt ſimul factum, & perfectum, Anno 1533. ijdem (*Theatini Patres*) Pontifici Clementi VII. qui Ordinem confir-

marat,ſignificant ſe decreuiſſe VACARE PRÆDICATIONI VERBI DEI, AVDIENTIÆ CONFESSIONVM, SACRÆ THEOLOGIÆ, ET SACRORVM CANONVM STVDIIS, AD SVARVM, ET ALIORVM CHRISTI FIDELIVM ANIMARVM PROFECTVM. Pontifex annuit eorum Votis, per Diploma relatum à Cherubino Laertio. *Hæc Nigronus. Et tamen quod à Clemente priuilegium impetrarunt, non prima eius facultatis cõceſſio, ſed conceſſæ olim confirmatio fuit. Propterea inquit*

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu in progreſſ. Ord. fol. 217.

3 Anno Seculi 29. (*Theatini Patres*) Priuilegia duo à Clemente Septimo *obtinuerunt. Neque tamen explicat, quæ nam fuerint, fortasſis quòd in* XV. interrog. fol. 269. *tradit Noſtros ex inſtituto audiendis olim Confesſionibus non vacaſſe. Et tamen in primo illo Diplomate dato die* 21. *Ianuarij Mẽſis Anno* 1529. *ita aſſerit Clemens VII.* Vobis Clericis Regularibus Authoritate Apoſtolica tenore prẹſentium cõcedimus & indulgemus, vt Superiores veſtri, Prẹpoſiti nuncupati, pro tempore exiſtentes, cum Clericis Socijs veſtris diſpenſare poſſint ſuper recitatione Diuinorum Officiorum. *Cuius diſpenſationis cauſam asſignat, quòd nimirùm occuparẽtur,* In prædicatione Verbi Dei, audientia Confeſſionum, Sacræ Theologiæ, & Canonum ſtudijs. *Ita Clemens. Vide Caracciolum, Tuſum, Sylum, Peregrinum, & alios. Neapolitanam expeditionem, mox audiamus.*

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in Hiſtor. Diſput. nu. 33. fol. 61.

4 Anno 1532. (*Ioannes-Petrus Caraſa*) rogatur à Ciuitate Neapolitana per literas, vt Socios mittat Neapolim. *Et literæ quidem, vt Sylos habet, ita fuere*: Ioanni-Petro Carafæ, Epiſcopo Theatino. Erecti à præclara, quam adornaſti, Seculi fuga, atque ab ea, quam inſtituiſti, vitæ ratione, perſẹpè ad te ſcribere animus fuit, vt ad Dei primùm Gloriam, tùm ad huius Vrbis ſolatium fructumque, quæ, ceu mater amantiſſima, tantum ſibi filium magnificè gratulatur, ea hìc virtutum exempla diſſeminares, quæ ſparſa alibi pulchrè iam ſoboleſcunt. Nunc verò quia Oppidi Comes ardore animi, ingentique in ſodalitatem veſtram zelo excitatus, opportunum quendam locum, vbi Diuina procurari, atque vrgeri inſignis veſtra diſciplina poſſit, extruendum curauit: impẽſiùs precamur, vt Ciuitati huic tuæ eo te beneficio beneuolum, pronumque exhibeas; quod ad proximorum vtilitatem, diuinumque honorem, efflagitamus: nec abnuerit profectò quiſquam veſtrum ſuæ hìc probitatis veſtigia conſignare, vbi Apoſtolorum Princeps Petrus monumenta ſuæ dignitatis ac nominis relinquere, non eſt dedignatus. Locus quidem propè mœnia percommodus, amplus, ſalubri Cœlo, longè à fori vulgique ſtrepitu,

Digitized by Google

pitu,vt quibus eſt veræ ſapientiæ cultus ad cor, ſectari hìc illam atque excolere pulcherrimè poſſitis.Noſtrę te deuotioni propitiũ pollicemur. Cum Titionio,quem nuper ſpectatæ quidem probitatis virum inter vos excepiſtis,adlegare huc libeat ſaltem duos,ſuccedentque mox alij, Deo dante,vt poſſit Vrbs hęc Theſauros ſuos in Cælo collocare, ac in veſtra inopia Chriſtum paſcere. Interim dum nos tuis,tuorumque precibus ex animo commendamus, hæc noſtrum omnium vota minùs fruſtatum iri ſperamus. Neapoli die 4. Octobris 1532. *Sic illi. Nunc de Sapientiæ Monaſterio à Maria Carafa (vt Theatinus Epiſcopus juſſerat) inſtituto,aliquid audiamus.*

P. Ioannes Rhò è Soc.Ieſu in var.virt.hiſtor.lib.7.cap.3.fol.749.

5 Non vnius capitis,ſed vniuerſi Virginum Collegij, cui Neapoli à Sapientia præcipuè fama diſciplinæ nomen eſt,laus iſta iam erit; ſanctum enim apud illas;quoties Medicus cellam intrat,toties veluti pudori nuptas,demiſſo in oculos atque ora peplo,ſe clepere,ne grauiori,quã decumbant periculo,aſpici poſſint.Exiſtimauere huius principes Inſtituti,virorum oculis, quamquam ſenio frigidis atque caligantibus, quales plerumque Medicorum ſunt, qui intra Virginum clauſtra admittuntur, malè nihilominus committi Virginitatem,tantùm illis ineſt iaculorum, vt non niſi morte finiantur.*Et n.6.*

6 Et quidem tantus illas apud Virgines pudicitiæ honos eſt, vt nimia in eius cuſtodia Magdalena Caraffa,màtrona clariſſima, quæ apud eas viro ſoluta ſeceſſit,mihi minimè fuiſſe videatur.Decumbenti epiſtola erat exaranda,nec vires ſcribendo ſufficiebant; obtulit ergo libentiſſimè operam,virgo ei aſſidua,& perquam familiaris:ſed abnuit Magdalena,cauſſata iniuriam eſſe Virginitatis,ſi Virginis manu ducti charactères virilibus oculis veluti violarentur.*Et lib.*1.*num.*8.*fol.*6.

7 At Magdalena Caraffa, ſi fortè inter colloquendum violatam ab impijs hominibus adamati Numinis Maieſtatem, audiſſet, turbari primùm,ac veluti improuiſo attonitam malo pallere,vt amantem non negares;tùm ſubducere ſe ab aliorum conſortio atque abditum in conclaue ſecedere, accuratiſque precibus ac ſupplicijs diuinam iram diligentiſſimè criminoſis deprecari.Nouerat Deum optimè amari,ſi eius charitati, vel inimicos ipſos commendamus, quibus dùm ignoſcit,ſuo in amore triumphat Deus. *Vide lib.3.cap.2.n.7.fol.272.eiuſdem induſtriam vt Chriſti Cruciatuum memoriam continuò retineret. Sed eius vitam ac geſta abundè fuſèq; alij conſcripſere.Mariæ verò Carafæ quæ celeberrimum illud Monaſterium condidit, nos in lucem uitam edidimus.*

1 *Per-*

Digitized by Google

1 *Perſæpè quidem & diu petierant à Carafa Neapolitani Proceres, vt Neapolim, hoc eſt, in Patriam ſuam ipſe reuerteretur; ibique vti Venetijs fecerat, Clericorum Regularium Ordini à ſe recens fundato domicilium figeret. Sed Carafa, vel quòd à Patriâ libenter abeſſet, vel quòd Campaniæ regionem, & Neapolim ipſam Lautrechi obſidione, & inſequentibus ærumnis miſerè afflictam ſciret, eiuſmodi petitioni ægrè aſſentiebatur. Interea Ioannes Antonius Caracciolus Comes Oppidi, Vir munificentia & ceteris virtutibus ea ætate clarus, cellulas quaſdam ad Monaſterij formam ſumptu ædificatas propè Ædem S. Mariæ de Miſericordia, Benedicto Titionio, eiuſq; Sodalibus, qui religioſam vitam meditabantur, iam conceſſerat incolendas. Contigit autem vt Benedictus adhuc anceps quodnam inſtitutum ſibi ac ſuis ſeruandum præfigeret, excitus ſanctitatis noſtrorum Patrum fama, quæ Neapolim uſque peruenerat, Venetias ire, & paucis diebus (vt quondam S. Hilarion apud B. Antonium feciſſe legitur, omnem eorum vitæ rationem diſcere, eamque poſtmodùm Neapoli in iam dicta Æde Miſericordiæ ſeruare ſtatuerit. Sed Benedicto, poſtquam Venetias peruenit, adeò placuit Tolentinatis domus ſeceſſus, & noſtri Ordinis inſtitutio, vt mutato repente conſilio, non iam Neapolim redire, ſed Venetijs cum noſtris Patribus degere, & Clericus Regularis fieri optauerit atq; impetrauerit. Hic eſt ille Benedictus Titionius, qui poſtea Seuerus vocatus eſt, à ſeuerâ ſcilicet vitæ ratione, quam, in ſe piè ſæuiens, ad obitum vſque tenuit. Comes itaque Oppidanus, ſpe ſua quam de Titionio eiuſque ſocijs conceperat fruſtratus, enixè petijt à Carafa, vt aliquot è ſuo Ordine Neapolim mitteret. Sed cùm ille rem longiùs differret, Caracciolus, Primoreſque alij Neapolitani, à Clemente VII. Pont. Max. quod cupiebant obtinuêre. Opportunè enim accidit, vt per idem tempus, Patres de abeundo Neapolim ancipites, Chriſti Vicariũ ſuper ea re conſuluerint; vt quid facto expediret, ipſe perſcriberet. Itaq; ſupremi Paſtoris ſacri Diplomate iuſſi ſunt Patres Neapolim proficiſci.* Ant. Caracc. in coll. fol. 214.

DISQVISITIO DECIMA.

Quomodò Theatinus Epiſcopus ac S. Caietanus à Pontifice Clemente non ſine animo præſagiente iuſſi fuere, vt Neapolim ſocios allegarent; & non vnum ſed plura etiam domicilia figerent in hac Vrbe?

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu in Apolog. inter. 15. n. 32. fol. 269. lin. 15.

2 CLemens quidem in illa Breui Epiſtola, qua Neapolitanam expeditionem laudat imperatque, ita cũ Carafa, Caietano, cæteriſq; loquitur:

CLE-

CLEMENS PAPA VII.

Venerabili Fratri Ioanni-Petro Epiſcopo Theatino, & dilectis filijs Caietano Presbytero Vicentino, ac eorum ſocijs Clericis Regularibus nuncupatis.

3 Venerabilis Frater,& dilecti filij, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.Exponi nobis nuper feciſtis,vos per hoc fermè quadrienniũ, à nonnullis deuotis,etiam nobilibus laicis ex Ciuitate Neapolitana crebris pulſatos precibus, ac demum ab ipſa Ciuitate publicis literis vehementiùs fuiſſe rogatos, vt illuc aliquot ex veſtris Clericis mitteretis, qui Locum (*hìc unum nominat*) in eadem Ciuitate iam nomini veſtro cõſtructum recipere,atque inibi Domino famulari valerent: Voſque itineris longinquitate ac difficultate deterritos,ſimul & de vobis ipſis humiliter ſentientes,nec ad ſatisfaciendum illorum expectationi vos idoneos cognoſcentes,hactenùs,illorum precibus acquieſcere diſtuliſſe:ſed cùm hinc tàm deuotæ Ciuitatis vel preces contemnere, vel deuotionem fraudare,vel certè liberalitatem aſpernari,durum & inhumanum; illinc tanto vos itineri credere,tàm longè poſita Loca recipere, & quod maius eſt,tantam opinionem expectationemque ſuſtinere,audax nimiùm & ſupra vires veſtras vobis eſſe videatur hæretis in ancipiti, nec omninò vel quid ſtatuatis, vel quod petentibus reſponſum detis inuenire poteſtis. Quapropter,diuino auxilio aſſiduis orationibus inuocato, ad nos tãdem confugiendum putaſtis,nobiſque pro veſtra in nos, & in hanc ſanctam Sedem pietate,humiliter ſupplicare feciſtis,vt quodcunque nobis ſuper eo videretur,vobis paternè conſulere, de ſolita Sedis Apoſtolicæ benignitate dignaremur.Nos igitur deuotioni veſtræ ſatisfacere,quantum cum Domino poſſumus,cupientes,conſultationi ac petitioni veſtræ taliter reſpondemus.Quòd cùm ex Domini præcepto, nos omni petenti tribuere, atque angarianti mille paſſus alia duo ſimul pergere debeamus: Cùmque nos Paulus Apoſtolus nõ quæ noſtra,ſed quæ Ieſu Chriſti ſunt, quærere doceat:quemadmodùm ipſe non quod ſibi eſſet vtile,ſed quod multis vt ſalui fierent,ſe quæſiſſe teſtatur, debetis & vos aliquid laboris aſſumere, vt iuxtà Domini præceptum valeatis proximorum vtilitatibus inſeruire.Quòd ſi qua vobis exponi contigerit,quæ vires grauare videãtur,non debetis in virtute veſtra confidere,ſed in eo,qui diues eſt in miſericordia,& qui dat omnibus affluenter,& non improperat, & dat verbum Euangelizantibus virtute multa. Quare ne vlteriùs ſub ambiguitatis velamine latitantes perplexæ cogitationis æſtuetis anguſtijs, vobis in virtute ſanctæ Obedientiæ præcipiendo mandamus,vt aliquos ex veſtris Clericis ad eandem Ciuitatem Neapolitanam quàmcitiùs diſtinetis,qui Loca quæcunque oblata recipere, atque in ijs Diuino cultui & humanæ ſaluti ſeruiendo, iuxtà Clericalia Inſtituta & veſtras laudabiles conſuetudi-

tudines, Altiſſimo valeant in virtutum exercitio famulari; *(Viden' hic iuſſiſſe Pontificem , vt plura etiam Cœnobia conderentur)* ne illius fideliſſimæ Ciuitatis, quæ fidem Catholicam ab ipſo Beatiſſimo Petro Apoſtolorum Principe, vt piè ibi creditur, acceptam ſemper conſtantiſſimè fideliſſimèque ſeruauit, deuota deſideria diutiùs differantur; nec tu frater Epiſcope, Patriæ tuæ te amanti & roganti, defuiſse videaris. Volumus autem, vt ibi omnibus ijs Priuilegijs, & gratijs gaudeatis, quibus alibi vobis per hanc Sanctam Sedem & per nos aut conceſſum eſt, aut concedetur in poſterum, vti & potiri, & gaudere, contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Datum in Ciuitate noſtra Bononiæ ſub Annulo Piſcatoris, die XI. Februarij MDXXXIII. Pontificatus noſtri Anno decimo.

Bloſius.

---

1 *Decora autem & memoranda extitit in procinctu eius expeditionis Caietani reſponſio: cui cùm à Carafa dictum eſſet, vt ipſe ſibi Socium quem cuperet eligeret; Egonè, inquit, Socium eligam quem malim? Immò oro atque obſecro hunc quem cernitis Chriſtum confixum Cruci, (aderat quippè Crucifixi imago) vobis vt inſpiret, illum mihi iungere Socium, qui meæ maximè omnium aduerſus ſit voluntati. Hæc ille digna prorſus quæ poſteri animo imprimant. Verumtamen contra quàm precatus eſt tunc ſemel euenit: faciente nimirum Deo, vt is eligeretur, non qui eius aduerſaretur placitis, ſed qui omnium promptiſſimus obediret: nam illi à Patribus datus eſt ſocius, Ioannes Marinonius Venetus, vir adeò virtutum omniũ ornatus inſignibus, ut neminem profectò eo præſtantiorem Neapolim mittere potuiſſent. Anno igitur MDXXXIII. iv. Non. ſextiles Caietanus & Ioannes Venetijs diſceſſerunt. Romam cùm perueniſſent, illicò Clementem Pontificem adeunt, qui vt eos vidit Solis ardore torridos; Quò, inquit, abitis filij cum tanto vitæ diſcrimine in rabido hoc Caniculæ æſtu? At ſatius nobis eſt, Caietanus reſpondit, vitam hanc negligere, quàm tua iuſſa vel momento, Pater ſancte, morari. Miratus ſimul & delectatus obſequelæ promptitudine Pontifex, ac benignè eos contuitus, dimiſit, Crucis ſigno abeuntibus benè precatus.* Antonius Caracciolus in collectan. hiſtor. fol. 219.

DISQVISITIO VNDECIMA

S. Caietanus, à Theatino Epiſcopo miſſus, qua nàm animi demiſſione ſe geſſit? Quomodò Neapoli exceptus eſt? Qualem ſe Io. Antonio Caracciolo, Oppidano Comiti, opum & redditnum contemptorem ac oſorem oſtendit? In hac præclara Vrbe quid geſſit? Capucinarum Monialium, quarum inſtitutionem ſuaſerat, an Confeſſiones audiuit? Conciones an ipſe ad populum habuit?

P. Iu-

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in Hiſtor. Diſputat. nu. 33. fol. 61.

2 IN diſceſſu B. Caietanus edidit memorabile illud exemplum humilitatis & indifferentiæ, recuſans eligere ſocium pro ſuo arbitratu, quanuis illi à Carafa facta eſſet poteſtas.

Idemque P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in Reg. 43. comm. Soc. Ieſu nu. 29. fol. 748.

3 Nonnulli ſoli eſse cupiunt in itinere, vt nulli ſubſint, cuius arbitratu viuant; vt ſocio, ſi ſit ſenior, ne loco cedere, in hoſpitio, in rheda, in naui cogantur; optima quæque appetentes. At hos ſine dubio ſuperbiæ ſpiritus inflat, & amor nimius commodorum; quorum illum cõprimere, hunc moderari eſt neceſse. Contrario prorſus ducebatur ſpiritu bonus ille Vir Caietanus Thienæus, ex primis quatuor Conditoribus Ordinis Theatinorum: qui cùm ei facta eſset poteſtas ſocium eligendi Neapolim Venetijs profecturo; Egone, inquit ad Præpoſitum, ſocium eligam quem malim? Oro atque obſecro hunc quem cernitis Crucifixum, vobis vt inſpiret, illum mihi iungere ſocium, qui meæ maximè omnium aduerſus ſit voluntati. *Quamobrem, B. Caietano, eximia ſanctitate præditus Ioannes datus eſt comes. Sed mox, ille quid Neapoli egregiè præſtiterit, audiendum.*

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu de var. virt. hiſtor. lib. 7. cap. 11. n. 12. fol. 858.

4 Ordiamur ab altero eius familię Principe, qui Pauperiem ſibi nec immeritò putat eſse glorioſiſſimam. Poſitis in Vrbe Venetiarũ noui Ordinis principijs, quæ reiectis in Deum curis belliſſimè ſe dederant, iubetur à Carafa Thienæus Neapolim proficiſci, atque in ea nouam ſtirpem pangere. Rapuit ad ſe animos ciuium ac Principum Thienæi virtus, quẽ cùm egentiſſimum rerum omnium videret Oppidi Comes, & virtutem hominis ſuſpiceret, cenſus & fundos, quibus recentem familiam aleret, liberaliſſimè obtulit. Renuentem atque obijcientem bellè ſibi in ea, quã profitebatur, rerum omnium nuditate, rem Venetijs proceſſiſse, monebat Comes, non eadem omnium locorum eſse ingenia; ad quæ ſucclamans Thienæus, At ego, inquit, alterum Neapolitanæ Vrbis, Venetiarum alterum Ducem eſse neſciebam. Verùm, quum obtrudendi, quæ non accipiebantur, nullum finem faceret Comes; veritus Thienæus, ne contentio illa paupertatis luminibus officeret; ea, quæ conſecuta eſt, die, ſummò mane, quos ſecum habebat ſocios, cum ſuis talaribus, ac precum breuiario, domo, quam idem commodauerat Comes, exire iuſſit, clauesque remiſit, multa cum gratiarum actione, iubens renunciari; velle Thienæum experiri, an Deus alius Neapoli eſset, qui fidem ſuam liliorum ac volucrum fidei iuſſione obligatam pauperibus ſuis non ſeruaret. Hinc Thienæi

imaginibus addita lilia,vt quæ alijs candoris atque intaminatæ Virginitatis ſunt ornamenta,ſpei in Deum reiectæ,nec falſæ, eidem (*vltra Virginitatem, quam ſatis in Thienæo compertam habemus*) ſint argumenta. *Sed quid aliud præclarè geſſit,ac egregiè præſtitit Neapoli Thienæus?*

P.Ioannes Rhò è Soc.Ieſu in progreſſ. Ord.pag.218.

5 Noſocomijs (*Thienæus & Marinonius cum ſocijs*) Neapoli inſeruiũt; atque moribundis operam nauant----Ochinum Neapoli concionantem audit,ac detegit Caietanus----Migrant Neapoli ad D. Pauli. *Magna eſt omnium* pietas ad D.Pauli adeuntium;& concurſus ibi myſteria vſurpãtium;*& ſacras,adde,audientium Conciones.* Ochinum deprehenſum ad Caiafam Cardinalem defert Caietanus. *Cùm verò conſtet, Thienæum Mariæ Longæ ſpiritualem Patrem atque Directorem fuiſſe,eidemque perſuaſiſſe vt Capucinarum Sanctimonialium Cœnobium inſtitueret,ac Dei iuſſis obtemperaret; quod præter Theatinos Scriptores,diſertè narrant Cæſar Deengenius* in Neapoli ſacra pag.161.*& Fridericus Malaperius* in vita M. Laurentiæ pag. 86. *quæro hic an verè S.Caietanus,qui Capucinarum inſtitutionem ſuaſerat,Capucinarum Monialium Confeſſiones audiuit?*

P.Ioannes Rhò è Soc.Ieſu interrog.6.fol.94.num.24.

6 Cur Bouerio in----hiſtoria ſumma fide ac diligentia verſanti non credam?*qui ſub ann.*1538.*num.*15. *ait:* Maria---Monaſterium Virginum Tertij Ordinis S. Franciſci----Apoſtolica auctoritate inſtituit: cuius à principio Clerici Regulares Congregationis Theatinorum, quos ipſa hoſpitio exceperat,ac domo quadam iuxtà Hoſpitale donauerat, adminiſtrationi vacarunt.*Et ſub ann.*1542.*num.*59.Tantam,*inquit*, è Cælo lucem hauriebat (*Maria*) vt cùm mulier inerudita eſſet,nec vllis vnquam literarijs ſtudijs vacaſſet, ſcripturas tamen tàm profundo ac catholico ſenſu intelligeret,ac interpretaretur,vt B.CAIETANVS,qui inter Clericorum Regularium, qui Theatini nuncupantur, Ordinis Fundatores adnumeratur, VIR THEOLOGVS, AC DE DIVINIS LITERIS BENEMERITVS, dùm Neapoli degeret, SPIRITVALEMQVE IPSIVS CVRAM AGERET, ex ipſius ſermonibus,ad ſcripturas intelligendas plurimum ſe lucis hauſiſſe fateretur.*Et num.*63. Inter alios,*inquit*, huius Congregationis Patres, B. CAIETANVS THIENES, qui inter præclaros illius Inſtitutores adnumeratur; PER QVATVOR CIRCITER ANNOS, MARIÆ, AC CETERIS MONIALIBVS SACRAMENTA ADMINISTRAVIT. *Et num.*64.Maria,*inquit*,ſimul atque Religioſam vitam Profeſſa,atque Apoſtolico Diplomate perpetua illius Monaſterij Abbatiſſa conſtituta fuit,cùm Theatinos Patres ab illius SE CVRA ABDICASSE CER-

NERET,

Digitized by Google

NERET, Capucinos in hanc operis ſolicitudinem vocat. *Ita Bouerius. Neque interim Caietanus, vt dixi, & in Vita Mariæ Caraſæ clariſſimè demonſtraui, Sanctimonialium Sapientiæ ſacras Confeſſiones audire prætermittebat. Nõ ergo P. Ioannes Rhò conſtanter ac confidentiſſimè dicat* in fol. 269. num. 35. *noſtris olim Patribus, ac Neapoli S. Caietani æuo*, horum miniſteriorum cauſſa pedem efferre domo non licuiſſe. *Sed quid laudatus citatuſque à P. Rhò Auctor habeat*, in fol. 228. *& deinceps, adijciamus*.

7. Ex eo autem die, quo (*Maria*) Ioannem-Petrum Carafam, & Bonifacium à Colle viderat, magno deſiderio capta eſt, vt Neapoli domicilium figerent. Quocircà illi Carafa ſcripſit in hæc verba: Literæ tuæ, Domina, ſatis viriũ habere potuiſſent, ad nos hinc permouendos, vt iſtuc veniendo, Diuinæ voluntati per te nobis oſtẽſæ obſequeremur. Sed quoniam id equidem nunc præſtare non potui, viſum eſt ad Septembrem vſque differre, & videre interim, an DEVS mihi iſtuc veniendi vires & facultatem tribuat. Porrò de mea in hac re voluntate debes tu quidem eſſe extra omnem dubitationem, nòn ſolùm ob Patriæ meæ beneficium, cui ſeruire debeo, ſed etiam vt tuo deſiderio per nos ſatisfiat. Inde ortũ eſt, vt exigentibus id à nobis Vrbis iſtius Rectoribus, coacti ſimus mittere fratres noſtros Caietanum & Ioannem, quos ab initio tuæ potiſſimùm fidei commiſimus, tibique vni præcipuè commendauimus, nulla aliorum amicorum aut propinquorum facta mentione. Quapropter ex ea re cognoſcere potuiſti, quàm egregiè erga te affecti ſimus, & quàm fidenter in te vna, DEO id nobis inſpirante, ſpem habeamus. Ego viciſſim apertiſſimè cognoui, non fruſtra nos in te fidem collocaſſe: quia non excepiſti iã dictos meos fratres, vt homines miſſos ab hominibus, ſed vt Angelos sãctos à Diuino Numine delegatos: & pergis inſuper fouere eos eximia charitate, noſtrumque meritum & opinionem longè ſuperante. Itaque cùm nihil ambigere debeas de meo, in hac atque in omni alia re quam tibi gratam nouero, prompto animo, illud ſolummodò eſt reliquum, vt aſſiduis orationibus à Deo impetretur lumen, quo diuinam eius voluntatem diſpicere atque exequi valeamus. Venetijs IV. Non. Maias. M. D. XXXIV.-------Intereà Maria in ſui ipſius mundique contemptu magis magiſque proficiens, quemadmodùm diù antè nempè anno ſal. 1506. adiuuante Concionatore quodam Monopolitano è Dominicana familia, Inſanabilium Noſocomium conſtruere cœperat, ita nũc hortatu Caietani, qui eius Cõfeſſiones excipere ſolitus erat, Monaſteriũ ſacris Virginibus, ex inſtituto S. Claræ, quæ Capucinæ dicuntur, exædificare, eoque conſtructo, ſe ipſam ex Voto, Diuinis Obſequijs perpetuò tradere meditabatur. Id conſilium, quod Diuinitùs (vti par eſt credere) afflata conceperat, cùm Caietanus modis omnibus cuperet vt operi mandaretur, ab hac etiam Æde ſtabuli, eique attigua Domo abſcedere conſtituit, vt Pa-

tribus indè abeuntibus, Mariæ Longæ inibi Monaſterium conſtruendi daretur opportunitas. Nàm iam diù anteà, eo fine, ſtipe piorum aliquot hominum, qui Patrum erant amantiſſimi, coempta illa domus fuerat, & ea conditione Clericis Regularibus tradita, vt quandocunque, aut ad aliud domicilium intra Neapolim migrare, aut Neapoli prorſus abſcedere contingeret, ea Domus Mariæ Longæ, & Sacris Virginibus extemplò cederet. Dùm diſceſſionem igitur ex ea Æde parui ſtabuli adornarẽt Patres, Neapolitani Proceres, multa animo deſignare loca, è quibus aliquod Noſtris incolendum traderetur. Sed dùm conſultando, & exortas difficultates expediendo tempus extrahitur, Caietanus, vt erat celſo Vir animo, & nulli addictus loco, potiùs Neapoli cum tota familia penitùs abire, & Venetias reuerti decernit, quàm eam parui Stabuli domum, in qua Sacrarum Virginum Monaſterium ædificandum erat diutiùs incolere. Itaque ipſe & Petrus Veronenſis, Præpoſitus, certi iam ſe Neapoli diſceſsuros, Petrum Toletanum, Proregem, qui tùm Puteolis erat, adeũt, cùm vt illum, qui aliquid iam de hac Patrum cognitione audiuerat, de cauſſis diſceſsus certiorem facerent, tùm etiam, vt tãto Proceri, qui multa ſibi atque reliquis Clericis Regularibus beneuolentiæ ſigna oſtenderat, gratias ſaltem agerent, qui referre non poterãt. Exponũt igitur Proregi cauſsam ſuæ diſceſſionis. Quòd, inquiunt, iam quatuor totos annos Neapoli manſimus, & ter mutatis ſedibus, nullum adhuc certum aptumque locum nacti ſumus, id, niſi fallimur, indicium non obſcurum eſt, Deũ nolle, hìc nos diutiùs permanere. Tuo itaque conceſsu, Præſtantiſſime Princeps, ſtatuimus, propediem his regionibus emigrare. Prorex hęc audiens ægrè tulit, religioſos adeò viros, quorum virtute multa præclarè geſta inaudiuerat, Neapoli, eo potiſſimùm tempore, abſcedere, quo eiuſmodi hominum, non minùs vitæ exemplo, pollentium, quàm eloquio, ea Ciuitas maximè indigeret. Proindè explicatè reſpondet: Si Deus, vobis, Patres, videtur oſtendiſse hinc debere diſcedere, is ipſe mihi ſuggerere videtur, me nulla ratione debere vos dimittere. Conſiſtite igitur; nàm certè loca non deerunt. Ite autem & incolite Sancti Pauli Ædem. Curabimus nos interim, vt aduerſa omnia, quæ obſtare poterunt, quãprimùm expediantur. Hoc accepto humaniſſimo reſponſo, Patres, gratijs actis, Neapolim redeunt; admirati ſummam Dei Prouidẽtiam in eos maximè, qui rerum ſuarum minimè anxij, curam omnem ſolicitudinemq; in ipsũ proijciunt. Prorex verò iam mandauerat Ioanni Mariæ Tolſio, Sanualentiniano Comiti, iuberet ſuo nomine Laicis Sodalibus Fratriæ S. Pauli, qui Sacellum in eo Templo & cubicula aliquot habebant, vt ea Patribus inhabitanda cederent. Poſt aliquot verò dies, anxius fortaſſe ne Caietanus alijque de obtinenda Paulina Æde ambigerent, neue iterum de diſceſſu cogitarent, binas ad Patres, è Summa Veſeui Municipio Montis, litte-

litteras dedit,rogans ne diſcederent,pollicenſque ſe breui facturum, vt ea Ædes liberè ipſis traderetur. Quod profectò præſtitum eſt egregiè. Nam Sacello Fratriæ extemplò potiti ſunt Patres,& non multò poſt totius Templi, atque attiguæ domus,Vincentio Carafa S. R. E. Cardinali Neapolitano,& Scipione Tarracina,Abbate concedentibus, poſſeſſionem inierunt;Prorege,& Ciuitatis Magiſtratibus ſumma lætitia affectis; nàm & hi,vt deſiderium,quod retinendorum Neapoli Patrum habebāt, re ipſa oſtenderent,publico Ciuitatis nomine miſerant Romam Ioannē Baptiſtam Perezium,qui cum Cardinalibus Neapolitano, & Theatino, de hac re diligentiſſimè ageret. Reuerſo igitur Roma Perezio cum proſpera rei expeditione, Patres Apoſtoli Pauli Baſilicam libera & certa iam poſſeſſione adepti ſunt XIV. Kal.Iunij M.D.XXXVIII. Eſt verò ea Baſilica,Neapoli valdè inſignis,ac frequenti populorum cōcurſu à prima eius ſtructura apprimè celebris,vtpotè ex publico Ciuitatis voto,eo prorſus loco,ſuper euerſum Dioſcurorum Fanum à Chriſtianis condita, vbi anno Salutis DCCIIC.Carolo Magno Rege,de Saracænis,qui illuc vſque irruperant, nobilem victoriam conſecuta fuerat, die Conuerſionis S.Pauli; vti Vaticanus M.S.Codex diſertè docet. Hæc aliquantò fuſiùs narrare libuit,vt Proregis, & Neapolitanorum Procerum erga Noſtros ſingulare ſtudium, & Caietani atque aliorum Patrum inſignis virtus,quos vt ij in ea Vrbe retinerent,tantoperè laborauerint, palàm fieret.Et verò conceptæ ab his opinioni,Noſtrorum probitas,eruditio, diligentia, reipſa optimè reſpondit. Nàm ſub idem ferè tempus immanis morum atque animorum peſtilitas Neapolim inuaſit, quæ Paulinorum (ſic enim à iam dicta Æde S.Pauli ibi deinceps vocati ſunt) & Caietani cumprimis,zelum Catholicæ fidei, virtutemq;declarauit.Rem altiuſculè repetam,vt quanto in diſcrimine ea vrbs,adeòque finitima ora fuerit, cognoſcatur.Campania (vt & reliqua Italia) variè his annis quaſſata eſt bellis,adſcitis ad vaſtitudinem,quaſi non ſola ſibi exitium inferre ſuffeciſſet, exteris etiam & efferis nationibus. Verùm (quod deterius multò eſt) Hæretici homines Regiam Vrbem Neapolim, à Petro ipſo Apoſtolorum Principe fidei documentis inſtitutam, Lutheriana labe inficere ſtuduerunt.Nàm primo Germani equites ad duo mille, & ſex millia peditum,qui poſt direptam Romam eò conuolauerant,vt Lauthrecum obſidentem repellerent,impij dogmatis, quod Luthero propinante imbiberant, multa & nefaria exempla paſſim ediderunt. His poſteà aliò amandatis,vnus Ioannes Valdeſius Hiſpanus,qui anno M. D. X X X V. Neapolim venit,longè maiorem mentium ſtragem dedit, quàm multa illa Hæreticorum militum millia.Hic enim litteris tinctus ijs,quæ ad cōparandam eruditi opinionem ſatis vulgò eſſent;placido aſpectu,quique innocentiam præ ſe ferret,comitate,ſuauitateque ſermonis, teterrimam impie-

impietatē,incredibili vaframēto occultabat.Itaq;breui ad ſe traxit multos,his artibus illectos deceptoſq;In his duo fuere,ceteris omnibus inſigniores,& digna Coruo oua,Bernardinus Occhinus,& Petrus Mart.Vermilius,ambo Hæreticorū poſteà Anteſignani.Bernardinus,magni cōcionator nominis,oſtētatione aſperrimi victus atq;indumēti,egregiæ ſāctitatis famā ſibi conciliauerat.Petrus verò Linguarū peritia excultus, in Cœnobio Sācti Petri cui pręerat,Epiſtolas Pauli Apoſtoli publicè exponendo,ad ſenſum hæreticorum dexterè peruertebat. Initium detegendæ impietatis à Noſtris factum.Quippè Caietanus,perſpicaci vir ingenio, rem odorari cœpit.Aduertit enim dogmata, quæ illi Satanicæ Reipub. Triumuiri,de Purgatorijs pœnis,de Summi Pontificis poteſtate,de libero hominum arbitrio,de reorum iuſtificatione,paſſim inſpergebant, ſapere nouitatem temerariam,atque adeò deteſtabilem impietatem. Obſeruaueratque Occhinum ab vſque anno M.D.XXXVI. quo in Æde S.Ioannis Maioris concionatus fuerat,ambiguis quibuſdam dilemmatis, & obtrectatione in Eccleſiaſticos Magiſtratus, cœpiſſe Auditores nequiſſimis perſuaſionibus ineſcare. Hoc verò Anno M.D.XXXIX. nempè paulò poſt quàm Noſtri Paulinam Ædem adepti ſunt,is ipſe Occhinus cilicino indumento,& raucis declamationibus,hoc eſt, inſtrumentis ad concitandam multitudinem,inſtructiſſimus, è Metropolitani Templi pulpito, multò liberiùs apertiùſque Lutheriana ferebat dogmata. Caietanus igitur,qui ad hos audiendos,obſeruandoſque,& ipſe ire, & alios dedita opera mittere ſolitus erat,nihil jam cunctandum ratus,Cardinalem Theatinum,qui tùm Romæ,Paulum III.P.M.ad inſtituendum in ea Vrbe ſupremum Inquiſitionis Magiſtratum magis magiſq; ſolicitabat, de ijs rebus atque hominibus impijs certiorem fecit; & Neapolitanos interim ipſe monuit,vt porrò ſibi cauerent. Denique conatus eſt modis omnibus Hypocriſis illis Laruam detrahere.Quocirca etſi illi ſub ouina pelle Lupi,aliquot annos,cum magna Campaniæ pernicie,latitauerunt; tamen aliquando tandem,creſcente nimirum in dies nequitiæ ſuſpicione,& patefactis promiſcuis,& pudibundis virorum ac feminarum cœtibus, quos clanculum cogebant, omnes,vt periculo præuerterent, quod ſibi ab Vrbe imminebat,alius aliò aufugerunt.Ad fugæ iſtorum nunciū, Cardinalis Theatinus,miſſa ad Occhinum,è ſolis ſacræ ſcripturæ verbis contexta Epiſtola,qua demulcendo, qua increpando, conatus eſt reducere errantem ad Catholicas caulas. Sed fruſtrà id fuit. Nàm ille paulò poſt, relicta Italia, Tigurum Heluetiorum vnâ cum Cacomartyre conuolauit.Porrò Caietanus alijque noſtrates,fugatis iam hoſtibus, magnā apud pios quoslibet gratiam inierunt:confluebatque ad B.Pauli Ædem è præcipua Nobilitate atque è popularibus innumera multitudo, vt inibi ſalutaria Pœnitentiæ atque Euchariſtiæ Sacramenta perciperent, &

Caie-

Caietani ac Ioannis Marinonij ſermones auſcultarent, quos illi viciſſim de rebus cœleſtibus abſque pompa quidem verborum, ſed cum eximio prouentu virtutum habebant. Iamque Patres, cùm ſpectata in dies vitæ morumque ſanctimonia, tùm ſtudio humanæ ſalutis, quam dies noctesq; nullis parcentes laboribus, procurabant, tantam ſibi potentiorum ac tenuiorum beneuolētiam conciliauerunt, vt tametſi rariſſimè eos per Vrbem cernerent, nihil tamen aut crebrius in ore, aut fixius in animo quàm Paulinos Patres haberent. Ii verò qui turmatim S. Pauli Templum adibant, adeò ſacri loci, & incolarum veneratione perfundebantur, vt veluti Numine tacti, non dico ſtrepere, aut petulantiùs fabulari, ſed ne hiſcere quidem auderent. Itaque in maxima multitudine maximum ſilentium ſeruabatur. Admirabantur autem Templi decorem, & ſacri Inſtrumenti munditiem diligentiſſimè procuratam: Ritus Cerimoniasq; compoſitè, & ordinatè peractas: Nouum ſed à veteri æuo deductum ſacras preces canendi modum: Patrum innocentiam, modeſtiam, grauitatem, quam fixis humi obtutibus, paucis verbis, ſedato vultu, exporrecta ad omnia Religionis & charitatis officia voluntate, conſtantiſſimè, exhibebant. *Hæc ille; qui itē notat in conſt.* par. 1. cap. 7. n. 3. *ligneum illud ſepimentum inter viros atque mulieres, à noſtris Patribus in ſacris ædibus erigi ſolitum, ac iuxtà normā veterum adinuentū fuiſſe, vt honeſtiùs Dei verbum audirent ac ſacris omnes myſterijs intereſſent. Vis rationem?*

P. Franciſcus de Mendoza è Soc. Ieſu in lib. 1. Reg. cap. 2. num. 17. annot. 19. ſect. 1. fol. 408. col. 2. num. 10. edit. Lugd. fol. 426.

8 In primis Philo de vita contemplatiua narrat, ſolenne fuiſſe apud Eſſenos, qui viros ac mulieres in templo ſeparabāt, & interiecto pariete tribus quatuorue cubitis in modum loriculæ aſſurgente diſtinguebant: vndè gemina ſequebatur commoditas, vt omnes verbum Dei audirent; & ſe inuicem viri ac mulieres non viderent. Addit Clem. Rom. *lib. 2. conſtit. cap. 61.* non ſolùm ſedendi loca viris ac fœminis in templis diuerſa fuiſſe, ſed etiam diuerſas ingrediendi portas; vt mutuò ingredientium, egredientiumque occurſu penitùs ſublato, vtriuſque ſexus pudori meliùs conſuleretur. D. Ambroſius ad Virginem lapſam *c. 6.* obijcit eidem virgini illum locum tabulis ſeptum, & à virorum conſortio ſeparatum, quem in templo obtinebat: cuius ſi illa meminiſſet, virgineum à ſe pudorem non abdicaſſet. D. Greg. Nazianz. in ſomnio de Anaſtaſiæ templo, quod ipſe Conſtantinopoli fixerat, ſignificare videtur, fœminis in eo templo ſuperiorem aliquem locum conſtitutum, ex quo audiendis concionibus vacarent. Sic enim ille canit:

Denique virginei cœtus, matronæ & honeſtæ
E tectis aures ad mea verba dabant.

9 Le-

9 Legi in D.Chryſoſtomo,quamuis locum, cùm hæc ſcribo, neſcio qua incuria perdiderim;ſua fœminis ac viris loca,ligneis diſtincta metis, in templis attributa, vt & vtriuſque ſexus modeſtia, & ipſius templi reuerentia ſeruaretur. Quæ conſuetudo iam olim in templo Hieroſolymitano, imò & antequam templum extrueretur, in tabernaculo floruit; vt paulò inferiùs ad n.22.inculcabo.Qua de re plura Baron. tom.1. Annal. anno Chriſti 57.§.228.*Puto locum quem perdidit,hunc fuiſſe:* Oportet in interiore pariete viros à mulieribus ſeparari. Verùm,quoniam non vultis, neceſſarium eſſe Patres noſtri putauerunt, ligneis parietibus ſeparari. *Ita D.Chryſoſtomus in Matth.hom.74.Mox aliquot Venetijs datas Theatini Epiſcopi Epiſtolas colligamus.*

---

1 *Patent (Theatinorum Patrum illorũ Religio,cultus, & paupertatis Zelus) ex Epiſtola,quam ab anno ſuperioris ſeculi 34. hoc eſt ab inſtituta Theatina ſodalitate decimo, Carafa Venetijs ad B.Caietanum Thienæum, Collegam & Adiutorem in moderanda haſce naſcente Familia Neapolim ſcripſit: quam huc inſerere opere pretium duximus, vt Carafæ virtus ac pietas ampliùs eluceſcat. Habebat ſiquidem hoc in more,ut Sanctorũ Patrum imitatus exẽpla,res ſacras, haud profano eloquio,ſed Spiritus Sancti, ſi dicere fas eſt,lingua, hoc eſt, ipſiſmet ſacri Bibliorum textus verbis explicaret,ac veluti totidem ſtellis & gemmis infixis diſtingueret,exornaretque.*Lud.Don.lo.cit.pag.131.& 132.

DISQVISITIO DVODECIMA.

Quantæ fuit Epiſcopus Theatinus auctoritatis apud S.P.N.Caietanum, qui eum per literas aſſiduè conſulebat? Aliquot aliæ eius Epiſtolæ recitentur.

P.Iulius Nigronus è Soc.Ieſu in hiſt.diſput.nu.34.fol.62.

2 ERuitur *(Theatini Epiſcopi auctoritas)* ex epiſtola valdè luculenta Venetijs data 1534. 18. Ianuarij ad Caietanum & ſocios Neapoli commorantes.*Et*

P.Auguſtinus Oldoinus è Soc.Ieſu in Vitis Rom.Pontif.loc.cit.

3 Venetijs (*Carafa*) cùm eſſet,iubente Rom.Pontifice maximè ſtuduit,vt Græcos à Schiſmate,& Hebræos à perfidia reuocaret: cùmque id faceret,cum Græcis Græcè,& cum Hebræis Hebraicè ac diſertiſſimè loquebatur.*Et ſupra;*Cœtu virorum,*inquit,* ſui Ordinis adaucto,ſeueriorem cum ijs vitam agens,Literas B.Caietano Thienæo Collegæ, & Adiutori in mo-

Digitized by Google

in moderanda naſcente familia Neapolim ſcripſit: *Eandemque laudat citatque P. Ioannes Rhò* fol. 260.

Caietano Thienæo & Cæteris Fratribus Neapoli commorantibus Salutem.

4 Fratres dilectiſſimi: Gratia vobis, & pax à Deo Patre, & à D. Noſtro Ieſu Chriſto cum omnibus, qui diligunt aduentum eius. Literas veſtras ad XIV. primò, deindè ad XXII. Nouemb. datas, cum ijs, quas anteà vos dediſſe ſcribitis, diuerſis temporibus accepimus; & reſpondere vobis non caſu, aut negligentia, ſed conſultò diſtulimus, quòd in hac familiolæ noſtræ diuiſione, præſertim in tàm longa diſtantia, multa nobis neceſſariò prouidenda viderentur, quæ niſi aſſiduis precibus Domino commendata, & diuturna meditatione digeſta, nec non frequenti ac diligenti examinatione diſcuſſa, effundenda non fuerant. Adde, quòd ne illud quidem breuiſſimum literarum genus, hoc eſt: ſi valetis, nos valemus, ad vos ſcribendum fuiſse, exitus, ipſe demonſtrat: contigiſset enim vos à nobis etiam nolentibus decipi; quandoquidem his diebus chariſſimus frater noſter Bartholomæus Preſbyter ſanctiſſimè ac religioſiſſimè migrauit ad Dominum. Nunc autem dicimus illum, vnum ex omnibus nobis, verè in Domino bene valere, quòd ita receſſit à nobis, vt nos illum præmiſiſse, non amiſiſse putemus: reliquit enim nobis incredibile ſui deſiderium, & ſanctæ ædificationis exemplum. Primùm, quòd apud nos irreprehenſibiliter vixit, iugumq; Domini vſque ad mortem conſtantiſſimè, libentiſſimèque portauit; tùm quòd in exitu, longè maior apparuit, quàm quiſquam illum exiſtimare potuiſset. Deceſſit enim ex non longa, licet graui ægritudine, catharro ſcilicet illo, quo, vt noſtis, iugiter infeſtabatur, ſed tunc longè quidem acriùs quàm vnquam anteà. Nàm poſt intolerabilem dentium dolorem, & vnius molaris euulſionem, vis morbi vehementer inualuit, ita vt febres ardentiſſimæ, atque omnia vicinæ mortis inditia ſpem omnem corporeæ ſalutis auferrent: tùm verò Chriſti miles, non triſtis effectus eſt, ſed quaſi rediturus in patriam, totus ad Dei laudes, ad pſalmos, ad hymnos, preceſq; conuertitur; à quibus os illud ſacrum vſque ad vltimum ſpiritum nũquam ceſſare viſum eſt, niſi aut pſallentibus circa eum nobis, aut aliquid ex diuina lectione recitantibus, quibus tamen ipſe reſpondebat, aut præueniebat interdùm. Quid illo ſancto viro in tanto corporis, atque omnium membrorum cruciatu, atq; in ipſo mortis agone, patientius? quid conſtantius? quid ſapientius? quid deuotius? Voluuntur per ora lacrymæ, dùm iſta ſcribimus, & dicere de illo, quæ inſtitueramus, fletu interrumpente, non poſſumus. Quid vltra quæritis? in ſacratiſſima Dominicæ Natiuitatis nocte, venit ad Eccleſiã, accepit ſanctum Viaticum, in cuius fortitudine vſque ad Dei montem intrepidus pergeret: & brachijs fidei, complexus cum Symeone Puerum,

Digitized by Google

dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundùm verbum tuum in pace. Et reuera factus eſt in pace locus eius, & conſummatus in breui, expleuit tempora multa; raptus eſt ne malitia mutaret mentem eius, & ita raptus, vt poſtquam lecto decubuit, vix tribus noctibus circa eum, diſpoſitis ſtationibus, vigilatum ſit: & tandem Dominico die in feſto ſanctorum Innocentium, poſt veſperas Chriſti pugil, & athleta, extremi certaminis vnctione perfuſus eſt; qui Sacramentum illud ſumma cum deuotione, & alacritate, quaſi futurę Victoriæ inſigne ſuſcipiens, eadem nocte, hora circiter decima, inter choros ſanctorum Angelorũ, Patriarcharum, & Apoſtolorum, victor abſceſſit. Mane autem facto, corpus Sacerdotalibus indumentis ornatum, in Eccleſia poſitum eſt, omneſque pro eo Hoſtiam ſalutarem obtulimus, illud Amos Prophetæ interim dicentes: Feſtiuitates noſtræ conuerſæ ſunt in luctum, & cantica noſtra in planctum. Deindè poſt veſperas, defunctorum Vigiliæ celebrantur, nec funus effertur, vſque ad diluculum ſequentis diei, quo poſt Victimã ſalutis oblatam iuſtaque facta, reuerſus eſt puluis in terram ſuam, vndè erat, & Spiritus ad Deum, qui dedit illum. Ergo & vos, fratres amantiſſimi, celebrate frequentes exequias, cumulate Altaria donis, plenoſque calathos odoratis ſanctarum precum floribus, ſuper fratris tumulum, ſpargite; numquam illius apud nos intermoriatur memoria, qui viuit in Chriſto. Sed abſterſis parumper lacrymis, ad veſtras literas redeundum eſt; nec tamen ordinem exigite ab afflicto ſene, mœrore, & fletibus conſternato; cùm quidquid in buccam venerit, nunc ſatis eſſe oporteat: poſt autem, ſi vitam Dominus dederit, quod defuerit, repenſabitur. Scribitis multa de Eccleſia, deq; loci iſtius qualitate & diſpoſitione; ad quæ omnia dicimus, placere nobis ea, quæ de ipſius Eccleſiæ honeſtate pariter, & libertate ſcripſiſtis; quodq; nulla ſit in ea ſuperſtitio, nulla ſæculariũ ſeruitus; quòd placida in ea ſolitudinis quiete fruamini; quòd procul ab aura populari, procul à vulgi rumoribus latenter, ſilenterque viuatis; quòd à paucis tantummodò deuotis amicis viſitemini, nulluſque ad vos profanus arbiter, nullus curioſus interpellator accedat. Item quòd nulla vobis hypocritarum, nulla muliercularum blandimenta ſurrepant. Hæc verò nobis ſummoperè placere teſtamur, atque vtinam Dominus Ieſus ſic nos ſibi viuere, ſic ſibi cohærere faciat, vt mundus nos vixiſſe non ſentiat. De ædificio autem dicimus placere nobis, vt ea quæ ad neceſſitatem pertinent, requiratis; vt ſcilicet ſarta tecta habere poſitis, vt cellulam quiſque ſuam habeat, quò ſe tanquam in portum recipiat, ſimul vt reliquæ officinę ad communia miniſteria peragenda pro loci exiguitate non deſint. Nam de Eccleſia nihil aliud dicimus, quàm vt moleſtiſſimum illud prę foribus operarum emporium, & publicus per Eccleſiam tranſitus, ſi fieri poterit, auertatur, quod nobis Seuerus noſter non diffi-

difficile factu eſſe monſtrauit. Hæc autem omnia ſic accipienda eſſe dicimus,vt quamquam totus hic Mundus nobis exilium ſit, ſpecialiter tamen in iſta Ciuitate vos aduenas, & peregrinos eſſe noueritis, & idcircò operæ pretium eſse ducimus (quod & fieri cum Dei auxilio poterit) vt ſic in omnibus,& cum omnibus conuerſemini,tamquam iſtinc propediem migraturi; nondum enim portas Ciuitatis intraſtis:nec adhuc ſcire poſsumus,quid craſtina die iuſsurus ſit Dominus;quamquam iſta non dicimus,vt pro locis intra Ciuitatem eligendis, vos debeatis eſse ſoliciti. Scimus enim, ſi vos iſtic Dominus eſse voluerit,loca opportuna nobis intra mœnia,Dei benignitate, & ipſius Ciuitatis liberalitate,non defutura.Nam de ijs locis,quæ vobis dicebatis offerri,valde adhuc hæſitamus;quod in altero,antiquã illuſtris familię Domũ dedicare difficile ſit. In altero verò,Eccleſiã ab harpijs auferre,nec illarum contractu fœdari, multò quidem difficilius. quamquam præter hæc, eadem Eccleſia, & ſi nobis & Apoſtolica reuerentia, & veneranda illa vetuſtate ſummoperè placeat,tamen in celeberrimo Vrbis loco poſita, tanta vndique ſæcularium ædificiorum mole cõprimitur, vt locus ibi tolerabilis hoſpitij eſse vix poſſit,honeſti certè nullo modo poſſit.Quare vox Domini expectãda, & aſſiduis precibus, atq; intenta cordis aure captanda eſt: & nihilominus quid interim vobis, de eiſdem, vel alijs locis à quoquam dictum fuerit,ad nos diligenter ſcribendum curabitis.

5 De duobus illis nobilibus Clericis,qui ad nos venire cupiebãt,nũc neque hìc,neque iſtic nos illorum deuotioni ſatisfacere poſſe videmus: multa enim ſunt,quæ nos rationabiliter mouent, eaque nunc dicere non eſt neceſſe; & tamen vt in aliquem commodioris congregationis portũ ſe conferant,genuſque illud vitæ periculoſiſſimum fugiant; ſuadendum putamus,oſtendumque eis,in hac noſtra paupertate,& perſonarum paucitate,delicatulos iuuenes abſque maximis incõmodis,& laboribus non ferendis eſſe non poſſe:vt ſic & ea,quæ vera ſunt,non abſcondatis,& eorum ſaluti meliùs conſulere, atque in pace dimittere valeatis. De funeſtis illis nuptijs eſt quidem dolendum, ſed minimè, in fœminea leuitate mirandum,quod ſcribitis;& neſcio an eis ſuccenſendũ ſit,apud quas nullus eſt rationi locus,ſed totum furor poſſidet,nec dignæ,de quibus tot verba fecerimus:digna verò eſt Venerabilis Ancilla Chriſti,Mater noſtra,de qua loquamur,& quã omni venerationis obſequio in Domino proſequamur;& tibi inprimis gratias agimus chariſſime frater,pro ſynceræ charitatis affectu,quem in eam,non modò iſtic præſens,ſed nobis abſens,tam crebris literis,tam diligenter,tam amanter,de ea ſcriptis oſtendiſti, ſed ad cauſam illius Monaſterij pro voto expediendam, in tempus valdè alienum incidimus,nec tamen deſtitimus in hac Pontificis abſentia tentare ſi quid effici potuiſſet; & Veronenſis noſter,qui nos di-

Digitized by Google

ligit,quiq; veſtras ad nos de eadē re literas, cum noſtris habuit,ingenuè faſſus eſt,ſe abſentem etiam in ſuis ipſius expeditionibus vix audiri.Sed cognito Pontificis.in Vrbem reditu, iam aliquid tentare decreueram, eramque dubius animi, vtrum tu frater mittendus ad Vrbem eſſes,an literis res agenda. Et certè vt tu accederes, magis ſedebat animo; quod plurima eſſent,quæ nos ad id hortari viderentur,adeò vt iam ad eundem Veronenſem literas dederim,quibus apud eum agerem,vt te ſanctiſſimo D. noſtro per amicos ſuos ſtudioſiùs commendaret, literaſque ſuper eo ad te Neapolim,vel ad Vrbem mitteret,quas tu eiſdem reddendas curares:Verùm in hoc paululum ſubſiſtendum duximus, & in tempus non ita multò longius,ſed certè opportunius differendū. Te verò mi frater etiā atque etiam rogo,vt in illo monaſterio à ſecularium ſeruitute liberando, eiuſque vicinia purganda, illaque muliere, eiuſdem monaſterij vexatrice,inde abigenda,atque arcenda pro viribus labores;atque vtinam reſipiſcat,antequam iram Dei,quam prouocat,ſuo magno malo experiatur. Supradictam verò matrem noſtram,fidelem Chriſti Seruam conſolare in Domino,& dicito illi, ſi quid velit non à me,ſed à Domino petat;nam & & ipſe veniam ad vos,ſi Dominus iuſſerit,atque omnia faciam,quæ illā, teque, frater,velle intelligam.Et de formula Breuis,tentabo quid, adiuuante Domino,in eo genere valeā,quiduè mihi per occupationes meas liceat,quæ me vix pauca hæc ad te ſinunt ſcribere.Fratrem noſtrum Petrum Presbyterum,intra cordis noſtri penetralia iam pridem recepimus: Sed ne quid eius deuotioni deeſſe videatur, etiam ad expreſsam profeſſionem, quam vt dicitis,inſtanter offert,de communi fratrum conſenſu, noſtro & totius Congregationis nomine admitti libentiſſimè volumus; & formam quam in ſimilibus obſeruare cupimus, donec melius aliquod oſtenderit Dominus,ad vos cum his literis mittimus.De illo autem iuuene,qui de vxoris conſenſu,relinquere ſeculum cupiebat,& poſt ſancta deſideria,auctus eſt filio,quid dicam neſcio, niſi quod multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre quæ vos, fratres mei,videtis,& non viderūt, & audire quæ, intima cordis aure, vos auditis, & non audierunt. Non enim eſt in homine via eius.Et à Domino greſsus hominis dirigūtur. Et non volentis,neque currentis;ſed miſerentis eſt Dei. Noſtrum verò in Chriſto Chariſſimum Comitem Oppidi, toto mentis affectu complectimur,& in eo quod pro nobis immeritis facit,Domino fœneratur:& quoniam non ſua,ſed ipſum quærimus,in eo maximè gaudemus,quod nobis de eius fide ac deuotione ſcribitis. Quòd verò Domui ſuæ diſponere dū viuit & valet,& teſtamentum condere cupiat,nos valdè probamus; ne in mortis articulo, quando de ſola anima cogitandum eſt, ſuperflua & inutili rerum pereuntium ſolicitudine diſtrahatur. Quid verò cui legare debeat,hoc certè nos benè conſulere poſſe diffidimus.Illud dicimus,in

hu-

huiuſmodi in primis iuſtitiam eſſe ſeruandam,& neminem,eò quod iure ſibi competat,pietatis obtentu, ſine cauſa, eſſe fraudandum. Si quem læſimus,ſi cui damnum intulimus,ſeu damni cauſam,auxilio,conſilio,fauoreue dedimus, largè reſarciendum eſt; iuxta ſancti illius Publicani exemplum,qui quadruplum reddidit:In ijs verò quę voluntaria ſunt,adhibito religioſæ diſcretionis examine, faciat quod voluerit; tantummodò oculus eius ſimplex,& rectus ſit,vt nec tuba canat, nec hominum rumuſculos aucupetur, nec in aliquo ſiniſtra nouerit quid dextera faciat; nam eorum tantùm operum remunerator eſt Dominus,quæ ſui cauſa facta fuerint;eorum verò quæ ad huiuſmodi gloriam fiunt,non remunerator, ſed vltor eſt.

6 De duabus illis Religioſis mulieribus, idem per omnia ſentimus, quod tu frater ſentis:vt ſcilicet ab illo pauperum infirmorum miniſterio, ad meliora & perfectiora proficiant; & Chriſtum quem in pauperibus ſuſcipere ſtuduerunt,tandem in ſe ipſo ſuſcipiant. Audiant illum de humana ſuperbia,& de fraudulenta ſedulitate dicentem:Vulpes foueas habent,& volucres Cæli nidos,Filius autem hominis non habet,vbi caput ſuum reclinet,&c. *Hic loquitur de Maria Laurentia Longa, & Maria Ayerba,quibus S.Caietanus à confeſſionibus erat,& ſuaſerat vt in Monaſterium ſe reciperent. Multa tamen addit hic prætermiſſa,vbi ſuo Zelo conqueritur de Officialibus & Rectoribus;qui Noſocomium illud,eo tempore,haud ritè quidem vt par fuiſſet adminiſtrabant. Et ſubdit*: Dicito itaque tu frater chariſſimè ad eaſdem deuotas in Chriſto Sorores:Quid quæritis viuentem cum mortuis? Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos.Quin potiùs Domini & ſaluatoris noſtri ſapientiſſimis conſilijs acquieſcant; illius ſaluberrimis monitis obtemperent, illius ſacra ſectentur veſtigia, illius imitentur exempla. Egredimur fines Epiſtolæ dum in ſingulis immoramur.

7 Ioannem Bernardinum filium noſtrum in Chriſto chariſſimum nos valdè amamus;& eius in nos amor eſt nobis in veſtro miniſterio iucũdiſſimus: ſed iampridem ex multis officijs perſpectus nobis & cognitus. Ad extremum quod de dirigẽdis literis in calce quęris epiſtolæ &c. *Hic multa alia prætermittimus,quæ habes* in 1.to.Farrag.fol.100. *Et pergit.*

8 Scito etiam nos omnes,Chriſti gratia, in ſancta pace,& tranquillitate viuere,& mutua charitate connexos, ab inuicem nõ poſse diſcedere,magnoque omnium veſtrum,ac tui in primis,chariſſime frater,deſiderio nos teneri. Gregorium fratrem noſtrum ad Diaconatus Ordinẽ promouimus,euecturi eum ad Sacerdotium ſi Chriſtus iuſserit.Iuuenẽ quendam Bergomenſem annorum circiter triginta recepimus,nomine Simonem,quem priuſquam reciperemus,longa dilatione fatigauimus,& vt illius perſeuerantiam ac patientiam probaremus; ſimulque vt de eius natalibus,vita,& moribus,per fideles amicos certiores redderemur. In hoſpita-

Digitized by Google

ſpitali Sanctorum Ioannis & Pauli, noſtris inibi in Chriſto filijs Gubernatoribus ſtudioſè cum commēdauimus; ibi cùm diligentiſſimè ſe, fideliſſimèque geſſiſſet, ita vt ab omnibus ibidem conuerſantibus ſummoperè laudaretur, cùmq; ad nos venire vehementiſſimè cuperet, inſtantiſſimèque rogaret, tandem illum hoſpitio recepimus, nec vltra progreſſi ſumus, quanquam & ipſe id aſſiduè flagitat, vt ad habitum admittatur, & nobis certè non indignus videtur, qui exaudiatur; ſed hanc dilationem nihil illi nocituram putamus, eò quòd in omnibus domeſticis laboribus libenter exercetur, & imperata facit, non ſecus atque vnus ex noſtris, nec admiratione ſtupet; nec ſtupore langueſcit; & ſi caret litteris, non caret ad eas addiſcendas ingenio. Theodoro noſtro, paucorum menſium abſētia, nonnihil profuiſſe videtur: fert enim aliquantò leuiùs conſueta certamina: ſed vt nihil fuiſſet melius habiturus, certè quo minùs reduceretur à nobis vitari, ſine maxima omnium bonorum offenſione, non potuit: itaque quocunque res verterit, ſatis omnibus factum putamus; nàm ſuis propinquis nihil poteſt eſſe modeſtius. Vos igitur illum ſpecialiter iuuate precibus: dignus eſt enim, qui ab omnibus nobis ametur. Quid dicam de ceteris fratribus? quid de ipſo Præpoſito? Dici non poteſt, quantum me per illum ſeruum ſuum, perq; reliquos Dominus conſoletur. Vidiſſes in obitu fratris noſtri ad miniſteriorum obſequia omnes certatim ruere, ſatagere, trepidare, diſcurrere; vt ſingulorum ſalus in eo periclitari videretur: poſt obitum verò præ lacrymis (pijs illis quidem & religioſis) omnium triſtes ac tumentes oculos, nec poſſe quenquam alterum conſolari; Itaque vt verum fatear, vulnerauerunt cor meum iaculo dulciſſimæ charitatis.

9 De rerum autem diuinarum, & aliorum operum aſſiduitate quid referam? certè non multa in hac paucitate requireres, ex ijs quæ à maiori fratrum numero fieri conſueuerunt. Portant enim ſtrenuè pondus diurni, nocturnique laboris, præſertim cùm à me parum admodùm adiuuentur, quoniam iam ingraueſcente ætate, non modò corpus, ſed animus ipſe me deficit. De amicis verò tam Venetis, quam exteris, nihil noui, quod magnoperè ſcire cupiatis, habemus. Soror noſtra Capella cum tota illa Chriſti familia rectè valet. Prior Sanctæ Trinitatis Chriſto miniſtrare non ceſſat. Auguſtinus Amulius magno nos amore proſequitur: Venerius & Contareni non deſunt; Maurocænus ſe ſibi furatur interdum vt ad nos veniat.

10 De Zambone verò loqui non eſt neceſſe, cùm ita nos diligat, vt ſine nobis vix putet ſe poſſe viuere: Quis verò poterit hoc tacitus præterire? (neque enim id, ne apud vos ambitioſum videatur, verendum eſt; cùm potius id dicendum ſit, ne homines de nobis optimè meritos orationum veſtrarum remuneratione fraudemus.) Princeps Reipublicæ Ve-

Digitized by Google

cæ Venetæ, qui maximarum rerum occupationibus, curiſque diſtringitur, abiectionis noſtræ puluerem obliuiſci non poteſt. Itaque non ſemel eius beneficio, pauperũ calefacta, ac refecta ſunt viſcera. Legatus Apoſtolicus & ipſe non deeſt. Cæſaris Orator in nos humaniſſimus eſt. Beltranorum familia, literis, opibus, officijs, nos deuincire non deſinit. Bartholinus noſter oculos ſuos, ſi fieri poſſet, erueret, vt ſemper aliquid nobis impenderet. Sed ne panegyricum contexere videamur, omnes in commune Chriſto commendatos offerimus, & vos, vt pro omnibus oretis, hortamur. Mater Ioannis Presbyteri fratris noſtri cum tota Domo ſua rectè valet, & ſoror eius ab eâ quâ detinebatur infirmitate cõualuit. Timotheus Iuſtus frater noſter, vos ſalutat in Domino. Extra hanc Vrbẽ, primus, Reuerendus Veronenſis occurrit, & Capellus, & Scaynus, cum reliquis Salodienſibus amicis, quorum tanta fides eſt, vt adhuc nos, non modò diligant, ſed inſtanter inuitent, ac contra ſpem expectare non ceſsẽt. Vicẽtini noſtri nõ deſunt: præter paucos, quos mœſtos eſse audio: Iam enim Bapt. Cremenſis extra gremiũ Religionis, apud Caſtellum Vaſtallam, ex longa ægritudine mortuus eſt, primo die menſis huius. Faciat Dominus miſericordiam cum illo, & adijciat quod oratio non præſumit: Patauini noſtri ſilent; Stella non lucet. Bergomenſis Æmilianus noſter, permittente Epiſcopo, reliquit Bergomum, & ducto ſecum quinque & triginta militum exercitu, Mediolanum petijt, vbi non dico quanto cum plauſu exceptus ſit: hoc tandem dicam, gratias mihi Illuſtriſs. Ducem Mediolani egiſse per ſuos, qui hìc ſunt, qui cum eius literis ad me venerunt, quaſi ego illuc Æmilianum miſerim: & certè hic honor mihi ſine cauſa defertur. Res Lauretana refrixit penitùs, nec eſt ampliùs cur de illa loquamur. Iam feſsus noctem inſomnem duxi; vt te literis explerem. Vale in Domino vnâ cum fratribus, cum quibus pro nobis inſtanter orate. Matrem & Sorores, & omnes nobis in Chriſto dilectos, & qui in Chriſto nos diligunt, ſaluta noſtro nomine. Salutant te Præpoſitus, & cæteri fratres, atque omnes amici. Et ſi fortè vobis prolixiores fuiſse videbimur, ſcitote nos nihil adhuc attigiſse, eorum quæ vobis dicenda promiſimus. Dabit Dominus & nobis quod dicamus, & vobis quod audiatis ex eo. Iterum Vale. Venetijs 18. Ian. 1534. *ex Farr. to.1. fol. 164. Sed & alias duodecim epiſtolas, tunc temporis à Theatino Epiſcopo datas, & ex tabulario Neapolitano S. Pauli depromptas, ad aliarum ſpecimen hic exhibeo.*

I. Monachis S. B. In Capitulo congregatis. Ex Farr. to.1. fol. 164.

11 Reuerendi Patres in Chriſto honorandi, gratia vobis & pax à Deo Patre & Domino Ieſu Chriſto in Spiritu Sancto amen. Congregetis vobis in vnum ad conſulendum ſaluti filiorũ veſtrorũ, oblatus eſt mihi D. Gratianus Maurocęnus Venetus filius veſter, & item meus; qui rediẽs de Regione longinqua, pij Patris optat amplexus: quem ego vobis nullatenùs

latenus offerre aut commendare præſumerem,niſi ſpem non exiguam de Domini bonitate conciperem fore,vt hic filius noſter,plus vobis, atque adeò bonis omnibus, poſt lapſum, placiturus ſit, quàm vnquam anteà placuiſſet.Aſcendit enim Dominus ſuper occaſum, & facit frequenter cum tentatione prouentum: & qui non venit vocare iuſtos ſed peccatores ad pœnitentiam,plus in vnius peccatoris conuerſione,quàm in multorum Iuſtorum conuerſatione lætatur.Exemplo nobis eſſe poterunt tot peccatorum,publicanorum,ac meretricum greges;qui de filijs iræ & tenebrarum, in filios adoptionis ac lucis ſubita conuerſione mutati, ſæpè Angelis Dei in Cælo gaudium præbuerunt. Quin etiam ipſe Princeps Apoſtolorum,& Paſtor Eccleſiæ,maculam negationis fletibus abluens, & trina illa cōfeſſione detergens,beatior poſt felices lacrymas, & maior euaſit.Quamobrem rogo vos Patres in Chriſto cariſſimi,vt Saluatoris noſtri & Sanctorum Patrum veſtigijs inhærentes,in ſuſcipiendo, ac in ſpiritu lenitatis hoc veſtro filio corripiēdo,preces humilitatis noſtræ,quas per R.P.D.Auguſtinum Abbatem ſancti Nicolai in littore Veneto,ne vos longioribus literis obtunderem,porrigere malui, miſericorditer audiatis,& me filium veſtrum deditiſſimum, qui vobis multis iam nominibus debeam,hoc etiam beneficio cumuletis.Opto vos omnes,vnà cum Chriſti grege vobis credito ſemper in Domino bene valere, memores noſtri in orationibus ueſtris.Venetijs 25.Auguſti.1530. R.P.V.

Obſequentiſſimus filius.

Ioannes-Petrus Epiſcopus Theatinus.

II. Min.Generali Ord.PP.Minorũ Obſeruantium. ex Farr.to.1.fol.126.

13 Reuerende in Chriſto Pater,& Domine Obſeruandiſſime.Redditæ mihi fuerunt literæ tuæ V.Idus datæ,in quibus de aduentu Prouincialis Ordinis Minorum me certiorem faciens hortabaris, vt ipſe ad III. idus vel ad xviij. kal. Vincentię adeſſem: vt iuxta Pontificis,ac Reuerendiſſimi Cardinalis mandatũ ad componendas res Monaſterij Leonici vnà vobiſcum accederem. Ego verò mi Reuerende Pater, non modò Pontificis nutui, & illius Reuerendiſſimi Patris mandato, ſed tuæ voluntati, pro tua in me pietate, libentiſſimè paruiſſem, niſi cùm honeſtiſſimarum occupationum ineuitabilis neceſſitas,tum corporis diuturno quodam languore contracta imbecillitas multipliciter obſtitiſſent. Adeò vt non dicam,non ad præſtitutum diem,qui iam præterijt;ſed ne ad longioris quidem temporis maiores inducias de acceſſu meo certi aliquid audeam polliceri.Vndè neceſſariò mihi vtendum eſt ea venia, quam mihi idem ſanctiſſimus Dominus,& Reuerendisſimus Pater in ſuis mandatis indulſiſſe videtur.Vbi ſi omnes non potuiſſemus adeſſe,duorũ præſentium auctoritatem ſufficere voluerunt. Quod cùm iam (Deo volente)

lente)

lente) factum ſit; vt nec ego ſine magno meo & multorum incommodo adeſſe poſſim; & vos duo iam conueneritis; & ij præſertim, quos maximè conueniſſe oportebat; vobis omnem hanc prouinciam relinquimus: ac tibi inprimis, mi Reuerende Pater, qui hanc cauſam propè deſperam, nonnullorum hominum cupiditate atq; improbitate obſeſſam, & oppugnatam, virtute, ac diligentia tua, cum magna eiuſdem Reuerendiſſimi Cardinalis dignitate, atq; huius inclyti Senatus gratia ab interitu reuocaſti. Itaque mihi fortè inchoati, tibi verò perfecti huius operis palma debetur. Tu vocaberis ædificator ſepium, auertens ſemitas iniquitatum. Te enim iſtic poſuit Dominus, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas & diſſipes, & ædifices, & plantes. Tuæ igitur prudentiæ fuerit ita rem tranſigere, vt ſupradictus Venerabilis Pater Prouincialis illius Reformationis opus per nouæ familiæ introductionem quàm celerrimè aggrediatur: & res perfecta hìc audita ſupradicti Reuerendiſſimi Cardinalis humanitatem, & tuam diligentiam, apud hoc illuſtriſſimum Dominium efficiat gratiorem. Vale Venetijs 15. Sept. 1530. *Quòd Carafæ iuſſerit Pontifex, vt in Patrum Minor. Obſeru. Reformationem incumberet, vide apud Sylum* par. 1. lib. 4. pag. 130. *& Caracc. in vita lib. 2. cap. 7.*

III. Sanctiſſimo Patri Clementi VII. Romam. ex Ferr. tom. 1. fol. 122.

BEATISSIME PATER.

12 Heri veſperi Reu. in Chriſto Pater Epiſc. Polenſis Sanctitatis V. in hac Vrbe Nũcius literas eiuſdẽ Sãctitatis. V. mihi reddidit, plenas humanitatis & officijs, quibus me rei fideliter in cauſa fidei, & ſi nõ ſatis adhuc feliciter geſtę, Sãctitas Veſtra cõmendandũ putauit. Ego verò, Beatiſſime Pater, pręclarè mecum agi exiſtimem, ſi hoc loco illud Euangelicũ in me detorquerem. Scilicet, ſeruus inutilis ſum: quod debui facere, feci. Sed ſi minùs id feci; certè quod ad me attinet, omnibus viribus elaboraui, vt facerem: & niſi pondus inclinati ac prope labentis Orbis ad caſum atque ruinam omnia tàm vehementer vrgeret, res iam ex Veſtræ Sãctitatis omniumque fidelium ſententia confecta eſſet. Sed quando ita comparatum eſt, ferimus interim quod eſt ferendum; & vaſa iræ, Dei iudicio reſeruamus, qui reddet vnicuique ſecundùm opera ſua. Quòd verò idem Reuerendus Pater, Sanctitatis Veſtræ Nuncius, de me frequenter officioſèq; ſcripſerit, ſic accipio, vt fidei ac pietatis meæ erga Sanctitatem Veſtram, atque iſtam ſanctam Fidem teſtimonium, non . . . laudes, quas ille ſibi ipſi detrahens in me congerit, non agnoſcam. Etenim quod in hac cauſa, diligentia, labore, induſtria, dexteritate denique, atque auctoritate, fieri potuit, id omne aut ille fecit, aut ego eius conſilio auxilioque feci: & quanquam dies mali ſint, & inſtent tempora illa periculoſa, quæ prædixit Apoſtolus; tamen aliquid adhuc futurum ſpero, vt ab hoc Duce, atque hoc inclyto Dominio, & Diuini honoris & Eccleſiaſticæ auctori-

tatis aliqua ratio habita eſſe videatur: id autem cuiuſmodi ſit, ex literis eiuſdem Reuerendiſſimi Patris, Sanctitas Veſtra intelliget. Reliquum eſt, vt Sanctitas Veſtra certum ſibi perſuadeat, me nec tribulatione, nec anguſtia, nec fame, nec nuditate, nec perſecutione, nec gladio, à ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ deuotione, pietate, fide, ſeparari aut abduci vllo modo poſſe; vitamque mihi potiùs, quàm fidem atque obſeruantiam erga Sanctitatem Veſtram, atque iſtam ſanctam Sedem vnquam defuturam. Opto Sanctitatem Veſtram, ſemper in Domino bene valere, clauumq; tibi creditum ita regere, vt quotquot in eadem Eccleſiæ naui ſumus, optatæ tranquillitatis portu, te duce, feliciter potiamur. Venetijs die 13. Februarij 1531. S. V.

Humilis ſeruus.

Ioannes-Petrus Epiſcopus Theatinus.

IV. Fratri Bartholomæo de Piſis Ord. PP. Prædic. ex Farr. to. 1. fol. 134.

14 Reuerende Pater, & nobis in Chriſti amore iunctiſſime. Superioribus diebus, redditæ mihi fuerunt literæ tuæ, nota quidē eruditionis tuę, & preſſi caſtigatiq; calami tui impreſſione ſignatę: meis verò tàm immodicis, quàm immeritis laudibus adeò refertæ & cumulatæ, vt iurè mihi tanquam ſuppoſititiæ atque adulterinæ ſuſpectæ eſſe potuiſſent, niſi & amor in me tuus excuſaret errorem, & agnita ſecretorum noſtrorum colloquia, omne dubietatis ambiguum remouiſſent. Itaque & illas pro tuis accepi, & Deum in te loquentem veneratus ſum: quo inſpirāte iam imaginem depinxiſti, non quam mihi ſimilem eſſe noueras, ſed cui me ſimilem eſſe cupiebas: vt ſcilicet ego illam intuens, non qualis eſſem, ſed qualis non eſſem, quantumque mihi deeſſet, videre potuiſſem: atque vtinam quemadmodùm mihi fœditas mea, illa tua pulcherrima pictura detegitur, ſic noſter homo precum tuarum interceſſione in Chriſti imaginem reformetur. Et quoniam vir deſideriorum ſum, ſed te videre, tecumque aliquid pro Chriſti gloria, proque fratrum ſalute loqui cupientem itineris longinquitas prohibet, ne dicam occupationes meæ, quibus tamen carere, omnia deſerendo, meque ipſum penè fugiendo, non poſſum, idcircò fratrem noſtrū chariſſimum Caietanum Presbyterum ad te mittendū duximus, quem videns, non me vnum tantùm, ſed conſeruos meos, & filios tuos, qui mecum ſunt, videre atque audire videberis. Vale & labores noſtros, atque diſcrimina, quibus iam aſſiduò atque ancipiti bello premimur, tuis orationibus ſubleua. Venetijs 11. Sept. 1532.

Tuus in Chriſto filius.

Ioannes-Petrus Epiſcopus Theatinus.

V. Bloſio Abbreuiat. Clementi VII. deinde à Secretis. ex Farr. to. 1. fol. 47.

15 Reuerende Pater. Cùm onus illud humeris impar, Domino tenebras meas illuminante, depoſui: & omnibus propter nomen Domini dere-

Digitized by Google

derelictis, extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ, putaui me non vltra vel tibi, vel cuipiam amicorum meorum moleſtum futurum. Verùm, vt video, in te vno longè me fefellit opinio. Nam nec ego tibi poſtmodùm aliqua in re, ſiue mei, ſiue amicorum cauſa, moleſtus eſſe deſij. Nec tua mihi vnquā humanitas ac beneuolentia defuit: quam & ſi ſemper in te non vulgarem perſpexerim, nuper tamen in cauſa Neapolitani Monaſterij Sororis meæ tàm perſpicuè ſum expertus, vt nihil potuerit eſſe perſpectius, nihil illuſtrius. Itaque tibi in primis pro iſta tua rara virtute ac probitate, vt debeo, gratulor, nō quòd tibi tanquā noua poſſeſſio, aut peregrina hæreditas nuper aduenerit, quippè quam ſemper habuiſſe, atque ex Matris vtero tecum extuliſſe videaris: ſed quòd in iſto agone verſari, & cum iſtiuſmodi ingenijs conflictari, nec de virtutis gradu aliquando deijci, magnæ admodùm laudis ſit. Deindè pro tuis in me, atque in eādem Sanctimonialem Sororem meam officijs humaniſſimè ſimul ac ſtudioſiſſimè collatis, ago quas valeo gratias, ſperans tibi cumulatiſſimè Dominum redditurum. Et quoniam multum tibi debere me fateor; pulchrum ſimul atque iucundum eſt; cui plurimum debeam, eidē quotidiè plurimum velle debere. Itaque ecce tibi rurſus nouus negotiator aduenio, auro quidem atq; argento cum Petro vacuus, ſed cæleſtis (vt ſpero) auxilij protectione ſuffultus, cauſam ad te afferens, iuſtitię, honeſtatis, religioniſque pleniſſimam, & cui defuiſſe piaculum fuerit. Hanc Venerabilis P. Bonauentura Venetus Ordinis Minorum Obſeru. Diuini Verbi celeber ac fideliſſimus præco pijſſimis ac religioſiſſimis moribus præditus, proptereaq; arctiſſima mihi fraternæ dilectionis neceſſitudine iunctus, qui tibi reddet has literas, prolixiùs ordinatiùſque narrabit. Peto igitur à te, vt hunc Religioſiſſimū Virum hìc à me tibi traditum, fideique tuę commendatum exiſtimes, vt ex vniuerſa illa B. Franciſci familia neminem habeam, quem ſtudioſiùs ac vehementiùs tibi ſim cōmendaturus. Et quoniam adueſperaſcit, & albæ ſunt iam regiones ad meſſem, & ſecuris nobis tanquam infructuoſę arbori ponitur ad radicem, nec eſt tempore hoc aliquis Colonus qui nobis inducias impetret, præueniamus bonis operibus iram Iudicis, & theſaurizemus nobis theſaurū bonum in futurum, & apprehendamus veram vitam. Nam mundus tranſit, & concupiſcentia eius, qui autem ſperat in Domino ſaluabitur. Vale: & me vt facis ama. Venetijs 3. Octobris 1532. Scripſeram, & tantùm non obſignaueram: cùm mihi à te redditæ ſunt literæ, Romæ ad 24. Septembris datæ, quæ me mirificè delectarunt, vel cōmemoratione amoris erga me tui, vel pollicitatione officij. Et quoniam cauſa Sororis meæ apud te, vt video, Patrono nō indiget, & ego prolixiùs aliquātò quàm ad te abbreuiatorē deceat ſcripſiſſe iam videor; parcam nunc occupationibus tuis, & communium calamitatum deplorationem in tempus aliquod

Digitized by Google

opportuniùs differam. Iterum vale. Datum vt ſupra.

Tuus in Chriſto frater obſequentiſsimus.

Ioannes-Petrus Epiſcopus Theatinus.

VI. Fratri Bartholomæo Spin. de Piſis Ord. PP. Prædic. de Obſeruant. ex Farrag. tom. 1. fol. 117.

16 Reuerende Pater, ſalue. Paulus frater tuus, & item noſter, tibi Collegio iunctus, & nobis mutua charitate deuinctus, Patris veſtri præcepto pariturus venit ad vos: quem ego hominem, niſi ſcirem tibi eſse notiſsimum, & pro ſua in te pietate gratiſsimum, tibi pluribus commendarem, quòd ita de virtute, de religione, nullatenus deeſse poſsimus: nũc verò agam parciùs, & tantum mihi ſumam, quantum, non dicam per te, per quem quid mihi non liceat? ſed per Patres veſtros mihi licitum fore arbitrabor. Audio hunc ipſum fratrem veſtrum, dùm in veſtro Veneto Monaſterio, ſub ſuaui Chriſti iugo ſuauiſſimè libentiſſimèque viueret, & à nonnullis oneribus ſub quibus aliquandiù viribus imparibus inutiliter laborauerat, eorũdem Patrum veſtrorum beneficio interim requieſceret, ſubito fulmine præcepti, quaſi quodam turbine tempeſtatis abreptum, in Aquilanam Regni Neapolitani Ciuitatem eſse relegatum: qui non tàm moleſtè ferens quietem propriam perturbari, ac ſe periculis exponi, atque hyeme ſæuiente, medijſque aquilonibus fugam ſuam vrgeri, quàm dolens imbecillitatem ſuam cuiuſdam regiminis pondere prægrauari; venit eiuſdem Patris indulgentiam petiturus, vt ne ſe alijs præficiat, ſed ſub aliorum imperio ac regimine magis eſse patiatur: quòd id & ad ſalutem aptius, & ad virium ſuarum menſuram accommodatius eſse videatur: quo loco ſe eſse velit minimè referre: eſse paratum vbiq; ſed ſub obedientia viuere: non deeſse plurimos in veſtro Ordine, qui fortè alijs vtiliùs præeſse & velint & valeant: ſe ſe vix ſibi ipſi ſatis eſse poſse: nec in ſuo ventre aquam illam in vitam æternam ſalientem adeò exuberanter excreſcere, vt in alios deriuetur: quin potiùs timere ſe, ſi ante lucem ſurrexerit, & lumen cæcorum, eruditor inſipientium, magiſter infantium eſse voluerit; id ipſum quod de Domini dignatione percepiſſe, ac de fonte Saluatoris iam peccatis noſtris areſcente guttatim hauſiſſe videtur, ſe funditùs perditurum. Hæc ad me, cùm pro noſtra familiaritate peruenerint, exiſtimaui, mearum eſse partium aliquid uel ad te, cuius fidem exploratam & perſpectam habeam, ſcribere: neque enim fortè ad alios ignotos ipſe quoque ignotus ſcribendo proficerem. Nàm & ſi noſtrorum ueterum officiorum & noſtræ in Ordinem ueſtrum pietatis monumenta non deſint; tamen id quod in Exodo ſcriptum eſt, quotidie, non ſolùm in ſeculi hominibus, ſed in Religioſorum quoque Congregationibus experimur: ſurrexiſse uidelicet alium nouum Regẽ in Ægypto, qui non nouerit Ioſeph: ita vt de pleriſque Religioſorum Collegijs, quę

mihi

mihi ſemper cara, & quibus ipſe quondam carus eſſe conſueueram, præſertim ex quo, relictis negotijs ſecularibus, Domino militare cœpi, iurè poſſim cum eodē Domino dicere: Extraneus factus ſum fratribus meis. Ergo ad te vnum ſcribendum duximus: teque oramus, obnixiùs, vt, ſi quid potes, adiuues nos; & hunc fratrem noſtrum ſic tua auctoritate tuearis, vt, ſi fieri poteſt, citiùs illum ad nos, hoc eſt ad veſtrum vel Venetum vel Muranenſe Monaſterium remittendum cures. Et quoniam illum nec vulgariter diligimus, nec parum in eius fide ac diligētia conquieſcimus; quædam illi ad te perferenda mandauimus, in quibus te aliquid efficere poſſe vehementer optamus; nàm velle te, Chriſti cauſa, abſque vlla dubitatione confidimus. Vale & nos redama, tuiſque orationibus adiuua. Caietanus & alij fratres te ſalutant in Domino. Venetiis 12. Ianuarij 1533.

Tuus frater in Chriſto qui te amat plurimùm,

Io. Petrus Epiſcopus Theatinus.

VII. Clariſſimo Domino Gaſp. Contareno Patricio Veneto plurimùm Obſeruan. ex Farr. to. 1. fol. 108.

17 Clariſſime Domine. Superioribus diebus cùm ad nos veniſſes Bartholomæum Scaynum Salodienſem, Virum optimum, & hominem innocentiſſimum rectoris ſui cupiditate vexatū, per Præpoſitum noſtrū, cui illius literas dederamus, tibi curauimus commendandum: & ne perfunctoria illa commendatio videretur, Magnifici Petri Gentilis tui plenam auctoritatis & gratiæ operam addidimus: qui mihi heri veſperi, ſuo nomine, vt ſolet, humaniſsimè officioſiſſimèq; reſpondit. Quod quidem opportunè accidit: nam Magnifico abeunte Petro, literæ ab eodem Bartholomæo venerunt; quibus omninò ſe vexatum ac perditū, rectoris ſui furore & inſana cupiditate conqueritur; nec vllum eſſe remedium, quin ab eo iniquiſſimè crudeliſſimèque iactatus, atque in dicta cauſa inauditus indefenſuſque damnetur, niſi vos Viri Clariſſimi, atque Excellentiſſimi, quibus totius Reipublicæ ſumma commiſsa eſt, ſocios, ſubditos, ſuppliceſq; veſtros, è rapaciſſimorum luporum rabidiſſimis faucibus vel iam laceros ſemeſoſque eruatis. Iam enim nonnullos videtis, qui Magiſtratum adepti non ad regimen ſibi prouinciam, ſed ad prędam traditam putent: qui cùm auro atque diuitiis nihil antiquius, nihil diuinius habeant, pecuniis vndique cumulandis tàm ardenter inhiant, vt ad eorum famem explendam, ſitimque ſedandam, nulla auri atque argenti vis ſatis eſſe poſse videatur: ſed illo quaſi præludio exercitati atque edocti ad veſtros theſauros inuadendos, veſtrumque ærarium depeculandum expilandumque proficiant. Cui malo pro veſtra prouidentia occurrite quæſo uos Viri Excellentiſſimi, nec ſinatis hanc pulcherrimam Rempublicam diuinitùs conſtitutam, præclarèque uobis à Maioribus ueſtris ſer-

Digitized by Google

ſeruatam, ac traditam, quorundam perditorum Ciuium audacia ac cupiditate corrumpi. Ipſi enim ſcitis quot miſerorum querimoniæ in auribus veſtris aſſiduè reſonent: quot ad veſtrum iudicium de pecuniis repetũdis nomina deferantur. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate: ne ſi propulſare iniuriam cùm debeamus omittimus, ipſi intuliſse videamur. Nàm per Iſaiam Dominus Principes populi non tanquam fures, ſed tanquam ſocios furum execratur ac damnat. Et in pſalmo, ſi videbas, inquit, furem, currebas cum eo. Plura ſcribere me hominis innocentiſſimi, nec de nobis tantùm, ſed de religione, de virtute, de literis, de veſtro deniquè imperio optimè meriti, cauſa compelleret: ſed occupationum tuarum rationem habendam duximus: & Michaeli amico chariſſimo, qui tibi reddet has literas, omnes in commune mandauimus, vt tibi noſtro nomine cauſam virtutis, probitatis, innocentiæ, prolixiùs obnixiùſque commendet. Vale Venetiis 17. Octobris 1533.

Tuis virtutibus deditiſſimus.

Io. Petrus Epiſcopus Theatinus.

VIII. D. Caietano Præpoſito Neapolim. ex Farrag. to. 1. fol. 91.

18 Chariſſime frater, ſcribimus ad Matrem noſtram de atrociſſimo caſu Patruelis noſtræ: quæ ex diuite Matre familias, & Coniuge, & Domina, à ſuo crudeliſſimo Nepote, nocturnis inſidijs in Arcem Mirandulæ ingreſso, vno momento, & vidua, & orbata filio, & omnibus opibus denudata, viro ante eius oculos immaniſſimè trucidato, filio non minori crudelitate necato, poſt innumeras plagas & acerbitates, & miſerrimam captiuitatem, cum Nuru, & paruulis Liberis, ſaucia & afflicta retruſa eſt. Vndè vix poſt dies aliquot illa truculentiſſima bellua à Cæſaris Legato adduci potuit, vt miſerrimam fœminam, hiantibus vulneribus ægram, ſemiuiuamque dimitteret: quæ in quodam Caſtello Generi ſui excepta, in extrema calamitate, atq; intolerabili dolore verſatur. Et recuſabimus quo minùs Omnipotens Deus ſuper generationem hanc peſſimam, atq; impijſſimam, iram ſuam effundat, atque eam exterminet deleatque de terra? Nàm de Cælo, ac de libro vitæ iampridem deleta, iamque Omnipotentis Domini ſententia iudicata eſt. Quid enim de noſtro infeliciſſimo ſeculo dicturi ſunt poſteri? ſi tamen de tàm impijs ac ſceleratis hominibus poſteritas vlla ſupererit. Heu quæ pantheræ atque immaniſſimæ tigrides Hominem Clariſſimum, Doctiſſimum, Innocentiſſimum, ante oculos Vxoris pudiciſſimæ atque ſanctiſſimæ à proprio Nepote, immò à ſæuiſſimo aſpide, nihil læſo, ſed ſola dominandi cupiditate ſuccenſo, crudeliſsimè immolatum, ſiccis oculis intueri potuiſsent! Horret animus, tremit manus, vox ipſa ſucciditur: nec poſsum vltra, dolore impediente, iam progredi. Oro te, frater, vt poſtquam fueris cum Matre loquutus, apud illius germanum fratrem, noſtrum itidem Patruelem, atque

alios

Digitized by Google

alios,quos Mater ipſa ſuggeret,cùm per te, tùm per filium noſtrum Ioã-nem-Bernardinum,omnibus modis agere ſtudeas,ne honeſtiſſima,atque integerrima femina, cuius virtutibus omnes ſui plurimùm debent,in tãta miſeria deſeratur. Et quanquam noſter germanus frater ab iſta Ciuitate nunc abſit:tamen & nos ad illum ſcripſimus,& uos ad eum cum noſtris literis, eorum omnium, quæ vobis ſcribimus,exempla fideliter mittenda curabitis. Venetijs 18. Ianuarj 1534.

IX. N. N. ex Farrag. tom. 1. fol. 79.

19 Chariſſime frater,attulit mihi literas tuas hic portitor inter ipſa Miſſarum ſacra ſolemnia. Vndè ſtatim redeũtes hæc ad te raptim ſcribimus.Congreſsũ ſcilicet illius rectiſſimi atq; ornatiſſimi Viri nõ eſſe fugiẽdum:præſertim cùm ſe amicum profitens, ipſe id etiam vehementer expetat.Et vt noſti,Dominicis atque Apoſtolicis præceptis inſtruimur,diligendos eſſe etiam inimicos,& benefaciendum ijs, qui nos oderunt, & pro ijs,qui nos perſequuntur,& calumniantur,orandum: nec malum pro malo reddendum,vel maledictum pro maledicto,& magis benedicendũ, & in bono malum eſſe vincendum. Sed dices, ijs, qui malo ſunt animo, iſthæc omnia,nugas,fabulas,& deliramenta videri.Primùm,qui ſcis illos hoc eſſe animo? deindè fac eſſe etiam peiore,quid? Nonne duodecim ſunt horæ diei?Et tu quis es,qui alienum ſeruum iudices, vtrum ſtet, aut cadat?Sed vt ad vtrumque tibi remedia ſuppetant: fac in iſto congreſſu, fortem te atque conſtantem virum eſse ſentiat,nec vllis blanditijs, vlloue artificio labefactandum,aut ab officio deducendum:qui potiùs quàm te benignum in iniuriarum tuarum obliuione experietur,tàm te iratum timeat,ſi poſthac vel apertè tibi negotium fecerit,vel per ſubdolæ pacis fraudulenta commercia,occultè tibi inſidias moliatur. Et quicquid hac in re feceris,quidue de illo Chriſti milite audies,fac vt ſciam.Vale & nos dilige,quia nos te in Chriſto valdè diligimus.Venetijs 25.Iulij 1535.

X. Fratri Bartholomæo de Spin. Ordin. Prædic. Priori Prouinciæ Calabriæ. ex Farrag. tom. 1. fol. 116.

20 R. Pater,ſalus tibi & pax. Cùm hanc acceperis, puto te aliquid iam audiſſe de dormitione Zachariæ fratris noſtri: qui ſuperioribus diebus ad Pontificem,vel purgandi ſui gratia,& hæreticorum calumnijs reſpondẽdi, vel nouo ſuo Monaſterio familiam à ſuis Superioribus impetrandi cùm acceſſiſſet; & ab eodem Pontifice, clementer auditus,omnibuſq; negotijs ad vota confectis rediret,apud Piſaurum,breui febricula correptus migrauit ad Dominum, magno quidem cum omnium amicorum deſiderio;quanto verò cum mœrore ſuorum dicere,non eſt neceſſe. ipſe enim noſti,quo nexu fraternæ charitatis deuincti inuicem tenebantur:quamuè concordes & vnanimes fuerint in omnibus laboribus, periculiſque ferendis:quàm conſtantes contra omnes mundi ſæuientis impetus,

tus, immobileſq; perſtiterint;nec ab inuicem ſeparari vllis minis,aut terroribus vllis,blanditijs ac pollicitationibus aliquando potuerint.Et cùm iam tandem in illam inſulam quaſi in portum aliquem delati eſse viderentur; in ipſo portu naufragium cum omnium mercium iactura fecerunt.Ego verò pro ea neceſſitudine,quę mihi cum illis intercesſerit,proque meo veteri ac propenſo in Veſtrum Ordinem ſtudio, pauca hæc ad te ſcribere volui,vt ſcires te hodie vnum eſse, qui tantæ calamitati ſuccurrere, rebuſque prope collapſis ac perditis opem ferre facillimè poſſis,ſi te huc ad nos quàm citò receperis,ac afflictas illorum fortunas tua auctoritate recreandas,atque tuendas,tua prudentia ad optatum & felicem curſum dirigendas, Chriſto adiuuante ſuſceperis. Quod vt ceteris omnibus interim ſepoſitis diligenter ſtudioſèque facias,vehementer etiā rogo.Plura volentem ſcribere nuncij celeritas prohibet.Vale noſtri memor in orationibus tuis.Venetijs XXII.Octobris 1535.

XI. Gaſpari Contareno S.R.E.Cardinali Romam.ex Farr.to.1.fol.198.

Reuerendiſſime in Chriſto Pater,& Domine Obſeruandiſſime.

21 Magiſter Martinus Tauriſienſis Ordinis Minorum Conuentualium,huius Prouincię Miniſter tibi reddet has literas,quas vt in eius cōmendationem ſcriberē,illius teſtata virtus, mihi ſummis grauiſſimiſque temporibus perſpecta,me compulit.Fuimus enim vnà, pro defenſione ſacroſanctæ Fidei,ſæpiùs obiecti morſibus impiorum;cùm is haberet Inquiſitionis Officium:ego verò quorundam Hæreticorum cauſas,ex Apoſtolica delegatione,cognoſcerem. Vbi quid narrem, qua fide idem Magiſter Martinus mihi adſtiterit,qua diligentia miniſtrarit, quàm conſtās ad fauores hominum fuerit,quàm icorruptus ad præmia,inuictus ad preces,intrepidus ad minas,infatigabilis ad laborem? Verè pretioſus labor in conſpectu Domini:tametſi apud mūdi huius amatores vilis habeatur, nec tantùm vilis,ſed parricidialis odij, atque acerbiſſimæ inuidiæ adeò plenus,vt nos qui Chriſtum confeſſi ſumus,ac pro Catholica Fide ceruices noſtras obiecimus,nunc omni auxilio deſtituti venenatis canum noſtrorum dentibus diſcerpendi quotidiè relinquamur. Hoſtes verò Chriſti victores exultant,& habent fiduciam,quòd in os illud impurum etiam Iordanis influat,eò quòd viuificantur plerumque animæ,quæ non viuūt: & propter hoc laceratur lex,& non peruenit vſque ad finem iudicium; quia impius præualet aduerſus iuſtum:& conſolatur nos Dominus, qui nos omnibus hominibus odio futuros eſſe prædixit,nec tamen capillum de noſtro capite periturum. Verumtamen liceat nobis vel apud amplitudinem tuam iſta deflere,& eiuſdem Magiſtri Martini virtutem & probitatem non vulgariter commendare:quem vt ſolita comitate ſuſcipias, ac benignè meo quoque nomine audias,te etiam atque etiam rogo.Aderit & eiuſdē Ordinis Magiſter Paduanus Licienſis,huius nunc Prouincię

Inqui-

Digitized by Google

Inquiſitor: qui & aliàs ſæpiùs, & hoc præſertim anno, non minimum virtutis ſuæ ſpecimen dedit; cùm in hac Vrbe, in magna hominum frequentia Officium Prædicationis exercuit: vbi & erant docenda quæ recta ſunt, & eius Prædicatoris, qui illum immediatè prçceſſerat, erant abolenda veſtigia; quæ ille in hominum leuiſſimorum cordibus dulcium ſermonum præſtigijs demonſtrata, non leuiter impreſſa reliquerat. Et hunc igitur amplitudini tuæ ſuis meritis & meo nomine commendatum velim. Plura me dicere, ac de rebus fortaſſe non ingratis tecum familiariter colloqui, occupationum tuarum ratio ſimul, & amplitudinis tuæ reuerentia prohibent. Verumtamen, & quæ nos verecundè reticemus, & longè plura ac meliora, quàm pro noſtra tarditate non capimus, ipſe Spiritus ſanctus tibi ſuggerat: cuius Numine afflatus, cum te præſtes, quem nobis & tuum Genus & ante acta vita pollicetur. Vale memor noſtri in orationibus tuis. Venetijs 3. Iulij 1536.

XII. Sanctiſſimo Pontifici Clementi VII.

BEATISSIME PATER.

21 Optaueram diù compertæ Fdei Nuncium, qui aliqua, mea quidem ſententia ponderis non exigui Sanctitati Tuę à me referret. Exoratus nunc frater Bonauentura Ordinis Minor. de Obſeru. Miniſter, qui has literas perfert, operã ſuam annuit. Vir quidem is eſt virtutum merito cum paucis mihi carus, & qui præter Verbi Dei diſſeminandi ſtudium, expiandorum præterea animorum munus ſumma cum integritatis doctrinæque laude cùm Venetijs, tùm Neapoli, ac præcipuis pleriſque in Italiæ Vrbibus obiuit. Plura, quæ Sanctitati Tuæ ſuggerat, cum ipſo communicaui. Ob hanc rem tuis pedibus aduolutus precor, obteſtorque, vt qua me olim excipere beneuolentia ſolitus eras, illum audias faueaſque perhumaniter ijs, quę vel ſuo vel meo ipſe nomine ſignificauerit: ſciaſq; præter honorem Dei, ac Sanctitatis Tuæ decus, famamque, nihil nobis propoſitum. Demeruiſſe interim gratiam, ac benedictionem tuam ego ipſe, & fratres hi mei percupimus, rogamuſque, vt Deus Maximus diù te Eccleſiæ ſuæ ſeruet incolumem. *Quæ verò fratri Bonauenturæ rerum capita commendauit, ſcripſitque ad memoriæ ſubſidium Italicè, vt habes* in 1. to. Farrag. fol. 1. *Latinèque vertit.* par. 1. hiſt. lib. 3. pag. 99. *Ioſephus Sylos, hæc ſunt.*

22 Romã, Deo auſpice, ac Maiorum nutu concedes: vbi poſt adoratum Principis Apoſtolorum Templum, fuſaſque pro nobis preces, effectrices fidei literas Reuerendiſſimo Antiſtiti Franciſco Vannuccio, Sanctę Mariæ Tranſtyberinæ Canonico, & Inſanabilium Noſocomij Rectori dabis. Vt primùm adeundi Pontificis facultas fuerit, libatis ſanctiſſimis de more oſculis, benedictionem nobis impetrabis; habebiſque quæſitiſſimas gratias pro ſingulari, qua vſus eſt in Sororis meæ Gynæceum,

Digitized by Google

beneuolentia. Secundùm hæc, aperies, hoc te munere fungi longè anteà debuiſſe, ac pro rerum agendarum grauitate aures poſcere proniores, ac beneuolentiores, cùm rara admodùm tempeſtiua nunciorum fides, nec tutum porrò ſit literis agere. Quocirca prolixè orabis, vt cùm non exigua quidem Catholicæ rei, atq; Orbis pars hæc ſit Venetiarum Vrbs, ac Prouincia, audire in præſens quid neceſſitas, ac tempus poſtulent ad animorum emendationem, fructumque, quæ eſt Sanctitatis ſuæ benignitas, non dedignetur. Et quia, vt ait Apoſtolus, ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, à fide auſpicandum: monebiſque labefactari hìc cœptos nonnullorum mores, vitamque, contempta ſolenni quadrageſimalis ieiunij obſeruantia, atque animorum expiatione: inſperſam itidem plurimorum ingenijs, ac animis hæreſum luem, ſermoneſque paſſim ſeri acatholicos: nec non teneri multorum manibus proſcriptos hæreticorum libros. Hoc verò ſciat potiſſimùm Pontifex, hanc ſiue hæreſum, ſiue morum labem gemino ab fonte exiſtere, ac propagari: ab Apoſtatis, ſui videlicet inſtituti deſertoribus, & à Religioſis quibuſdam viris, qui à præclara, quam profitentur, diſciplina, moribus abhorrent. Neque verò puto Beatiſſimũ Patrem latere, flagitioſum illum Religioſorum hominum cœtum, inſigni nuper quorundam pietate, ſtudioque cœptum profligari, qui cùm corruptæ Religionis quendam, defunctum iam vita, ac ſuis malis artibus, præceptorem audiuerint, vt ceu boni auditores, nomen, famamque Magiſtro ſuo cõcilient, hęretici ſunt ad vnum omnes. Horũ è numero eſt Galatęus ille, cuius mihi anno præterito, quæſtio fuit delegata: cùmque reum hæreſis, ac deploratæ omninò ſpei comperiſsem, ſupremo in ipſum ſupplicio decretum fuit: & adhuc carcere detinetur, re infecta: cauſanturque Adminiſtri, Sanctiſſimum Patrem nondum arma in eiuſmodi vitiorum, atque hæreſum portenta contorſiſse; quarè neque ſibi hac de re videri quicquam ſtatuendum. Et quamuis conſtitutam de perditiſſimo homine pœnam ſumere non abnuãt, dilata nihilominùs res adhuc eſt. Huius porrò Socius ille eſt, eiuſdem farinæ, atque Ordinis Bartholomæus, quem ſuperiore item anno Epiſcopus Polenſis, Nuntius Apoſtolicus, ob peſtilentiſſimos, quos pro concione errores proſeminauerat, declamandi munere interdixit in Diui Hieremię Templo: cùmq; adflandi ea lue animos præſtructum ſibi aditum cerneret, Auguſtam diſceſſit, abiectoque turpiter habitu, in Lutheranum impius transfuga euaſit; iactatque magnificè viliſſimum caput, ſe Romano Pontifici timori eſse: præſertim, quòd fama eſt, curaſse Pontificem, vt Iacobus Saluiatus ad illum ſcriberet, ac ipſummet breues litteras, neſcio quas ad illum pariter dediſse. Quod quidem in maximi mœroris cauſa ponunt boni omnes, dolentque vehemẽter, deceptũ ab ijs Pontificem fuiſse, qui ſumma illum fide monere debuerant. Hæreticos hæreticorum more accipiendos. Certè ſupremum Eccleſiæ antiſti-

tem

Digitized by Google

tem eò aliquando deueniſſe, vt humaniter illes literis appellarit, ac beneficia interdum conceſſerit, etſi cum paucis ea quandoq; comitas proceſſerit, paſſim tamen cernimus, hanc præcipuam viam eſſe, qua eorum ſcelus, ac numerus gliſcat. Et iam ſuperbè ipſi, ac diſertiſſimè declamant, certam inijſſe rationem, qua ad honores ſibi, exiſtimationemque viam ſternant, Romanumque Pontificem demereantur. Quod enimuerò longè pernicioſiſſimum, atque indigniſſimum. Horum etiam commilito, atque hæreſum fax alia ille eſt frater Alexander, quē Antiſtes Patauinus, quòd pleraque euomuerat è ſuperiore loco impia, in carcerem compegit: vbi detinetur quidem adhuc; quæſtionem verò ferunt remiſſiùs haberi. Et quamuis è pleriſque Ordinibus ſatis multi emerſerint, ſuſpectæ libatæ Religionis homines: attamen Anteſignanus, ac ſignifer videtur hic eſſe, quem ipſe noſcis, Archihæreticus, qui longè, latèque, præclariſque in locis malum ſpargit, vt niſi Deus maturè adſit, pigere profectò Pontificem continget ſuæ in illum beneficentiæ, ac impunitatis, quam illemet ſuperbè iactat. Et quidem edoceri omninò Sanctitatem ſuam neceſſe eſt, vt ſibi tandem perſuadeat, tot argumenta beneuolentiæ in proiectæ ſpei hæreticum, id modò tantùm efficere, vt malas ille artes ſuas, doloſq; expoliat, tegatque pulchriùs, atque adeò infenſior reddatur Eccleſiæ hoſtis: & ſibi quidem obſtinationem augeat; Pontifici exiſtimationem, nomenque imminuat; piorum verò lacrymas, ſenſumque doloris cumulet, dùm Sedis Apoſtolicæ obtentu ab hiſce tenebrionibus ſub veſtimētis ouium circumuentos vident non paucos.

23 Supplicandus propterea anxiùs Pontifex eſt, ne tantam litterarum Apoſtolicarum copiam indulgeat, modumque imponat adminiſtris, ne faciles adeò, pronique ſint in ijs pro exigua quaque re expediendis. Quod ad Cancellariam ſpectat, ſæpè monitus eius præceptor fuit, nec reſipuit. De pleriſque alijs nullus inclamandi, incuſandique finis. At fruſtra omnia. Demùm, vt rem conficiam, pro Dei gloria, pro ſui muneris officio, afflictæ, diuulſæque Chriſtianæ rei opem aliquam afferat Pontifex, vt excuſatione vti quoquo pacto apud Deum poſſit. Et vt verum fatear, ea eſt hæc temporum ratio, vt aſſuetam premere, vetuſtamque viam, minùs opportunum videatur: verùm, ſicuti graui bello incubāte, nouis ſemper conſilijs, ac munimentis cauetur malum; ita neque ingenti huic animorum diſcrimini, atque exitio indormiendum. Nouit præterea Sanctitas Sua, Quæſitorum in hac Prouincia munus penes huiuſce Ordinis fratres eſse qui rarò quidem in idoneum, ac parem muneri virum offendūt; cuiuſmodi fuit frater Martinus Taruiſinus, diligentia, ac fide, ac optimæ memoriæ Epiſcopi Polenſis commendatione Sanctitati ſuæ notus, quem nunc officio defunctum, excepit neſcio quis inſigniter, vt ferunt, ineptus. Quarè conſulendum opportunè; & è re quidem eſset, tùm locorum Or-

Digitized by Google

dinarios excitare;nàm conſopita vbique virtus:tùm gnauos, prudẽteſq; viros hìc deſignare,aut Legatum aliquem,non auri,honorumque, ſi fieri poteſt,cupidum,mittere,qui labefactatum Apoſtolicæ Sedis decus, nomenque reſtituat:mulctetque,aut in fugam ſaltem agat perditos hoſce Nouatores,qui quò ſe cumque recipient, ſuummet ſcelus importabunt, ac luculentum Chriſtianæ pietatis teſtimonium,quæ improbos nunquã, nuſquam admittit. At quia concipi ſolitam impietatis luem nouimus, aut publicis concionibus,aut librorum illecebra,ac ſcelerum,vitæque laxioris vſu à qua facillimè in hæreſim gradus,videtur honeſtè quidem,ac ſanctè,ſummoque cum animarum compendio cauere his omnibus Pontifex poſse,ea certè ratione,quam memini quatuor abhinc annis eidem me innuiſse: vt ſcilicet,cùm huic præcipiat Patriarchæ,tùm aliis alibi locorum Ordinarijs,adſcitis præterea quibuſdam è Religioſis viris, perſpectæ virtutis,doctrinæque laude conſpicuis, vt qui ſacris concionibus, & confeſſionibus admoueri debent,vnà ſimul examinent perquàm diligenter:nec de eruditione tantùm,dicendique gratia,verùm de vitæ etiam ratione, famaque nominis inquirant:quique eo periculo admiſſi fuerint, ij nullo examinis,acceptæque facultatis pretio,obire id muneris dũtaxat poſſint. Quòd ſi qui res haud æqua æſtimatione metiuntur,obniti præclaro operi tentauerint,arguere profectò illos Pontificem par eſt;vt qui conſilij præſtantiam minimè intelligunt. Nec Religioſorum Ordinum priuilegijs quicquam imminuitur,quando id à Pontifice ſtatuitur, quod temporum neceſſitas,& pietas poſcunt. Quod ſi dicunt, ſupremos Ordinum Moderatores curare hoc ipſum poſse: ò præclaram opem,ac ſtudium, fortunatoſque,qui hæc ſibi adiumenta pollicentur! Quid hac ipſe de re noueris, Sanctitatem ſuam edocebis. At,timidiores fortaſse alij,vbi non eſt timor, dicent,illiteratos,improboſque eos fratres, vbi ſe à concionandi, excipiendique fidelium confeſſiones munere decidiſse,ac proinde præciſam lucri corrogandi ſpem omnem viderint,fore vt animum deſpondentes, ab Ordine,ac fide deſciſcant. Nauſeam profectò mouent indigna prorſus hæc,ne dicam ſtultiſſima: eadem quippè ratione, ſiue irrationabili ignauia plura oporteret,quæ Pontificiam curam decẽt,prætermitti. Sed nec illud magni momenti eſt; Concionatorum nempè, & Confeſsariorũ numerum ad paucos redactum iri. Nàm vtinam non tot eſsent,modò boni. Quamuis non hæc ſummo iure agenda;nec ſeueriùs,quàm par eſt,reſecanda perindè ad viuum res, quin pro loci, ac temporis conditione aliquos admittant Cenſores, Catholicos quidem, litteris licet non inſigniter imbutos. Hinc nimirum bonorum animi, quòd cernerent, Pontifici curæ eſse animorum commoda,mirificè erigerentur:hæreticis obtrectãdi materia,atque argumenta præciderentur: Religioſi cuiuſque Ordinis viri repulſæ metu,litterarum ſtudijs incumbentes,mores etiam ſuos compone-

poſſerent. Et verò non exiguum conſequetur eam curam fructus: nàm vt Verbi Dei præcones, ceu rem ſatis compertam prætercam; Confeſſariorum quidem munus, non modò non minoris, ſed eò pluris faciendum eſt, quò res communior, & in qua, ceu clandeſtina, nõniſi poſt factum erumpere interdum, ac lucere malum contingit: & ignauus inſuper quiſq; è vulgo id ſibi arrogat, vt planè fabellæ locum non occupet, quod mihi ſæpiùs narratum; nempè in pleriſque Religioſorum Cœnobijs quoſdam, nondum Sacerdotio initiatos, per ſummam ſeſe confidentiam, vt aliquid pecuniarũ exculperent, audiendis confeſſionibus inſinuaſſe. Mitto euulgata Sacramenti contemptu crimina: factamq; grauiſſimis ſceleribus, ac Pontificis ipſis excõmunicationibus indormiendi facultatẽ: quæ quidẽ Pontificum arma Confeſſariorũ præſertim opera iam penè contemptui ac deridiculo ſunt. At ſciat velim Pontifex, pleroſque hìc melioris notæ viros ſemel in anno noxas ſuas confiteri; ac ſacram Synaxim adire ſolitos: monitique ab amicis bonæ mentis, excuſant facilitatem, facultatẽque ſibi ipſis à Confeſſarijs factam, ea agendi, quæ probi quique, frugiq; homines horrerent. Neq; verò commaculatam eorum Confeſſariorum, propter quos blaſphematur Verbum Dei, pudicitiam cõmemorem. Sat fuerit meminiſſe, prauos Vrbis mores illorum maximè exemplo conualeſcere: ac perſuaſerit ſemel ſibi Sanctitas ſua, hæc Confeſſariorum momenta maiora quidem eſſe, quàm vt hæ literę explicent. Ac proindè curet ſedulò diuinam gloriam, ac ſuam, harumque ſalutem animarum: maturetque hoc rebus remedium, quod certè facillimum, ac obuium, certæque, nec exiguæ vtilitatis.

24 Iam verò, quod Apoſtatas meminimus, qui tandem exacto æuo fuerint, qui certè ſemper peſſimi, vt affirmet iureiurando Auguſtinus, ſceleſtius his genus hominum offendiſſe numquam; hac quidem tempeſtate hoc paſſim cernitur, vt nullus Religioſum habitum exuat, quin fidem etiam eieret: nullique hæreſim aut ingenioſiùs commentantur, aut propugnant acriùs, aut amplificant ſtudioſiùs; domos quaſque ineuntes, adflantes Monialium Cœnobijs impietatem. Ad hæc, cùm nimia Eccleſiæ liberalitate puerorum plerique, ac militum, tres interdum, ac quatuor Parœcias curent, vt quàm ampliſſimos ab ijs fructus decerpant; toti in eo ſunt, vt quàm nimium in earum cultu, atque adminiſtrorum penſione inſumant: cùmque qui minore, quàm Apoſtatæ, pretio procurationem licitentur, nullus reperiatur, ea illis nullo delectu Sacerdotia commendant. Qui in eam Eccleſiarum, animorumque adminiſtrationem ingreſſi, nimiùm quantùm diſcerpunt omnia, diuexantque: vt planè Chriſti ſanguinis contemptũ, cladẽ fidei, ſacrorumq; nundinationẽ nullus exęquet ſermo. Et quia, etſi pietatem omnem, fidemque abdicauerint; longo tamen Religionis vſu, quædam improbis modeſtiæ imago, & color, leuiſq;

rituum,

rituum,ac literarum vmbra adhæſerit, cùm horum oſtentatione, ac ſpecie,tùm illicio hæreſum, quæ nouitate ſua, licentiaq; perquàm placent, fauorem vulgi,gratiamque demerentur Apoſtatæ. Vulgi verò nomine plauſores,fautoreſque eorum omnes appellauerim,quos enimuerò peccatorum noſtrorum merito è vulgo eximunt mortales.

25 At enim, cùm execrandorum Apoſtatarum numerus adeò excreuerit, vt penè remedium ſit deſperatum, nulla ſaltem à Pontifice videtur obtendi poſſe, quo minùs ingenti huic malo poſthac manum admoueat,ac proindè vt Chriſtianæ rei bono,Deique gloriæ, ac ſuæmet in primis ſaluti conſulat,oratum illum peruelis, vt cupidiſſimis illis Pœnitentiariæ Adminiſtris modum ſtatuat;caueatque, ne eorum compendia Catholicæ rei,animæque Sanctitatis ſuæ, tanto conſtent. Profectò indicenda,ſi fas eſſet, fidelibus capitatio, quam puto, omnes vltrò exlututuros,modò ablegentur, eliminenturq; tot peſtes. Obtulit ille ſeſe probatæ olim Religionis profeſſus, grandæuus,Sacerdos, qui publica etiam munia in Cœnobio decennium obiuerat; & ſunt qui ad vicenos etiã annos alijs prçfuere: deindè mali dæmonis inſtinctu è complexu Religionis diuulſus, in conſpectum ſe fori ſeculari habitu dedit: interrogatuſq; quæ iſthæc monſtra;reſpondet,Pœnitentiariam adnuiſſe;obſignata mox diplomata oſtendit, quæ narrent, vi truſum in Monaſterium fuiſſe, nec conſtante ætate,nec vnquam perſiſtendi propoſitum adfuiſſe: tùm inſanabili morbo correptum,& id genus nugas: re tamen propiùs,ac ſtudioſiùs explorata,ſingillatim reſpondet,inijſſe Ordinem maturum quidem æuo,ſponte ſua vouiſſe,libenterque in Cœnobio commoratum. Cur igitur deſciuerit interrogatus? hic quidem,quòd altercatus cum ſocio eſt; alter vt Maiorum inuidiam, hoc eſt, correctionem tempeſtiuè declinaret:ille confidentiùs,ac impudentiùs reſpondet, ea votorum Sacramenta, ac Monachatum mortalium inuentum eſſe, ac nullo quidem iure ijs adſtringi:munitum ſe porrò ijs literis, vt fori quæſtionẽ luderet. Pleriq; autem ſunt,ac fortaſsè innumeri,qui Commiſſoriales,vt aiunt,ac ſubreptitias emunt ad habitum eiurandum literas, nec continuò vt executioni mandentur,curant;Deumque interea,ac Sedem Apoſtolicam rident. Atque hi quidem in Sacrorum,animorumque procuratione vbique dominantur;Monialium conſcientijs plerìſque in locis admouentur;aperiunt nonnulli ad puerorum rudimenta ludos litterarios; quidam in Magnatũ domo ſacrificant:atque ita modis, vijſque omnibus effundere venena ſua ſtudent, quæ porrò dilui vi numinis ac Sedis Apoſtolicæ manu, curaque dumtaxat poſſunt. Et tu ipſe,Pater,domeſtica addes ſatis multa: monebiſque Sanctitatem ſuam, vt executionum huiuſmodi nullam probet. Miſerrimi namque hi Apoſtatæ vera iam narrant,fueruntque à Pœnitentiariæ Adminiſtris, adulterinis, ſpurijſque ijs narrationibus luſi;

ſed

ſed placent modò doli, quòd ijs curta omninò fides,& conſcientia.

26 Sperandum porrò, Pontifici potiùs, quàm alijs, fore à diuina Numinis bonitate accommodatam, vtilemque huic rerum neceſſitati mentem inijciendam; atque adeò ipſe in eam curam incumbat neceſſe eſt, ac meminerit de ſeipſo hìc agi ante alios; nec de rerum ſolummodò æternarum, momentiſque animę, verùm exiſtimationis etiam, ac fortunarum. Videtur namque hoc in primis cum Lutheriana hæreſi conuenire, quæ inter alia quidem monſtra adſtruit, Religioſorum votorum fidem nullam eſſe. Et verò ſi nulla quidem cauſa, delectuque paſſim hæc Religioſi Inſtituti, habituſque abdicandi facultas detur, quid eſt quod hæreſi, ac Luthero faueat magis? Præcludatur igitur facilis hic ſe ſe excucullandi aditus, ſitq; hæc penes Sanctitatem ſuam dumtaxat auctoritas, vt ea è Theologorum ſententia, conſultoque Canonum vtatur: cum illis nempè, quorum vel ætatis defectu, vel iure aliquo vota ſunt abroganda; caueatque vt diligenti cauſæ examine, ac maiori quidem fide, quàm ſit ea adminiſtrorum cupiditas, res peragatur. Quod verò ad eos attinet, qui iam deſciuere, ſtatuat ſaltem Sanctitas ſua, vt ab omni prorsùs animorum procuratione ablegentur; nulla Monialium ſiue in ſpiritualibus, ſiue in temporalibus adminiſtratio commendetur; nec ſacras earum confeſſiones excipiant, nec ſermones habeant. Quo ſanè eorum ſaluti non minimùm conſultum erit. Præciſa ſiquidem lucri, honorumque ſpe omni, ſaltem vexatio intellectum dabit auditui. Nec illis modò, verùm alijs etiam, qui veluti arundo ventis agitata in Cœnobijs commorantur, ea legum ratio prodeſſet; qui quòd facili id negotio, paruoque cenſu obtineri, ac beneficijs inſuper à Sede Apoſtolica, ac proinde à ſecularibus cumulari id genus hominum vident, vehementer ad eorum imitationem, abdicandamq; diſciplinam incitantur. Quando autem ſummũ Pœnitentiarium ſecundùm cor ſuũ nacta modò eſt Sanctitas ſua, certè cur tot illius Officij ſanandis malis non ſedulò incumbat, nullus eſt excuſationi locus. Planè, bonus ille ſenex, cui parcat Deus, ſenectuti plus nimiò indulſit; de qua liceat dicere: Nemo immittit vinum nouum in vtres veteres, ſed purgemus vetus fermentum, & exuamus veterem hominem. At quia rebus maximis impar eſt mens mortalium, ac ſermo; illudque tantummodò nobis licet, vt opem à Deo, qui curare magna hæc poteſt, imploremus, hoc ſaltem Summo Antiſtiti nõ tacendum. Eccleſijs nempè omnibus malè eſſe: idque partim nonnullorum Epiſcoporum indole, haud planè bona, nimiaque eorum cupiditate; partim quòd earum pleræque Paſtoribus ſuis ſunt deſtitutæ; vel quia alijs commendatæ, vel quia Antiſtites ipſi honorum, quàm par eſt, appetentiores, ijs vale dicto, ad Principum Aulas peregrinantur. Et ſunt nonnulli, qui Eccleſiæ procurationẽ inepto credunt fraterculo, Epiſcopi titularis prætextu, quem

nouo

Digitized by Google

nouo quidem, inuſitatoque omnibus retro ſeculis in ea ſignificatione vocabulo, ſuffraganeum nominant; cùm ſuffraganei comprouinciales Epiſcopi ſint, qui à ſuffragijs in ſui Archiepiſcopi electione olim ferendis, ſuffraganei dicebantur. Huiuſmodi verò Antiſtites, ſacra quadam fame extimulati è Cœnobijs exilientes, videntur, haud tantùm poſſe è Sacrorum licitatione auri eradere, quantum pectora, animoſque longè cupidiſſimos expleat: eaque propter vendēdis Ordinibus, quippe qui merces ſunt venaliores, impenſiùs ſtudent, & cùm legitimis temporibus, tùm extra tempora non tantùm admittuntur, ſed compelluntur etiam, vrgenturque omnes, animis quidem, quandoque & corpore cæci, ſurdi, muti, claudi; boni minimè, ſed mali omnes, & malis artibus; ideſt, per ſimoniacam hæreſim, vt impleatur Domus Domini fœce, ac ſordibus: ita vt ſecularium, ac iam ferè cuiuſcumque Ordinis Regularium Sacerdotum conditio in cauſa ſit, vt Miſſas, ſacrorumque officiorum cultum, atque Eccleſiaſticam omnem dignitatem homines auerſentur, de quibus dici ſanè poteſt, Omnem eſcam abominata eſt anima eorum. Atque hinc quidem Nouatores noſtra traducendi, irridendique finem nullum faciunt. Nec ſuperbis oblocutionibus reſpondere, aut reponere quicquam poſsumus. Eò namque res euaſit, vt latere turpitudo, ac lues minùs poſſit. Et meminiſse quidem Sanctitas ſua debet, cùm primo ſui Pontificatus anno ſeruũ planè fidelem * Ordinibus ritè conferendis impoſuiſset, cauiſsetque, ne quis hac ſe in re immiſceret, repertos nihilominùs fuiſse iſtiuſmodi Epiſcopos, qui nulla Pontificis reuerentia, metuq; obuios quoſque, ineptoſq; Romæ impudentiſſimè initiarent. Cõiectare hinc facilè ipſe poteſt, quid longinquis in locis accidat, quando media in Vrbe coram Sanctitatis ſuę maieſtate id audeant improbi. Et hìc quidem ingenti cum populorum ſcandalo de eiuſmodi perſæpè rebus aliquid noui fert rumor. Notaturq; ante alios Epiſcopus Velienſis, quem aiunt, venditare ſe magnificè, factamque ſibi à Sancta Sede facultatem præferre, initiandi vbique locorum extra tempora, quod & magno cum lęſi Numinis, violatæque Eccleſiæ crimine impunè facit. Atque adeò iſtius, aliorumque ſcelere luxuriare eiuſmodi Sacerdotum ſegetem vbiq; cernimus, quorum ſanè ineptiã, inſcitiam, ſtuporemque nec ferre animus, nec ſcribere calamus valet. Prætерquàmquod, vt lucrum feſtinent ſuum, ætatem vſque adeò acerbã Ordinibus conſecrant, vt Sacerdotum aliquot vix ſextum, & decimum annum diceres exceſſiſse; vt videatur planè communis hoſtis cùm alijs artibus, tùm hac præcipuè catholici nominis cladem, atque exitium molitus. De habitu verò, ac tonſura Clericorum nihil dicendum, cum nullus iam aut leno, aut miles fronte ſit adeò perfrictus, ac impudens. Et verò, cùm magna ſit Dei longanimitas, non exigua profectò eſt mortalium patiẽtia, qui æquo hęc animo ferunt. Nec ſanè ſcio, vt creſcentia hæc ſeculi vi-

* Hic de ſe loquitur.

li vitia tolerare potiſſimùm Pontifex poſſit,quin vt ſuæ ſaltem conſcientiæ conſulat,in illa quoquo pacto animaduertat, quamuis nullum ſperet fructum conſecuturum; at conſequetur profectò magnus. Quarè ſumat vires,animoſque,ac Deo duce rationem ineat aliquam,qua malis hiſce conſultum eat. Et quamquam publica, ac innumera penè alia Eccleſiæ commoda mentem aliò diſtrahant,intelligat nihilominùs neceſſe eſt, vt non minima ea eſt Pontificium curarum, ita neque poſtrema manu tractanda. Abroget Sanctitas ſua facultates omnes,vel à ſe datas,vel ab Anteceſſoribus ad ſacros Ordines promouendi,ac de ijs,qui deinceps contulerint,ſeuerè ſtatuat.Ob innumerabiles verò, qui initiati ea facilitate, delectuque reperiuntur,committat locorum Ordinarijs, vt Sacerdotes omnes ad examen cogant,ſuſpenſiſque ineptis, idoneos admittant. De peregrinis inſuper inquirant:non deſunt quippè,qui Sacerdotium mentiuntur.Quod ſanè quàm maximo,præcipuè huiuſce Ciuitatis emolumēto cedet.Hac ſiquidem de cauſa reſtituet ſe ſe huic Eccleſiæ Patriarcha, à qua tamdiù cum ſui,ſuique gregis detrimento, omniumque Ordinum oblocutionibus abeſt. Iam quòd hæreticorum libros ſupra memorauimus,Sanctitatem ſuam admonebis,pleriſque hìc in locis venales proſtare;& à multis quidem tàm Religioſis Viris, quàm ſecularibus legi, partim contemptu legum,pœnarumque,partim licentiæ prætextu,quæ ſi vera eſſet,limitanda ſine dubio,aut omninò foret reuocanda.Enimuerò huiuſmodi penes ſe libros habere,aut legere,ſupremum plerumque exitiū creauiſſe,exploratum ſatis ſuperque eſt. Non quòd inſignis eorum eruditio,aut argumentorum robur id reuerà poſſit; ſed quòd in debiliores, ac proniores eorum animos facilis ea doctrinæ lues illabitur: quippè & moribus etiam,vitæq; conformis,& concolor.Neq; verò ab ea iſtiuſmodi facultates concedendi facilitate fructus promanare aliquis cernitur; niſi cùm ſpectatiſſimis fortaſſe viris,Eccleſiaſticis tantummodò,qui fidē, pietatem,doctrinamque ſingularem Sanctitati ſuæ probauerint, conceduntur.Cæterùm,cuiuis fraterculo,ac temeritati in primis, damnabiliq; ſecularium curioſitati, qui humanis litteris intumeſcunt, legendos eos paſſim libros permittere,nulla prorſus animorum fruges indè exiſtit. Ac eorum quidem pars magna, quæ peſtilentiſſima iſthæc incitamenta manibus terunt,in apoſtaſiam denique labuntur:multoque ſatius eſſet Sanctorum Patrum monumenta euoluere, quæ & fidem, & mores docent. Porrò ex ſecularibus ſignificarunt plerique mihi ea ſe legendi facultate fuiſſe donatos:at ipſe,qui gentium indolem apprimè noueram, precatus enixè ſum,ne vterentur.Sed fruſtra omnia:didicique experientia, melìùs illorum ſaluti conſultum fuiſſe, ſi monitis paruiſſent. Quapropter ſcio ego,poſſe me iure omni Pontificem obſecrare,ne facultates haſce indulgeat,conceſſaſque ante hac abroget;nàm reuerà nullum inde, vt ſignificatum

Digitized by Google

catum eſt,compendium:cùm horum temporum, ac Nouatorum hæreſes peruetuſtæ omnes ſint,ac diù ante ab Eccleſia egregiè profligatę, fuſęq; ac ſi quid porrò eſſet excutiendum,non eſt planè omnium. At relinquantur Pontifici, quod ad ipſum, ſacrumque Senatum pertinet, vt maiori celebritate pro ſingulari ſua prudentia,rerumque opportunitate,negotium curent:nec periclitetur paſſim catholicum nomen,ac fides,imperitiſſimorum tabularum patrocinio; qui quaſi tutores Eccleſiæ, ingerunt ſe ſe,cùm ipſi curatore indigeant.

27 Dicenda modò res eſt magni ponderis,in qua videntur quidem omnia,quæ ſuperiùs diximus,comprehendi, cuius gratia,Epiſcopus Veronẽſis,& ego,vel ab anno præterito optabamus huiuſmodi Nũcium Sãctitati ſuæ allegare. De ſtatu ſcilicet Religionum agendum,à quibus ſiue ſalus,ſiue exitium Orbis pendet:ſalus quidem,ſi vetus illud primæuę diſciplinæ inſtitutum floreat:exitium,quòd iam lapſum, deformatumq;ſit. Et quamuis proſtrati, acciſique Ordines propemodùm omnes ſint, de tua nihilominùs familia ſermonem inſtitues:tùm quia tua, quàm extera tibi exploratiora:tùm vt Sanctitas ſua ab vna diſcat omnes;tùm denique quòd è re Pontificis,Chriſtianæq; Reipublicæ tua magis Religio,quàm quęuis alia,& ob ingentem Religioſorum hominum numerum,& ob pręclarum Paupertatis Euãgelicæ inſtitutum. Sed heu,heu,quis dabit capiti meo aquam,& oculis meis fontem lacrymarum:infirmata eſt manus, & clauſi quoque defecerunt,reſiduique conſumpti ſunt. Vaſtata eſt illa vinea Domini quondam electa,deſtructa eſt maceria eius, & vindemiãt eam omnes,qui prætergrediuntur viam,non eſt botrus ad comedendum. At enim,etſi vulnus luculentum,præſentiſſimum tamen remedium eſt,& modò Sanctitas ſua velit,facillimũ. Proindè ſuggeras illi velim perquàm potes fideliter,me & fidem pro re hac,& caput oppignorare. Deligat nẽpè bonos,prudenteſque tuæ Religionis viros:bonos,inquam,non ſpecie tenus,& nomine,ſed qui ad malorum tùm Religioſorum,tùm ſecularium inuidiam,& ſunt reipſa, & habẽtur boni. Viris hiſce egregijs remedium, quod à me audiet,proponat:& mendax ſim ego,niſi velut optimum, ac paratiſſimum ad probauerint. Quæ cùm ita ſint,intelligat Pontifex,quo ſe nexu,noxaque implicet, niſi maturè proſpiciat:ſciatque, rem eò proceſſiſſe, vt ni prudẽter caueatur,truculentiora ſint ſubindè monſtra pertimeſcenda. Sed vt pauca nunc attingamus, cæteris cùm Pontifici vacauerit,aut adlibuerit,enarrandis,duo pręcipuè cauenda. Alterum ad tuẽdũ totius Congregationis corpus, ne maiore ſui damno peſſum eat,cùmque ad eam,quæ deceret,priſtinam diſciplinam eniti minùs poſſit,ſaltem ne turpiùs peccet. Alterum, vt ijs conſulatur, quibus & genius,& votum eſt,mores bonos excolere,qui pauciores omninò ſunt. Primum quàm potero breuiter,exequar. Adminiſtret Sanctitas ſua Cõgregationem,ſalua, ac in-

ac integra eius libertate;illibatis nempè legibus,immutatoque comitiorum,ac cuiuſcumque rei ordine; nec facilè exarentur literæ Apoſtolicæ, quæ comitiorum maximè locum,ac tempus mutent. Sunt namque plerique ambitioſiores, qui quòd videant Prouinciale Capitulum intempeſtiuè cogi,nec fauere ſuis votis,ac ſtudijs tempus,dant operam,vt ementitis cauſis breues literas extorqueant, quibus aut feſtinēt,aut differant, aut ad ſui commodum Comitia aliquo pacto interuertant. Quæ verò antea per Prouinciam agitentur: vt diſcreti deligantur;vt diuexentur probi homines, mutenturque locorum præfecti, ac concionum, ſiue prælectionum prætextu,extra Prouinciam amandentur, ſi Sanctitas ſua ſcire aueat,ipſe narres. Quo loco,quæ partes tuæ ſunt, de his, quæ ad Prouinciale Capitulum ſpectant, Pontificem rogatum velis. Quod verò ad eos attinet,paucos quidem,ac probos viros, qui quod Deo vouerunt,laudabile inſtitutum ſartum,tectum,ſeorſim viuentes,volunt; planè id Pontifex nunquam negauerit.Quinimò etiamſi id ipſi non efflagitauerint,poſſet,& deberet fortaſſe eos cogere.At quia ignarum vulgus dicet,poſse quidem inter ipſos vitam quemque in omni virtutum laude ducere,ipſe collato propiùs pede cum omnibus, tam bonis, quàm improbis contendam,huiuſmodi eſse nunc eius Congregationis ſtatum,vt abſque inſigni quadam reformatione non modò Diui Franciſci Regulam obſeruare, ſed neque de ea loqui quis poſſit: quod gentium omnium teſtimonio, ſenſuque manifeſtiùs longè eſt,quàm vt probari argumentis petat. At, ruet prorſus Ordo,ſi boni ab Sodalitate diuellantur. Certè,qui hæc ſibi perſuaſerit,ſciuerit ille alia quidem multa, huiuſce tamen rei pondus videtur prorsùs ignorare.Etenim poſcit Religionis ratio,vt ſint omnes vnanimes in domo,vt de primæua illa, feliciſque Religioſorum Sobole dicitur:Erat cor vnum, & anima vna:atque à diſſimili hac mixtura morum ita nihil boni,ſanctique expectandum,vt mali quidem non modò in bonam frugē non euadant,verùm deteriores in dies fiāt. Itaq;ad Orbis bonum,ad eorum,quæ memorauimus emēdationem,ad vberiorem,felicioremq;optimorum Concionatorum, ac Confeſsariorum numerum, ſimul & hunc aditum,& miſericordiæ viſcera aperiat neceſse eſt, Sanctitas ſua egregijs,pijſque viris,qui ſinceriorem diſciplinam, cultumque complecti cupiunt:quorum ſanè voces ad aures Numinis pro Sanctitatis ſuæ incolumitate,ac Sedis Apoſtolicæ dignitate perorabunt. Nec illorum dolos,ac deceptiones audiat,qui non quidem meliora afferūt, ſuadentque; ſed Prædeceſsorum exempla premat,qui cùm corruptam Religioſorum hominum communem rem diuino quodam lumine cernerent, nil priùs habuerunt,quàm vt in illa redintegranda operam ponerent:hoc eſt,paucos illos viros vnà cogerent, qui abſolutam Ordinis diſciplinam, & poſſent,& percuperent obſeruare:quorum poſtea exemplorum luce ad eandem

demlaudẽ reliquos inflammabant,vrgebantque.Vtque alios prętercam, recolat Sanctitas ſua,quid in veſtro Ordine optimæ memoriæ Eugenius Pontifex confecit;quid nuper in Hiſpania in Prouincia Angelorum,quid in Luſitania,atque alibi factum.Poſtremò,quod rerum neceſſitate ductũ Capitulum generale efflagitauerit duobus abhinc annis, vt loca quędam in ſingulis Prouincijs deſignentur,vbi veluti in Ciuitates refugij probæ mentis fratres ſeſe reciperent,apertè declarat,in ea hominum multitudine,ac licentia,ſeruari inſtituta,moreſque Patrum non poſse.Et verò qua morum ſimplicitate,diuinæque gloriæ incremento, ac proximorum fructu in paucis, atque exiguis huiuſce Prouinciæ Aſceterijs Religioſorum vita niteat,haud pigeat Sanctitatem ſuam audire, ineatque rationem, qua illi caueat diſciplinę,ne lædatur,exſcindaturque.Et quamuis Eccleſiæ,atque Orbis commodum poſcat, vt non tuæ ſolummodò Congregationi,ſed alijs perindè omnibus optatiſſimum hoc Reformationis beneficium concedatur: vrgebis nihilominùs tua, vtpotè quæ ſtrictiore indigent diſciplina,ob ingentem,vt diximus,numerum.Vtque faciliùs impetres,ſiſtes in tua Prouincia,ac in tua ſaltem hac Vrbe;ac dummodò affulgere aliqua præclari operis ſpes cœperit,libeat ab hac Ciuitate,quę rem optat ardentiùs,auſpicari. Illorum præſertim procerum preces Sanctitati ſuæ denarres,tùm Patris Generalis hac ſuper re conſilia,ac remedia; vt intelligat parua peti, & non niſi matura, ac confecta afferri negotia. Quo quidem in hac tantæ exiſtimationis Prouincia initio,erit deindè Pontifici perfacile ad alios non adeò magni nominis fructum vberrimũ deriuare:nec par eſt,vt egregiam hanc laudem ſinat ſibi ab aliis præripi; ſicuti neque præclara hæc in Deum merita contemnere. Enimuerò perfici iſta omninò oportet: & iam Sanctitas ſua eiuſdem Congregationis, ac Patrum Capucinorum,tùm aliorum in alijs terrarum locis impetus videt,qui vociferantur omnes, tumultuanturq; vna hac ſpe reformationis erecti;qui ſi ſemel votis ſuis ſenſerint excidiſse,nihil propiùs erit, quàm vt deſperationi permittant ſeſe,quod auertat Deus: ſatis quippè,ſuperque malorũ eſt.Igitur opus Catholicę Religioni perneceſsarium,perquã vtile Clero, populis fructuoſum, Eccleſiæ non inſuetum,quà præſentibus,quà impendentibus propulſandis,arcendiſque calamitatibus opportunum,capeſsere Sanctitas ſua non pertimeſcat. Voluntatem enim timẽtium ſe faciet Dominus,& violenti Regnum Cælorum rapiunt. Deum Maximum precor, mi Pater, vt eam ipſe à Pontifice, à Reuerendiſſimo Protectore,alijſque Patribus gratiam ineas,vt quæ rationum pondere, ac precibus,quæue tuis,aliorumque bonorum lacrymis petes,obtineas.

28 Cęterùm,qui moleſtiora vſque dum proſecutus ſum,gratioribus finiam. Occurrit mihi, difficillimis quidem temporibus conſueuiſse Eccleſiam militarem aliquem Ordinem ſcribere,cuius profeſsores pro Catho-

tholici nominis,Eccleſięque dignitate,aliorumque piorum operum propugnatione,ſtrenuè militarent. Cuiuſmodi duo illi Hieroſolymitani Ordines fuere: ſcilicet Sancti Ioannis,& Sanctæ Mariæ Hieroſolymitanæ,ad ſanctiſſimorum Locorum munimentum,tutelamq; peregrinorum, qui ea ſalutatum aduentabant. Tales etiam pleriſque in Hiſpania locis ſacræ ad Maurorum frænum phalanges. Fuere & D. Dominici auſpicijs inſtitutæ, ſcriptæque copiæ,à Chriſto nuncupatæ,in illos præſertim hæreticos,qui ea tempeſtate Eccleſiam diuexabant. Qui quidem militares hominum Cœtus,quamuis diuerſi inter ſeſe moribus,in inſtituti ſui cultum animati omnes,Deo,Sanctæq; Eccleſiæ operam ſuam probauerunt. Et quouſq; ſtetit vitæ inter ipſos innocentia,aderat eorum auſibus Deus; vnus perſequebatur mille,& duo fugabant decem millia;creſcebat bellicæ laudis in dies fama,prælia ſumma felicitate adminiſtrabant,victorijs,ſpolijſque hoſtium aucti,quibus maximo terrori erant. At verò poſteà quàm amplitudo,& opes in luxum,pompamque, ac libidines degenerarunt,dilapſa legum obſeruantia,ac virtus illa militaris; videturque læſi Numinis patientia illos deſeruiſſe,ac permiſiſſe trophæa hoſtium; ſicque extra Rhodum ſumus: cùm alia ex parte præfati Ordinis Sanctæ Mariæ Generalis Magiſter Lutherianis adhæſerit. Porrò noſtrorum temporum ratio,haud quidem ſuperiori æuo eſt diſpar: eædemque fermè nobis calamitates, & clades. Eapropter,ſi Deus bonus eiuſmodi ſubſidia admoueret, non mediocre profectò emolumentum res Chriſtiana demeteret. Cùmq;omnia intuentis Dei prouidentia conclamatis maximè rebus maturè adſit, certiorem Sanctitatem ſuam facimus, adflaſſe iam Cæli Numen generoſo cuidam Viro pręclaram mentem in Vrbe N. qui cum memorato illi Sanctæ Mariæ Ordini nomen dederit, habitumq; ad viginti annos geſtauerit, Antiſtes inſuper eiuſdem Ordinis à Sede Apoſtolica renunciatus, geminæ præſit Eccleſiæ,quarum altera in ea eſt,quam diximus,Vrbe,altera in Ciuitate N. obſtrictum ſe votorum religione videt, nec obſeruare ea poſſe in illo rerum ſtatu;quando corrupta iam Reſpublica præter externam habitus ſpeciem priſcæ obſeruantiæ retinet nihil. Quarè cùm optet impenſiùs quod ſemel vouit inſtitutum,vehementer vrgere,fortunaſque ſuas omnes,ac caput ipſum laborantis Eccleſiæ ſoſpitati offerre; ad hæc, cùm in partem magni operis aggregare & alios optimæ indolis,excellentiſque ſpiritus viros ſibi perſuaſerit, qui hanc potiùs, quàm aliam vitæ rationem malunt,Sanctitatem ſuam obſecrat, vt quæ eius eſt, ſanctæque Sedis prouidentia, ac benignitas, huic deſiderio ad priſtinum ſeſe votorum, ac diſciplinæ cultum reformandi ſuffragetur. Ad quam etiam priſci moris inſtaurationem adoptare eos poſſit, quos Deus excitauerit, Religioſæque militiæ, ac propulſandis Catholicæ fidei aduerſarijs apti fuerint: qui hoſpitalitati inſuper, alijſque Chriſtianis operibus vacent, ſint-

que

que Sedi Apoſtolicę ſuis cum Eccleſijs,fortuniſque immediatè obnoxij, eaſque omninò viuendi leges accipiant, quas Pontifex ipſe imperauerit.Cõmuni interim victu cùm è dictarum Eccleſiarum cenſu, tùm à quouis ſtipendio, oblataque fidelium pietate victitantes. Præfatæ verò Eccleſiæ ſint Sodalitati perpetuò adnexæ.Porrò,quod ad primam hanc votorum nuncupatiónem ſpectat, Antiſtes aliquis, aut quiuis dignitate aliqua præſignis admittere ſupplicantis profeſſionem queat.Habitum, & quæ pectore Crux pendet,hoc eſt, qua eſſe forma,ac colore debeant; tùm precum numerum,ieiunia,moreſq; alios ille idem Antiſtes,nutu eodem Apoſtolico,ſtatuat,temperetque. Poſtmodùm verò hic ipſe,qui rogat,alios ad ſolemnia vota,expleto nimirum probationis anno,admittat, ac deinceps Succeſſores alij poſt ipſum. At ne præfecturarum perpetuitas, ac mora interturbare rem communẽ poſsit, cogi liceat Capitulum generale,quod Oratoris primùm abdicationem excipiat, mox per loca ſingula Priores ſingulos deſignet,ac præcipuè è Prioribus Magiſtrũ,qui Sodalitium in Principe Vrbe moderetur; durentque per annum omnes, vel triennium, vel ſi Sanctitati ſuæ videbitur,eò ampliùs.Hiſce verò Comitijs eligi ante alios poſſit Orator ipſe, ceu temperando,formandoque pulcherrimo operi oppidò opportunus, ac gnauus. Tu verò,mi Pater,da operã, vt intelligat Pontifex, ſperare me, fore vt res quàm maximo Dei honori,ſuoque cedat,ſitque fortiſſimum fidei,huiuſque Prouinciæ munimentum:præſertim quòd Orator,ac Gens eius omnis,ſuæ Sanctitatis,ipſiuſque Domus longè eſt ſtudioſiſſimus: ac plerique Viri nobiles pręclara hac virtute excitati, erectique ad opus, diem hunc præſtolantur, futurum enimuerò omnibus quàm lætiſſimum. Quare libellum ipſe ſuplicem afferes,curabiſque,vt obſignetur;tùm qui rem ſubinde expediat,maturè aderit. Vt autem fidem mihi Sanctitas ſua habeat, roges etiam atque etiam.Res quidem magna, ac ponderis non exigui eſt, & niſi faſtidium pertimeſcerem,adnumerarem hìc plura,ac præclara rei cõmoda,quæ tamen dicentur in tempore,ac cerni etiam poterũt, ſi Pontifex adſpirauerit.Pauca hęc officij, ac fidei plena ſuggeras, mi Pater, implorata iterum benedictione,adoratiſque oſculo pedibus. *Hactenus Epiſcopus Theatinus, cuius verbis citato in loco Sylos hæc addit:Vides eximij cuiuſdam,flagrantiſque animi in hoc Epiſcopi Theatini commentario ſpecimen, ſtudiumque diuini honoris amplificandi,tuendæque religionis,atque Eccleſiaſticæ maieſtatis. Atque hæc quidẽ frequenter aliàs,nunc fuſiùs ſcripſit: audiuitque admirabili humanitate, ac pronis auribus Pontifex,eorumque exemplaria efflagitauit,vt tempeſtiuam,ſalutaremq; grauiſſimis malis adhiberet manum,ac commoda promoueret.Quæ quidem rei Catholicæ ſolicitudine,ac Zelo ſuæ ipſemet quieti,vt ſupra docuimus, Caraſa inſidiabatur,otij alioquì amantiſſimus.Ita Sylos.*

DISQVI-

DISQVISITIONVM HISTORICARVM DE SANCTISSIMI PAVLI PAPAE IV. INCVLPATA VITA,

CLARORVM SCRIPTORVM E SOCIETATE IESV TESTIMONIIS AC ELOGIIS EXPLICATA,

AVCTORE D. FRANCISCO MARIA MAGGIO C. R.

PARS SEXTA.

SIVE

Qualis fuerit Ioannes-Petrus Carafa in S.R.E. Cardinalium Collegium cooptatus.

---

1 *Agebat itaque Venetijs cum cariſſimis fratribus Carafa, ab omni Romanæ Aulæ ac fori ſtrepitu non abſens modò, ſed penitùs etiam alienus: Romanumque ſolum, velut curarum inanium feracem agrum adeò auerſabatur, vt anno Chriſti* 1535. *reuocanti eum ad Vrbem Paulo eius nominis PP. Tertio, gratias quidem egerit, pro vt cũ tanto Principe faciendũ decebat: at reditum nihilominus ad Curiã ſolicitè deprecatus ſit; quin & ad Vannucium amicum, & conſodalem, literas dederit, vt ſe qua erat apud Pontificem gratia excuſatum iret, ne Romam pergeret. Eas verò hic ſubijcio, quòd ſpiritu Dei, vt & prior illa plenæ ſint, ac etiam quòd cùm noſtrum præcipuè conſilium ſit in hoc Opere Carafam ad imitationem ſibi ſimiliũ, ideſt S.R.E. Pontificum & Cardinalium, Orbi ſpectandum proponere ac exhibere, & ideò eius ingenium ac mores veluti ad viuum depingere, proprijſque coloribus expreſſum perfectè delineare, neminem id meliùs ipſomet per has literas præſtitiſſe putemus. Vt enim dixit Philoſophus, Loquere, vt te videam: ita ego, & multò libentiùs dicerem: Animi tui ſenſa & cogitationes literis commenda, vt te ex his apicibus, quaſi totidem lineis penicillo ductis cognoſcam, atque dijudicem. Prima igitur Epiſtola ad Paulum III. ſummum Pontificem eſt huiuſmodi: Sanctiſſime ac Beatiſſime Pater. Miſit nuper ad me V. C. Latinus Iuuenalis Sanctitatis Veſtræ humaniſſimas literas: ex quibus intellexi, & quæ de mea in Sanctitatem Veſtrã, atque in iſtam ſanctam Sedem obſeruantia ac pietate memoraſſet, & quæ benignis*

auri-

Digitized by Google

auribus Veſtra Sanctitas paternè ſtatuiſſet. Ego verò, Beatiſſime Pater, & omnes fratres mei, qui mecum Domino ſeruiunt, in primis Omnipotēti Deo gratias agimus, quòd talem Eccleſiæ ſuæ Paſtorem præfecerit, cuius ipſe mentem Spiritu ſancto impleat, & ſuæ imitandæ manſuetudinis amore ſuccendat. Cùm enim de eo ſcriptum ſit, quòd excelſus eſt, & humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit: *& quòd neminem libentiùs intuetur, quàm* humilem, & quietum, & trementem verba ſua; *nos hæc eadem Sanctitatem Veſtram feciſſe videmus, cùm ex iſto faſtigio oculos ad tàm ima deflexit, & hominem abiectum, atque in hoc angulo præ confuſione latentem, ſedentemque in puluere ſordium, & teſta durioris vitæ radentem ſaniem peccatorum, non dedignata eſt tàm benignè reſpicere, tàm affabiliter alloqui, tàm humaniter ad ſua atque iſtius ſanctæ Sedis obſequia inuitare. Itaque literas illas, quanquam ſerò redditas, cum ſummo tamen cultu debitæ pietatis accepimus, & vocem in eis legitimi S. Eccleſiæ Paſtoris agnouimus. Et quanuis hoc ipſum, cùm per amicos alios, tàm per eundem Latinum iampridem fecerimus, & ſi per imbecillitatem ac valetudinem mei corporis licuiſſet, ipſi coram id facere maluiſſemus; tamen vt nunc poſſumus, iterum proiecti, ad iſtos Beatiſſimos pedes, te in Patrem ac Dominum ſuſpicimus, ac veneramur; & Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius in terris vicem geris, in te ſuppliciter adoramus, omnem obedientiam & reuerentiam tibi tāquam vero Chriſti Vicario, & Beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori humiliter exhibentes, atque vſque ad mortem fideliter pollicentes. Et ne grauioribus Sanctitatis Veſtræ occupationibus improbiùs obſtrepere videamur, ſcribimus ad cariſſimum fratrem noſtrum Franciſcum Vannucium, quo nobis nihil poteſt eſſe in Chriſti amore coniunctius, vt ipſe omnium noſtrûm nomine, ipſos Beatiſſimos Pedes exoſculans, Sanctitatis Veſtræ Benedictionem nobis impetret, & quæ his literis deſunt, quoad licuerit, ſuppleat. Optamus Sanctitatem Veſtram ſemper in Domino bene feliciterque valere, & ſanctam Sedem Catholicam, omnibus aduerſitatibus erroribuſque ſublatis per vniuerſum ſuis auſpicijs latiùs propagari. Datum Venetijs die 24. Aprilis 1535. Et ita quidem ad Paulum III. Caraſa de reditu ſuo Romam nihil pollicitus, imò ne, ad illuc redeundum iterato iuſſu Pontificis adigeretur, cum Vannucio ſibi amiciſſimo diligenter egit.*

Ludouicus Donius d'Attichy Epiſcop. Æduenſis in flor. Card. ſub ann. 1536. fol. 136. nu. 19. & 20.

✠ ✠ ✠

DISQVI-

Digitized by Google

DISQVISITIO PRIMA.

Num Ioannes-Petrus Carafa vnquam ad Dignitatem Cardinalitiam aſpirauit? Quomodò ſe geſſit euocatus à Paulo Tertio Romam? Statim iter arripuit, an ire recuſauit? Præcepto num perrexit à Pontifice adactus?

Card. Sfortia Pallauicinus è Soc. Ieſu in hiſtor. Conc. Trid. lib. 14. cap. 9. num. 5.

2 CVm Tiaram dimiſiſſet, VENIT AD EVM PERQVISITVM NON QVÆSITA PVRPVRA. *Et*

P. Auguſtinus Oldoinus è Soc. Ieſu in Vitis Rom. Pont. in Paulo III. loc. cit.

Paulus Pontifex huius nominis III. TALEM VIRVM (*Carafam*) PIETATE ET DOCTRINA CELEBREM, EIVS CONSILIO IN EMENDANDIS MORIBVS, ET CONCILIO CELEBRANDO VSVRVS, Romam Venetijs accerſiri iuſſit. At ille, à fori atque ab aulæ ſtrepitu alienus, gratijs Paulo primò habitis, deindè ad Vannucium amicum & conſodalem literas dedit deprecatus, vt ſe qua erat apud Pontificem gratia excuſatum iret, ne Romam pergeret. Immò ne ad illuc redeundum iteratò iuſsu Pontificis adigeretur, cum Vannucio ſibi amiciſſimo diligenter egit his verbis: Latino Iuuenali ſecretario ſanctiſſimi Domini Noſtri, dùm Venetijs eſset, hortanti nos vt ſi quando à ſummo Pontifice Romam inuitaremur recuſare nollemus, reſpondi: Quod pertinet ad meos Sodales, ſi quando Deus Pontifici inſpirabit, vt noſtrum hunc Ordinem Romam reuocet, numquam me repugnaturum, aut vlla ratione detrectaturum; immò id quidem me probaturum valdè. Videri namque ORDINEM HVNC ROMANVM, ROMÆ SCILICET INSTITVTVM ATQVE AVCTVM, eò, hoc eſt, in Patriam debere reuerti, lucis ac reparationis tempore; vnde tenebrarum ac turbinum tempeſtate deturbatus fuit. Verùm quod ad me attinet, mihi crede, cariſſime frater, me ac vehementia quanta potui maxima iamdicto Iuuenali ſtuduiſse perſuadere, id neque ad meam tranquillitatem ac pacem, neque ad ſummi Pontificis obſequia, neque ad Dei cultum aut honorem fore conducibile. Non repetam hoc loco, ne longior ſim, quæ in hanc rem rationum momenta attuli------ Paulus *tamen* Romam Carafam accerſiuit, & in Cardinalium Collegium reluctantem licet adlegit. Dignitatem enim hominibus, non homines dignitatibus exornare ſemper ſtuduit Paulus. Quare IOANNEM-PETRVM ADVERSANTEM COMPVLIT: quaſi DIVINO COMMOTVS SPIRITV, HVNC PONTIFICEM PRÆSAGIRET.

Presbyterum igitur Cardinalem titulo S. Clementis, vel vt alij volunt, S.Pancratij creauit.Rem hanc Onuphrius narrat his verbis: In Collegio ſuorum Clericorum dùm Carafa degeret,à Paulo III. per Pontificias literas BIS ROMAM VOCATVS, BISQVE ILLE CONTRA, VENIRE ABNVENS, excuſanſque ſe modeſtè ac humiliter; tertiò tandem obtemperauit: Vrbemque ac Pontificem adijt, qui eius conſilio in morum emendatione,& Concilij Generalis celebratione,quam adornauerat,vti volebat.Primo aditu breuiſſimè auditus eſt à Pontifice. Pręmonitus enim hic fuerat à nonnemine, vt ſi vellet eum retinere apud ſe, atque augere honoribus,nulla ratione permitteret,vt is pro ſe diceret,vt. liberet:alioquì ſi Viri facundiæ locum daret, ſentiret vtique ſibi perſuaderi,ne eum à ſuſcepto vitæ propoſito dimoueret.

3 Narrant------rubeum Birretum ægrotanti Carafæ dono à Paulo Pontifice miſſum, clauo parieti infixo illius iuſsu impoſitum. Ex quibus conſtat,Carafam ſacræ ac ſenatorię Purpuræ acceſſione,adeò non inflatum,lætatumuè,vt etiam longè deteriùs ſe deinceps habuerit;nec à ſolita paupertate, aut humilitatis profeſſione diſceſſerit. Quod Bernardini Fuſcani,Bernardini Scotti,Thomę Dardani,Bernardini Scardeonij,Marij Matteſilani,& Cyni Campani ſcriptis lucubrationibus *conſtat:* qui diſertè tradunt, ILLI INVITO PRORSVS ET RELVCTANTI SVMMVM HONOREM CARDINALATVS FVISSE DELATVM. Idem faſsus eſt Ianus Vitalis hoc Epigrammate:

Cui radij occultæ radiant Virtutis, & æqui:
Cui forma, & facies cernitur apta Deo.
Ardua qui ſemper meditatur, & ocia ſemper,
Ceu peſtes animi, deſidiamque fugit.
Cui nihil occultum fecit Natura, Deuſque ;
Seu terræ quæras abdita, ſiue poli.
Cuius in ore habitat dulciſſima ſuada diſerto,
Omnia qui blando mitigat eloquio.
Qui vanas prædiues opes, ſpinoſaque mundi
Mutauit leni commoda pauperie.
Poſthabitiſque opibus cæci pellacibus orbis
Theſaurum inuenit, diuitiaſque Dei.
Mox illi inuidit Princeps Romanus honores,
Quos bona Paupertas integra ſemper habet.
Inuitoque Caput Tyrium circumtulit Oſtrum
Et partem Curæ iuſſit habere ſuæ.

4 Idem quoque tradit Onuphrius Panuinus his verbis: Ægrotauit interea Carafa grauiſſimè: & lethi penè metam attigit. Quocircà cùm Paulus eum Cardinalium numero vellet adſcribere,fuere nonnulli, ij videli-

delicet,quibus ſancta hominis integritas nón admodùm cordi erat, qui ab ea mente Pontificem auertere conabantur;non viuenti iam,ſed mortuo eam dignitatem obuenturam dictitantes. At ijs reſpondit Paulus ſibi virtutem illam vel poſt funera decorandam. Itaque ab eo, haud ita multò poſt,auguſta illa generoſi iudicij maturitate,facilè ſuperiores Pōtifices antecedente, nobiliſſima illa nouem Cardinalium publicatione, qua,anno ſalutis MDXXXVI. IX. Cal.Ianuarij, Viros egregios & præſtantiſſimos ex Optimatibus Eccleſiæ vndique conquiſitos, in Senatum legit,cùm ægrotaret,habuit inſigne Cardinalis, purpureum pileolum. Cùmque Pontifici,vti par erat,egiſſet gratias,conuerſus ad ſuos; Appēdite,inquit,pileolum hunc ad illum clauum. Nullum enim ad Purpuram apparatum, niſi arctiſſimæ, & ſuſpiciendæ Paupertatis, quam Theatini Patres obſeruant,in ea domuncula erat cernere. Itaque Presbyter Cardinalis ſancti Clementis creatus eſt:ampliſſimamque dignitatem, nullū ambitionis aut lætitiæ ne leue quidem indicium promens accepit. *Et ibid.in addit.Andr.Victor.*

5 *Paulus Pontifex*, *inquit*, HOMINEM SANCTITATE ET DOCTRINA CELEBREM-------IN CARDINALIVM SENATVM RELVCTANTEM ADLEGIT. Eccleſiam olim dimiſſam, Paſtore deſtitutam ei reddidit:& Die Dominico 2.Septembris 1537. in ſacello Palatij S.Marci Pallium dedit.*Hæc ille. Certumq; eſt, Caraſam adeò Purpura non lætatum, vt longè deteriùs ſe deinceps habuerit, viſuſque fuerit penè mortuus. Quod Bernardinus Fuſcanus Caraſæ vetus fiduſque Cliens Io. Martino Aloyſio ſcribens,ſignificat, hunc in modum------Adeò fui moleſtijs obrutus propter periculoſam ægritudinem Reuerendiſſimi Domini mei, vt nullam penè ſenſerim lætitiam,ob delatum illi purpureum pileum: quippè quòd cùm eum domum vſque Summus Pontifex miſit (rem in Vrbe prorſus inſolitam) Caraſa noſter ſepulchro propior quàm vitæ erat. Deindè verò Dominico die, in quem Peruigilium Chriſti Natalis incidit,24.totas horas frigidus,& penè exanimis, deploratuſque à me vt mortuus fuit.Sed (vt Deo placuit) me eum continuò calidis lineis confouente,rurſus incaluit,reuixitque.Itaque renaſci eum Deus voluit ſe naſcente.Rem planè admirandam, & ſupra humanas vires------Vale. Romæ 20. Ianuarij 1537. Ita Fuſcanus.Ad hæc tradunt Caracciolus,Caſtaldus, & Sylos, adfuiſſe tunc quidem Thienæum,cùm ab intimo Pontificis cubiculario allata Theatino Purpura fuit; ac nutu geſtuque,quoad licuit,egiſſe vt recuſaret.Potuit id quidem Caietanus, cuius in animo pompa omnis ac fulgor dignitatis ſorduerat, & eiuſdem Caraſæ indolem,ac ſenſus nouerat,ab ampliſſimis etiam honorum appellationibus egregiè abhorrentes. At integrum ipſi Caraſæ non erat renuiſſe. Enimuerò, vt ineluctabili adactus vi fuerat,atque ad indignationem vſque, vt inquit Flauius, vt Romam adiret; ita eadem imperij auctoritate adſtrictum,vt delatam infulam acceptaret; comperta res eſt,multiplici Scriptorum fide firmata.De hac Cardinalium creatione Lazarus*

Bonamicus ad Cardinalem Sadoletum ſcripſit,his verbis:Quid enim poſt hominũ memoriam,aut cogitatum ſapientiùs,aut glorioſiùs in Vrbe factum eſt? Non enim ex voluntate Principum,vt ſæpe in ampliſſimum Ordinem adſerti: at ſapientiſſimi,innocentiſſimi,clariſſimi,& ſumma auctoritate præditi viri,euocati,rogati,facti ſunt Cardinales.O præclara Comitia,ò his difficiliſſimis temporibus neceſſariam Pauli III.ſapientiã,ac bonitatẽ ſingularẽ! Hæc ille.Vide D.Petrũ Ricordatum Monachum Caſinenſem qui in hiſt.Monaſt.die 2. fol.220. *ſcribit Ioannem-Petrũ Carafam ſub Obedientiæ præcepto non vno Diplomate à Paulo III.coactum fuiſſe.*

---

1 *Presbyter Cardinalis renuntiatus,ampliſſimam hanc dignitatem, nullum ambitionis,aut lætitiæ,ne leue quidem,indicium promens accepit, incorruptéque geſſit------Ego ad ante propoſitos eius Virtutum Præcones nunc tranſeo.* Ludouicus Donius loc.cit.fol.138.num.26.

DISQVISITIO SECVNDA.

Quomodò Ioannes-Petrus Carafa poſt collatam ei Dignitatem eſt appellatus? Quas ipſe laudes ab omnibus,& quales à ſummis viris ex animo gratulationes accepit?

P.Siluester Petraſancta è Soc.Ieſu de Symbolis Heroic.in Elog.famil. §. 6. fol. LXX.

2 PRIMVS SVO SECVLO DEPRECATOR PVRPVRÆ; NAM EAM OBLATAM DIV RECVSAVIT.

P.Auguſtinus Oldoinus è Soc.Ieſu loc.cit.in Paulo III.

3 Collato tanto honore Theatinus in obeundis ſenatorijs muneribus intentus, ITA DOCTRINÆ ET SANCTITATIS FAMA FRVEBATVR, vt obloquentium calumnias facilè eludere videretur.Nàm vitæ innocentia,Religionis ſtudio,& optimis moribus,multam eruditionem,præcellentem ſacrarum literarum notitiam,facundiam verò inſignem,in dicenda publicè ſententia,& omni ſermone,libertatem addiderat. Animo verò conſtans ac fortis,vt perſonæ ſuæ vbique bene memor,nec minis,nec precibus à dicta ſemel ſententia recederet.Ad Carafam renunciatum Cardinalem Ioannes-Bernardinus Scotus,Sabinus, Cardinalis Tranenſis ab Archiepiſcopatu dictus, literas dedit ſequentes.

4 Reuerendiſſime in Chriſto Pater & Domine,ſalutem.Qui de te optimè ſentiunt,maximèque animi tui præſtantiam,eruditionem, pietatemque nouerunt,non adeò tibi ob ſplẽdorem dignitatis iſtius, ad quam nuper

nuper vocatus es neſciens, ſignificandam cenſent lætitiam ſuam, quàm ipſi Eccleſiæ Chriſti potiùs gratulandum, quòd tam ſapienter talem ſibi conſiliarium, tantumque adiutorium vltrò elegit. Dici vix poteſt quantùm huic alacritatis ac ſpei bonorum animis adiectum ſit, quòd ad Apoſtolicæ dignitatis gradum, optimi viri noſtris temporibus quæri attrahique incipiant, more Eccleſiæ vetuſtiſſimo, ac ritu planè Apoſtolico; virique non vulgares, neque ambitioſi, vel ex ſæculi fluctibus irruentes; ſed ex portu monaſterij, & in virtutibus exercitati, ac iam perfecti: qui iam olim abdicatis à ſe terrenis opibus, omnique affectu prauo relicto, diu in ſchola religionis ac virtutum gymnaſio humiliter Chriſto ſeruierunt: ac demum à Deo vocati tanquam Aaron, ad religionis ipſius apicem humiliter aſcenderunt, non aliud quidquam verbis aut moribus ſuis ſubiectã plebem docturi, quàm quod ipſi anteà didiciſſent. Speramus itaque te, cùm talis ſis, non tantùm bonis profuturum, ſed vitâ & exemplo cæteris omnibus demonſtraturum, quibus in rebus, quibuſue in ſtudijs potiſſimũ ſplendor Cardinalatus, ac dignitas iſta conſiſtat. Vndè poſteà hæretici carnaleſque homines exemplo tuo plurimùm vel emendentur, vel confundantur, videntes gregem Chriſti habere iam paſtores ſuos, qui non quæ ſua ſunt quærant, ſed quæ Ieſu Chriſti. Ego ſi quid peccatoris oratio valere poteſt, omneſque fratres mei, pro ſalute & gloria tua ſempiterna Dominum orare vix ceſſabo, Pater in Chriſto amabiliſſime, atque ſanctiſſime. 1526. Reuerendiſſimæ Paternitatis tuæ ſeruus in Chriſto Bernardinus Presbyter.

6 Bernardinus quoque Scardeonius Patauinus, doctrina & pietate inſignis, qui epiſtola ſanè luculenta quam in fronte librorum ſeptem quos de Caſtitate conſcripſit, quoſque Carafæ Venetijs commorantis hortatu & conſilio, vtpotè ab eodem authoris rogatu recognitos, ſub eius nomine in vulgus emiſit, ita de ipſius laudibus præfatur: Haud obſcura eſt vis ingenij tui, ſanctitas morum, excellenſque in omni literarum genere præſtantia, & omnium humanarum, diuinarumque rerum, vniuerſalis & abſoluta cognitio. Vnde factum eſt, vt tibi ob Chriſti amorem extremis oris latitanti, diutiùs non licuerit occultari: neque vt cupiebas fas fuerit in ſancta ac diu concupita vitæ tranquillitate cæleſti ac diuinæ contemplationi vacare. Admirabilis illa quidem tua rerum omnium abdicatio, qua te ſpretis publicis muneribus, ad vitam priuatam contuleras; at nunc multò etiam mirabilior euocatio ad tam præcelſum faſtigium dignitatis. Vtrobique ſanè miraculum, & vtrumque (vt credi par eſt) ab vno eodemque Spiritu ſancto diuinitùs procuratum. Dei certè optimi maximi nutu factum eſt, vt quò magis latebras quæreres, honores fugeres, opes ac potentiam ſperneres, eò ad maioris dignitatis gradum euectus fueris: vt in maximo omnium mortalium, ac totius Orbis theatro, velut

Digitized by Google

lut ſuper candelabrum poſitus,maius virtutis,ac Sanctitatis tuæ lumen oſtenderes.Non ſum equidem neſcius, quæ tua conſtantia ſemper fuit, te qui iampridem Epiſcopatum opeſque ac honores tua ſponte reiecceras,non aliter ampliſſimam Cardinalatus dignitatem & delatas tibi vltrò tanti honoris infulas ſuſcepturum fuiſſe,niſi Pauli III.Pont.Max.præceptum,ac pij neceſſarijq;laboris ratio perſuaſiſſet, & Reipublicæ Chriſtianæ cauſa,fideique negotium compuliſſet. Vnde fit,vt ſicut antea non deſerueras opus Epiſcopi, ſed opes:ita modò accitus hac diuina vocatione,non faſtum neque gloriam, aut inane nomen ſuſcipiendum putaſti,ſed moleſtiam,laborem,authoritatem, ac tuendæ Chriſtianæ pietatis officium,cui in tota vita tibi ſemper incumbendum duxiſti. Quare nemo bonus dubitat,id eſſe vrgere religionis propoſitum,non remittere.Quod & olim quàm plurimos ſanctiſſimos ac ſapientiſſimos viros fecisſe ſatis conſtat, quos in omnibus tu tibi iam ab ineunte ætate propoſueras imitandos.Vale diu felix,& beatus in Domino.E Ruſculo noſtro Murellano in Patauinis 4.Nonas Octobris 1538.

7 Eundem ſummis laudibus extulit Marius Matteſilanus ſui temporis Iuriſperitorum facilè princeps,qui libro de Guelphis & Ghibellinis parte 2.ſic ait:Ioannes-Petrus Carafa,vt exactiùs,quod animo agitauerat,reipſa perficeret,nullaque cogitationum aut dignitatum humanarum procella poſſet deinceps mentem ſubuertere,Theatino Epiſcopatu ſe liberè abdicauit, atque adſcitis aliquot viris eiuſdem ſancti propoſiti focijs,ad contemplationis arborem extendit manum; indèque ſuaues illos decerpſit fructus,qui vltrò ſeſe ingerunt ijs qui mundanis ſoluti ſolicitudinibus cupiunt eiuſmodi delicijs ſaturari. Teſtantur id, perpetuòq; teſtabuntur remota à rumoribus loca, ac proindè exercendæ perfectæ contemplationi valdè idonea,quæ vir ille, & Veronæ, & Venetijs incoluit,quibus adeò clarum religioſæ vitæ morumque ſpecimen dedit,vt indè quiſque liquidò noſſe potuerit, nihil terrenum quicquam habuiſſe virium ad Carafam ab optimo eo inſtituto quod ſemel cœperat dimouēdum.Verumtamen cùm diuina prouidentia ſtatuiſſet,lucernæ fulgorem, qui ab æquabili ſublimium eius actionum ſerie promicabat, non diutiùs ſub modio latentem ſinere, ſed ſuper candelabrum illud ſeptiforme ponere,quod in templo Dei altiſſimum habet locum. Idcircò neceſſe fuit, vt ille præcipienti Summo Pontifici obediret,purpuramque ſacram, cōtra quàm ſecum ipſe deliberauerat,à Paulo III.vltrò ſibi delatam indueret.Quæ res bene feliciterque vertit: aliquot enim annorum exacto curriculo,ad Summum Pontificatum euectus eſt,ac ipſo die quo Ieſus Chriſtus Dominus noſter cęlorum faſtigium olim aſcenderat,vt videlicet etiā candelabrum illud de tàm ſublimi loco Eccleſiam ſanctam Orbemque vniuerſum illuminaturum eſſe ſignificaretur. O fauſtam diem, qua nunquam

Digitized by Google

quam feliciorem poterat Chriſtiana religio exoptare? Nàm vt compendio dicam, pietatis ille feruor atque deuotio, quæ Chriſtianos decet, multis iam antea annis aut extincta penitùs fuerat, aut certè refrixerat: inque eius locum, nefaria quæque vitia corruptas hominum mentes occupauerant. At vbi primùm bonus iſte Paſtor excelſam Petri ſedem adeptus eſt, zelo illo ſuo, & ſyncero Dei cultu, morbidos greges curauit, adhibuitque ſingulis corruptelis ea pharmaca, quæ temporum deprauata conditio requirebat.

8 Cynus verò Campanus, vir eiuſdem ætatis eruditiſſimus ac diſertiſſimus, in Panegyri, quã Paulo III. dixit hæc de Cardinali Carafa habet: O felicia noſtra tẽpora, quibus tam fortes, tam graues, tãq; liberales viri prodiere! Alter enim, Carafa ſcilicet, modeſtiſſimus exiſtens, dignitatem tam amplam, à tanto Principe liberaliſſimè oblatam, cuicunque alij iucundiſſimam futuram, ſibi grauem ob tanti muneris onera, ſe indignũ, quamuis digniſſimus eſſet, putans, vt eã non acciperet, pro viribus obnixus eſt. Alter verò, Paulus nempè III. qui dignitates hominibus, non homines dignitatibus exornare ſemper ſtuduit, ea qua fungebatur authoritate, & poteſtate, aduerſantem compulit, quaſi diuino ſpiritu commotus, futurum hunc Pontificem Maximum præſagiret. Quæ res vti Principis illius felicitatem & nominis immortalitatem adauxit, qui quidem non tantùm bene meritos viros ad ſummas extolleret dignitates, verùm inuitos, & recuſantes compelleret, ita quoque erga Ioannem-Petrum Carafam, omnium quidem prudentum, clariſſimorumq; virorum opinionem concitauit, ita ad beneuolentiam omnes accendit, ita ad ſummam admirationem adduxit, VT AB EO TEMPORE OMNI HONORE, IMPERIO, SVMMO DENIQVE SACERDOTIO, quo nihil inter homines magnificentius excogitari poteſt, VNO OMNIVM CONSENSV SEMPER FVERIT IVDICATVS. Ecquis enim tempeſtate noſtra inuentus eſt, qui Epiſcopatũ & Archiepiſcopatum ditiſſimos cum vita abſtinentiſſima, pauperrima, & humillima commutarit? Ecquis honores & dignitates, quibus ille fulgebat, ſponte ſua abijciat, & ob Dei charitatem nihil magis faciat, quàm ſi in quendam hominum cõtemptum veniat, ſi rebus omnibus ad bene, commodeque viuendum opportunis, quibus maximè affluebat, ſe ſuaque diuino cultui addicens, ex lauta & commoda vita, in ſeueram & difficilem ſe transferat? Ecquis denique, ad ſupremum fere dignitatum apicem, ex ſumma humilitate euectus, honorificum Cardinalatus ſplendorem à ſe reiecit? Ecquis inuitus tandem productus? Porrò niſi ad antiquam illam Sanctorum Patrum memoriam recurramus, qui huiuſmodi egregium ſanctitatis, probitatis, & humilitatis exemplum ediderit, hoc excepto, prætereà inueniemus his tẽporibus neminem. Accepit igitur tandem quod ſibi à magno Paulo oblatum

tum

tum eſt, non ignarus, Principibus obedientem eſſe oportere, adeòque INGENTEM AMPLISSIMO PATRVM COLLEGIO SPLENDOREM ATTVLIT, VT SOL QVIDAM INTER SYDERA REPENTE ORTVS VIDERETVR. Tũc religionis fũdamẽtis aliquantulũ debilitatis, verũ & ſolidũ acceſſit firmamẽtum. Tunc qui de religione, de Republica Chriſtiana, palam vel occultè malè ſentirent, langueſcere & detineri. Tunc qui non tàm priuatis quibuſdam aduerſari, quàm cum Superis ipſis bellum gerere videbãtur, more Gigantum labefactari & impelli. Tunc qui ad ſectandam Huſſenſium, Valdẽſium, & eius generis portentorum impietatem, euertendamque religionem, vel nouarum rerum cupidi, aut delirantes ſoliciti fuerant, mœrere, dolere, ingemiſcere, palleſcere. Tunc teterrimarum diſputationnm arma recondi. Tunc qui verbum quoduis minimum contra religionem vnquam protuliſſet, vel quoduis eiuſmõdi cogitaſſet, lingua & ingenio caruiſſe cupere: verebantur enim id quod poſteà feliciſſimè contigit, ne Cardinali Carafæ à Summo Pontifice ad inſectandos Fidei Religioniſque inimicos cura demandaretur. Qui timor cùm maleficos non fefelliſſet, & huic in crudeles aduerſarios fuiſſet demandatum imperium, is quamprimùm nobilem illam ſanctiſſimorum ſeptem Virorum congregationem, more Lacedęmoniorum, & Athenienſium, Principis iuſsu inſtituit; ex qua tanquã ex equo Troiano, Doctores illi eximij, improbos, nefarios, religioniſque contemptores adorirentur, & corriperent. Quæ quales viros, cuius vitæ, cuius doctrinæ, quàm ſpectatę probitatis habeat, ex eo perſpici liquidò poteſt, quòd duo inde ſanctiſſimi, ſubindè prouenere Pontifices. *Citatque demum P. Oldoinus Ioannem-Paulum Flauium, qui in oratione de Paulo IV. ſic habet:*

8 In Sacroſanctum deindè Collegium cooptatus eſt à Paulo III. Pont. Max. NON MODO SEMEL, ATQVE ITERVM, VERVM ETIAM ET TERTIO AD INDIGNATIONEM VSQVE VOCATVS: quanuis nonnulli fucata illa ratione id diſsuadere omninò conarentur, acerſitus; Cui quidem maximas is ſemper gratias agebat; cuique ſe plurimùm debere, omnemque ſuam dignitatem acceptam referri oportere planè fatebatur; Idque iurè, ac meritò. Nàm præter alia fermè omnia, quæ ab illo Pontifice feliciſſimæ recordationis, benignè, ſapienter, ac piè geſta ſunt; cum ſumma omnium admiratione, ac celebritate, lectiſſimos viros Cardinales creauit. Quodque magnoperè obſeruandum, valdeq; mirandum eſt: Ex ijs, tres ſummi viri, ſummi Pontifices cõtinenter euaſerunt. Vt hinc magiſtratũ viris potiùs, quàm viros magiſtratu ornaſse; ſuæque illius præſtantiſſimæ virtutis, quoddam quaſi ſeminarium, poſteris reliquiſse videatur. Tùm verò hic poſtremus, quàm diù Cardinalis extitit, quàm plurima grauiter, ac præclarè geſſit, pro huiuſce S. Sedis dignitate tuenda, & authoritate amplificanda: Ne dilatem

ora-

orationem meam,quæ poſset eſse infinita; neue illa longiùs repetam ex inſtituto meo,quæ vel in Britannia, vel in Hiſpania, vel alibi,varijs, magniſque muneribus obeundis,ſingulari integritate, ac prudentia perfecit. Quantũ verò illud eſt?quod in ſummo Pontifice deligendo nihil,aut certè parum de ijs laborans, quæ ad ſe ipſum ſeparatim attinerent, publicæ vtilitatis ſtudioſiſſimus,deterrima quęque conſtanter,ac ſeuerè cõfutauit;optima verò ſyncerè,omnique conatu ſemper comprobauit. Decet profectò in tanto viro incredibilem propè animi firmitudinem, & ſummum quoddam in hanc Sedem ſtudium maximoperè admirari. Hinc enim illud eſt;quòd magnos illi honores tot ſummi Pontifici habuerũt. *Hactenus Flauius. Cùm verò Carafa Romam iret, hæreretque apud Gibertum Veronæ, à quibus eſt ſalutatus? Venerabilis Hieronymus Æmilianus poſt viſum Carafam,quomodò Verona diſceſſit;perrexitque bene comitatus Salodium?*

P. Ioannes Bollandus è Soc. Ieſu in Febr. to. 2. fol. 258. col. 1.

9 Cùm (*Æmilianus*) Verona Salodium diſcedens vix ad Martinianos campos perueniſſet,in nobilem planè comitatum incidit;Diuina ſcilicet Prouidentia illuſtrium virtutum exemplis teſtes ſubmittente. Salodio enim Veronam Stephanus Bertazolus Salodienſis Sacerdos,Bartholomæus, & Ioannes-Baptiſta Scaini fratres paullò ante aduenerant, vt veterem amicum Ioannem-Petrum Carafam, tum apud Matthæum Gibertum, Antiſtitem Veronenſem commorantem, Romamque ſtatim diſceſſurum,officij cauſa conſalutarent, & neſcio quid negotij cum eo trãſigerent:quo mutuæ beneuolentiæ officio perſoluto,Salodienſem Patriã repetebant.

---

1 *Nos ſenſim ad extollendum Carafæ fidei Zelum deducimur: qui non in eius tantummodò ſemper arſit pectore,ſed multò quoque maiores emittere viſus eſt flãmas,ex quo ſe Dei & Eccleſiæ beneficio purpuratum agnouit. Flagrauit itaque Carafa illo igne ſacroſancto,quo accenſus in Apoſtatas,Hæreticos,Schiſmaticos,alioſq; noſtræ Religionis Hoſtes,Primus ac præcipuus Auctor fuit Paulo III. vt violatæ Fidei quaſtionem aduerſus eos inſtitueret,quos tamen vbi reſipiſcerent,ſeueritatem benignitate ac manſuetudine temperans, adeò blandè excipiebat, vt amantiſſimum Patrem inueniſſe mirarentur,atque gauderẽt,quem antè ſeuerum Iudicem, & acerrimum ſcelerum Vltorem expauerant. Solerti quoque prudentia tabidas oues diſtinguebat à lupis,ac tanquam Medicus peritiſſimus,opportuna pro vniuſcuiuſque perſonæ captu adhibebat remedia.* Ludouicus Donius d'Atticby Epiſc. Æduenſis in flor. Card. to. 3. fol. 141. num. 32.

DISQVISITIO TERTIA.

Quo Authore S. Inquiſitionis Tribunal à Paulo III. eſt inſtitutum? Carafa ne hodie celebratur, quòd ſupremum hoc de Hæreſibus Iudicium inſtituerit Cardinalis, & firmauerit Pontifex? Quomodò ob illud eſt appellandus?

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu in progreſſ. Ord. fol. 220. ad Ann. 42.

2 CARAFA AVCTOR PRÆCIPVVS CONGREGATIONIS INQVISITORVM à Paulo Tertio fundatæ. *Idemque tradit P. Iulius Cæſar Bulengerus è Soc. Ieſu* in hiſt. ſui temp. *Et*

P. Auguſtinus Oldoinus è Soc. Ieſu in Vitis Romanorum Pontif. in Paulo III.

3 PAVLO III. (*Card. Carafa*) AVTHOR FVIT, VT ROMÆ SVPREMVM SANCTÆ INQVISITIONIS TRIBVNAL, quod Chriſtianæ Fidei Propugnaculum, & Principis Apoſtolorum Nauis anchora à nonnullis dictum, CONSTITVERET: quod factum anno 1542. XII. Kal. Auguſti. *Cuius* S. Officij Congregationis à Paulo III. inſtitutæ Cardinalis Carafa Princeps fuit: qui ardenti ſanctæ Fidei zelo flagrabat: atque Hæreticorum hoſtis acerrimus illi tuendæ & propugnandæ diligentiſſimam operam dedit: Pontificiamque poteſtatem inſigni pectoris robore defendit. *Et in addit. And. Vict. in Paulo IV. denuò à ſe typis impreſſa narrat*: Cardinalem Theatinum hæretica lue in multis Italię Vrbibus locisque graſſante, Paulo III. vt Romæ S. Inquiſitionis Tribunal, cui omnia alia ſubijcerentur, erigeret, conſiliarium & auctorem fuiſſe. *Item*, Paulus III. *inquit*, graſſantis Hæreſis malis, Patribus in Conſiſtorio aliquando patefactis, cuiuſque ſententiam exquiſiuit: ijs auditis, remedium à Cardinali Theatino ante mentis oculos conſtitutum indicauit; quod omnes ſed in primis Io. à Toleto Cardinalis Compoſtellanus, vir pietate, zelo fidei, rerum vſu, & doctrina clarus, Cardinalis Theatini amicus probauit. *Et initio Panuinium refert ita in Pauli IV. vita ſcribentem*: Pontifici Paulo III. (*Cardinalis Theatinus*) author in primis fuit, vt ſanctæ Inquiſitionis admodùm neceſſarium Tribunal præſtantiſſimis Patrū ad id munus Iudicibus lectis, Romæ inſtitueretur. *Hæc ille. Sed quàm hodie Ob id ipſum Tribunal Carafa laudetur, tradit*

P. Sfortia Pallauicinus Card. è Soc. Ieſu in hiſtor. Conc. Trid. par. 2. lib. 14. cap. 9. n. 5. editionis in fol. anni 1657. pag. 178. editioois in 4. anni 1664. pag. 527.

4 REDDIT (*Paulum IV.*) DIGNVM ÆTERNÆ LAVDIS INQVI-

QVISITIONIS TRIBVNAL : quod ab eius zelo primùm in Conſiliarij auctoritate,deindè in poteſtate Principis præſentem vim in Italia, & à quo Italia ſuæ fidei integritatem agnoſcit. Et ob hoc ſalutare Opus tantò nunc ipſe benemerentior & honorabilior remanet, quantò tunc malemeritus, & contumelia (*ab Hæreticis, hominibuſque ſceleſtis*) affectus fuit. *Ob id ergo & ſi Paulus III. Diploma edidit, & Tribunal erexit, inſtitutionis tamen hæc laus Carafæ tam Cardinali quàm Maximo Pontifici adſcribitur. Vnde*

P. Famianus Strada è Soc. Ieſu de Bello Belgico dec. 1. lib. 2.

10 Romæ variatum : nàm modò per conſuetos vrbanoſque Magiſtratus adminiſtrata omnia : Quæſitor extra ordinem nullus : modò plures,ſed ſub vnius deindè regimine Purpuratorum Patrum:donec Pontifex Paulus Quartus,inſtituto aliquorum ex ijs Patribus Collegio, quorū ſuffragijs hæ controuerſiæ finirentur;auguſtiori ſāctiorique iudicio rem in poſterum Romæ ſtabiliuit. Porrò vt firmiùs hæc perſtaret, metus qui lictor eſt legum à principio intentatus,mulctæque ac pœnæ in contumaces indictæ,atque exactæ. *Quomodo ergo appellandus eſt ſiue Cardinalis Theatinus,ſiue Pontifex Paulus IV. aut eius ſimulacro quid inſcribendum ?*

P. Silueſter Petraſancta è Soc. Ieſu de Symbolis Heroic. in Elog. famil. §. 6. fol. LXX.

11 PRIMVS SVPREMI DE HÆRESIBVS IVDICII IN VRBE AVCTOR. *Quod meritò illi elogium dedit Cardinalis Sirletus.*

---

1 *Cùm per vniuerſum Orbem integritatis ac doctrinæ ſpecimen omnibus præberet, à Paulo III. in ſolenni illa ac celebri nouem Cardinalium electione ex toto Orbe conquiſitorum die 22. Decemb. 1536. S.R.E. Card. abſens creatur tit. S. Pancratij, dein ad titulum S. Mariæ trans Tyberim, mox ab eodem Pontifice ad titulū S. Clementis, & paulo poſt Theatinam Eccleſiam, quæ poſt eius renunciationem iā fuerat Archiepiſcopali dignitate decorata, Pontifice iubente recepit: hinc ad Epiſcopatum Albanenſem, & Sabinum translatus: ab Iulio Tertio Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, dein Oſtienſis, ac Veliternus, & ſacri Collegij Decanus creatus eſt. Cùmque vacaret Neapolitana Eccleſia, ob reſignationem à Raynutio Farneſio factam, eam Paulus III. contulit eidem Ioanni-Petro Cardinali die 9. Nouembris* 1549. Bartholomæus Chioccarellus de Archiepiſcopis Neapolitanis fol.329.

✠ ✠ ✠

Digitized by Google

DISQVISITIO QVARTA.

A quonam Cardinalis Carafa Archiepiſcopus Neapolitanus creatus fuit? Neapolitanæ Eccleſiæ à Carolo V. Cæſare an poſſeſſum humaniſſimè obtinuit? Num Iulij Tertij Summi Pōtificis teſtimonio, conſtitit eſſe fabulas, quæ illi maleuoli ac ſummæ eius integritatis oſores obijciebant?

P. Auguſtinus Oldoinus è Soc. Ieſu in Vitis Rom. Pont. in Paulo III. loc. cit.

2 ECcleſiã olim dimiſſam, Paſtore tunc temporis deſtitutam Paulus Tertius ei reddidit, & die Dominico 2. Septembris anni 1537. in Sacello Palatij S. Marci Pallio eundem ornauit. Ad S. Marię trans Tyberim titulum deindè translatus eſt. Tum Epiſcopatum Albanenſem, mox Sabinenſem, Tuſculanum, ac Oſtiẽſem progreſſu temporis obtinuit. Cùmque vacaret Neapolitana Eccleſia, ob reſignationem à Raynutio Farneſio factam, eam Paulus Ioanni-Petro Cardinali Carafæ die 9. Nouembris anno 1549. contulit, vti ex monumentis Neapolitanis, ac Regeſto Sacri Conſiſtorij habemus. Ex illis enim hæc decerpſimus: Apud S. Marcum 1549. die Sabbathi 9. Nouembris electus eſt Archiepiſcopus Neapolitanus, Ioannes-Petrus Carafa, Archiepiſcopus Theatinus, Cardinalis Sabinenſis, per reſignationem Raynutij Cardinalis de S. Angelo Farneſij cum pẽſione aureorum mille annuorum. Et Eccleſia Theatina data fuit Cardinali Bernardino Muffeio tit. S. Cyriaci in thermis. Idem quoque Paulus III. illicò Apoſtolicas literas ſequentes ſub eodem die ei dedit:

Venerabili Fratri noſtro Ioanni-Petro Epiſcopo Sabinenſi S.R.E. Cardinali Neapolitano nuncupato.

PAVLVS PAPA TERTIVS.

3 Venerabilis frater noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionẽ. Cùm nos hodie Eccleſiæ Neapolitanæ certò tunc expreſſo modo Paſtoris ſolatio deſtitutæ, de perſona tua de fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica auctoritate prouiderimus, teque illi in Archiepiſcopum præfecerimus, & Paſtorem. Nos ne dum litteræ Apoſtolicæ ſuper prouiſione, & prę fectione huiuſmodi expedientur, Eccleſia ipſa in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta aliqua ſuſtineat, prouidere, ac tuorum exigente magnitudine meritorum, commoditati tuæ fauorabiliter conſulere volentes, fraternitati tuæ, vt etiam litteris prædictis non expeditis vigore præſentium poſſeſſionem, ſeu quaſi regiminis, & adminiſtrationis, ac bonorum dictæ Eccleſiæ Neapolitanæ per te, vel alium, ſeu alios tuo nomine

mine apprehendere,& illius menſæ Archiepiſcopalis fructus, redditus, & prouentus percipere,nec non quæ iuriſdictionis,& ordinis Pontificalis exiſtunt,etiam cum delatione crucis,exercere liberè,& licitè valeas in omnibus,& per omnia, perindè ac ſi ſuper eiſdem prouiſione, & præfectione litteræ Apoſtolicæ expeditæ fuiſſent, authoritate Apoſtolica prædicta tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Mandantes venerabilibus fratribus noſtris vniuerſis ſuffraganeis,ac dilectis filijs Capitulo,& vaſallis ipſius Eccleſiæ,vt ſuffraganei tibi tanquam capiti obſequentes exhibeant tibi obedientiam,& reuerentiam debitas, & deuotas,ac Capitulum,& vaſalli prefati tibi tanquam Patri,& Paſtori animarum ſuarum intendentes,tua ſalubria monita,& mandata ſuſcipiant humiliter,& efficaciter adimplere, ipſique vaſalli conſueta ſeruitia, & iura tibi ab eis debita integrè exhibere procurent,alioquin ſententiam, ſiuè pęnam,quam ritè tuleris,ſeu ſtatueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari,non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri,quæ incipit Iniunctæ,& quibuſuis alijs conſtitutionibus,& ordinibus Apoſtolicis,& dictæ Eccleſiæ iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis, & cōſuetudinibus,cæteriſque contrarijs quibuſcūque. Volumus autem,quod infrà ſex menſes à data præſentium computandos litteras Apoſtolicas ſuper prouiſione, & præfectione prædictis ſub plumbo in totum expedire,& iura Cameræ Apoſtolicæ,& alijs propterea forſan debitis perſoluere omninò tenearis,alioquin ſemeſtri huiuſmodi elapſo, præſentes, ac prouiſio,& præfectio prædictæ nullæ ſint,& eſse cenſeantur eo ipſo. Datum Romæ apud ſanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris die 9. Nouembris 1549. Pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

4 At non potuit Cardinalis Archiepiſcopus Poſseſſionem adipiſci propter oppoſitionem ei factam à Petro Toletano Regni Neapolitani pro Carolo V. Prorege. Cùmque paulò poſt ſequutus eſſet Pauli Sūmi Pontificis obitus; ac in eius locum, & Sedem ſucceſſerit Iulius Tertius,Cardinalis Pontificium Diploma datum die 21. Septembris 1550. obtinuit. *Sed verè ne Cardinalis Carafa Neapolitanum Regnum, Carolo V. Cæſari ereptum, Paulo III. Pontifici tradere geſtiebat? De huius calumniæ falſitate Iulius Pontifex quid Carolo V. Cæſari ſcripſit?*

P. Sfortia Pallauicinus è Soc. Ieſu S.R.E. Cardinalis in hiſt. Conc. Trid. par. 2. lib. 13. cap. 11. num. 10. Romanę editionis in 4. pag. 425.

5 Iulius III.------ honoratis verborum formis,in ſuo Diplomate, de ea accuſatiōne apud Carolum,Cardinalem purgauit: nequaquam id credi poſſe affirmans,de homine adeò ſacris rebus applicito,& in lectione, contemplatione,& actione omninò defixo. *Et* *P. Au-*

Digitized by Google

P. Auguſtinus Oldoinus è Soc. Ieſu in Paulo III. loc. cit.

6 Nouus Pontifex (*Iulius III.*) ea de re ad Carolũ V. Regẽ has literas ſcripſit. *IVLIVS PAPA III.*

Cariſſime fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

7 Non parum admirationis, & moleſtiæ nuper accepimus, quòd venerabili fratri noſtro Io. Petro Cardinali Neapolitano poſſeſſio ſuæ Eccleſiæ Neapolitanæ per tuos denegata fuerit, quãuis ipſe OMNI LAVDE, ET VIRTVTE ENITEAT, & per ceſſionem pacifici poſſeſſoris illi Eccleſiæ præfectus ſit, & procuratores eius litteras Apoſtolicas eiſdem tuis exhibuerint. Quò fit vt idem Cardinalis, qui in præfectione Eccleſiæ Neapolitanæ priorem ſuam Eccleſiam Theatinam dimiſerat, vtraque nunc fruſtratus remaneat, & ad extremam redigendus ſit egeſtatem, niſi tua bonitas, & iuſtitia CONTRA MALEVOLORVM CALVMNIAS ei ſubuenerit. Qui ſicut nobis relatum eſt, non videntes quomodò in tàm perſpicuo iure ei nocere via ordinaria poſſent, quin eandem Eccleſiam aſſequeretur, ad maledicentiam ſe conuertentes, ipſum Cardinalem apud tuos traducere infamiaque aſpergere non dubitarunt, tanquam ipſe in proximo Neapolitano tumultu illud tuum Regnum noſtro Prædeceſſori tradere cogitauerit, quod falsò ei obiectum eſſe, euentus docuit. Nec verò nos quid tale de hoc Viro audiuimus, nec ſi audiuiſſemus credere potuiſſemus, nec tanta audacia in S.R.E. Cardinalem ſacerdotio præditum, PIETATE EXIMIVM, grauique iam ſenio confectum cadere poterat, vt QVI SACRÆ, VEL LECTIONI, VEL OPERATIONI, VEL MEDITATIONI FERE SEMPER AFFIXVS EST. Is tantam rem moliri, tãtos motus concire, pertenuibus ipſe facultatibus auſus eſset? Non putamus fili cariſſime hæc tibi veriſimilia viſa eſſe, ſi modo audiſti. Nihilq; IN TOTA FABVLA HAC te reperturum credimus, præter vanam calũniam hoc ipſo tempore à maleuolis ob id confictam, vt ipſum Cardinalẽ à prædicta poſseſſione excluderent. Cuius impij ſui voti ne compotes per te fiant, tuæ bonitatis eſt prouidere; quò error, maior eſt tuæ benignitatis ſublimitas; & eò magis ad magnitudinem animi tui pertinet ora obloquentium, & detrahentium obſtruere, & incompertos, ac vanos ſuſurros non admittere, qui ab odijs, & maleuolentia plerumq; oriuntur: ſemperque maxima fuerunt digni laude Prædeceſsores tui, Cęſares etiam Ethnici, qui huiuſmodi maledicentijs aures in tantum non præbuerunt, vt etiam tota ſcrinia libellorum, & litterarum comburi iuſſerint, ne æui pernicies per hæc pararetur. Quæ nos compluribus verbis ideò proſequuti ſumus, quòd de protegenda dicti Cardinalis innocentia, & de illius Eccleſiæ vtilitate apud te promouenda laboramus, quàm

TALI

TALI PASTORE priuari vtique nollemus. Quem ſanè nos illi Eccleſiæ, & Clero Neapolitano neceſsarium arbitramur, DOCTRINA, PRVDENTIA, PIETATE, AC MORVM GRAVITATE, ET EXEMPLARI VITA CONSPICVVM. Nec præthereà dubitamus,quin & ſua ipſe ſponte, & hoc à te beneficio poſseſſionis affectus, tibi,ſuo Regi,ſinceram,& ſolidam fidem omni tempore exhibeat,nec locum vnquam vlli de ſe ſuſpicioni prębeat,cùm pręſertim nos,nec illius, nec vllius tales motus,vel auſus,noſtro tempore pro noſtris viribus permiſsuri ſimus.Quamobrem fili cariſſime,cùm huiuſmodi poſseſſio ſine noſtri,ac tui honoris diminutione,diutiùs differri nequeat,per illam,qua tu Deum,& Eccleſiam revereris,pietatem, perque eam, qua nos te proſequimur beneuolentiam,te & hortamur, & rogamus, vt primò ipſum Cardinalem virum quidem eminentem virtutibus, & omni laude cumulatum,in tuam gratiam recipere,deindè poſſeſſionem,quam ſine tuo ſcitu,& voluntate ei denegatam fuiſſe credimus,ipſi Cardinali tradi facere ſine alia mora velis,quòd & illa Eccleſia ſuo Paſtore fruatur, nec diutiùs vacans maiora detrimenta ſubſtineat,ſimulque vt iuſtitię,quam tibi cordi eſse ſcimus, communique noſtro honori conſulatur. In quo rem tuæ eximiæ pietati,ac officio conſonam, Deoque Omnipotenti maximè gratam facies.Quàm verò etiam nos id à te optatum,& iucundum recepturi ſumus,& ſi ex his litteris poteſt tua ſerenitas cognoſcere, dicet tamen copioſiùs venerabilis frater Petrus Epiſcopus Fanenſis Nuncius apud te noſter,cuius verbis fidem præſtare velis indubiam.Datum Romæ,&c.

8 Tandem Cardinalis Carafa Regio impetrato aſsenſu, Archiepiſcopatus poſseſſionem accepit,per interpoſitam perſonam, ſcilicet Scipionem Rebibam,Siculum;quem & ſuum Vicarium nominauit:Eiuſque opera,Eccleſiam illam rexit. *Hactenus P. Oldoinus. Sed quibus ſuam ipſe Eccleſiam donarijs exornauerit,tradit diſertè Sylos* par.1.lib.8.pag.313. *his verbis:Quanuis præcipua Cardinalis Theatini cura ea fuerit, vt animos quidem perpurgaret, moreſque bonos induceret; nihilo tamen minùs externum Eccleſiæ cultũ ornatumque haud planè viſus diſſimulaſſe: tùm quia inſtituta à ſe Religionis morẽ meminerat,ornandi perquàm magnificè Templa,curandique quæſita ſupellectili, ac inſtrumento;tùm verò,quòd Antiſtitem id vel maximè decet,vt ſuæ ſponſæ ad exaugendam formam,conciliandamque populorum venerationem, aurum ac gẽma non deſit.Neque enim par eſt, Regio quidem luxu nitere Præſulum conclauia, menſaſque premi ac ſuperbire cælato auro, argentoque, ac in ipſiſmet parietibus ſpirare ſumptuoſi argutique operis aulæa;Eccleſias verò ſuas, ſponſaſque ſordeſcere,ac nullis exuuijs ornamentiſque ſqualere ſacra. Id quod omni æuo ſanctorum Antiſtitum exemplis,dictiſque acriter vindicatum, Cardinalis Theatinus in primis abhorruit,paſſuſque nunquam eſt,fulgere tectum,aut abacum,nudis aris. Ergo cùm Neapolitanam Eccleſiam non eo ſacri inſtrumenti,ac veſtium cultu,quæ eius ampli-*

amplitudinem deceret, ornatam reſciuiſſet; munera quidem ſumptu, atque opere inſignia ex interuallo ad illam miſit: quoſdam præcipuè ſolido ex auro Calices excellentis formæ, ac priſco ritu prægrandes; tùm Sacerdotalia indumenta, attalici operis auro prætexta: lampadem item ex cryſtallo, mole ac pretio ſpectabilem, quam Reſpublica olim Veneta dono illi dederat. Hæſeratque hic intimè Sponſæ adornandæ affectus, vt etiam in Pontifice purdurauerit. Ipſo namque è viuis ſublato reperta in ſecretiore eius cubiculo pleraque ex auro argentoque ingentis ponderis ad ſacrorum vſum vaſa, quæ Neapolitanæ Eccleſiæ deſtinauerat: vt in aßertionibus, pro Alphonſo Carafa Cardinali Neapolitano, quæ penes nos ſunt, habetur. Hactenus Sylos. Eademque tradit Caracciolus in vita lib. 3. cap. 12.

---

1 *Eis (Pontificibus) ſi quid minùs rectum vellent, malorum hominum, vt fit, arte circumuentis, ipſe S. Apoſtoli Pauli exemplo, etiam in faciem, quoad opus eſſet, reſiſtebat; ſeruata ſemper debita ſanctæ Sedi reuerentia. Sic enim Iulio III. Pōtifici Maximo aſſentiri conſtanter recuſauit, ne quidam de Hæreſi delatus, & ferè conuictus, vt uadimonio dato dimitteretur è carcere. Iubenteque identidem Pontifice, vt id tanquam ſupremus violatæ Fidei Cenſor ac Inquiſitor, qua fungebatur authoritate, tandem permitteret; Cubiculario, qui ſibi eiuſmodi mandatum ſignificauerat, ita reſpondiſſe fertur: Dic meo nomine Summo Pontifici, niſi ſanctum hoc Officium ritè vt par eſt & legitimè ſine vlla perſonarum acceptione exercendum curet, non impunè id laturum Cæleſte Numen, cui magna inde inferretur iniuria: ac de annis, quibus aliàs in Romana Cathedra ſeſſurus eſſet multos dempturum------ Deindè Neapolitanæ Eccleſiæ ab ipſomet Paulo III. clauum tenere iuſſus, ex illius agro vitiorum ac Hæreſum ſentes, Valdeſianæ in primis ſectæ, quæ Campanis populis præſens animæ exitium allatura non dubitabatur, euulſit radicitùs.* Ludouicus Donius d'Attichy Epiſc. Æduenſis in flor. Card. to. 3. fol. 144.

DISQVISITIO QVINTA.

Poſt Tribunal ſanctæ Inquiſitionis erectum, ſupremus ipſe Quæſitor quos habuit Cardinales Collegas? Eius Iudicij domum ac carcerem ipſene primùm ædificauit, ac quibus opus erat inſtruxit? In Eccleſia Neapolitana quid præſtitit? Quomodò ipſis Pontificibus ſummis, ſi quid minùs rectè fieri vellent, mira conſtantia, ſed cum debita reuerentia, reſiſtebat? Quomodò ſe gerere in Conclaui ſolitus erat?

P. Iulius Nigronus è Soc. Ieſu in hiſtor. diſp. fol. 19. lin. 18.

2 ANtonius Car. Card. eius Conſanguineus veritatem bene notat. Paulo III. P. M. *inquit*, Auctor fuit, vt Tribunal S. Inquiſitionis in Vrbe

Vrbe cum ampliſſima poteſtate inſtitueretur. Quæ res quàm fauſtè ac ſalutariter Vrbi Romæ, Italiæ, atque Orbi vniuerſo ceſſerit, nemo non videt. Supremus Inquiſitor is ipſe factus eſt, habuitque Collegas Cardinales quatuor, videlicet S. Iacobi, Carpenſem, Corteſium, & S. Crucis. Quanquam autem pauperrimus Cardinalium erat, ſuo tamen ſumptu, Domum atque inſtrumentum, quod Magiſtratus adminiſtris opus eſset, comparauit. Adeò ſacram hanc in hoſtes Hæreticos expeditionem accelerabat. Iulio III. Pont. Max. nunquam aſsentiri voluit, vt fraterculus quidam Hæreticus, vel vadimonio dato, carcere dimitteretur. Iubenteque identidem Pontifice, vt id permitteret, Cubiculario qui ſibi eiuſmodi mandatum ſignificauerat, reſpondit: Dic meo nomine Summo Pontifici; niſi Sanctum hoc Officium ritè, vt par eſt, & legitimè exercendum curet, præter iniuriam quæ Deo infertur, non poſse deinceps ſe, in ea Cathedra ſedere, vbi nunc ſedet. Cùm Neapolitanam Eccleſiam Archiepiſcopus regeret, ſectam illam Valdeſianam, quæ Campanis populis exitium importatura timebatur, funditùs deleuit. *Et n.*8.

3 Cardinalis tantum habebat auctoritatis atque ponderis, vt Summis ipſis Pontificibus in pretio atque exiſtimatione eſset maxima. In Conclauibus, quæ Sede vacante acta ſunt, ipſe cæteros Purpuratos adeò auctoritate, & grauitate, maximè cùm Decanus fuit, ſuperabat, vt Pontificem ſe habere, etiam Pontifice orbatis, videretur; tàm liberè & ingenuè redarguebat publicè prauas quorundam artes captandi Pontificatus. Quo circa palam aliquando & prolixè dixit Cardinalibus, ſibi ſignificatū fuiſse, quòd inter fratres ſurrexiſset quidam Simon Magus: illi itaque ſe denunciare iram Dei. Neque verò de dicendi libertate remittebat timore vllo maleuolentiæ inuidiæque, quam in ſe ea ratione concitaret, aut ne ſibi his modis aditum ad Pontificatum Summum præcluderet. Eo enim erat zelo diuini honoris imbutus, vt præ illo quamlibet magnam dignitatem nihil propemodum faceret. *Hæc ille, qui multò plura ſubiungit. Itaque vt ſuis in hiſtorijs* par. 1. lib. 6. pag. 230. *Sylos ait, ex ampliſſimo Senatu ſex Purpurati Patres, vitæ innocentia, doctrinarum fama, atque omnigena virtutum fruge Excellentiſſimi, deſtinati; qui Religionis procurationem, & cauſas, ſupremo iure, nullique obnoxia auctoritate ſibi vendicantes, Orbis vniuerſi Cenſores agerent, illibatæ Fidei cauerent, impietatem inquirerent, vindicarentque; Eccleſiæ denique perduelles, contemptoreſque ſacrorum omnes emendarent, proſcriberent, mulctarent. Extat penes nos Pontificium Diploma, Romæ datum, in quo inter Collegas, principe quidem loco, ceu Inuentor Operis, honeſtatur Cardinalis Theatinus, reliquorum, eiuſque Congregationis, ac S. Officij Caput. Recenſentur autem alij quinque hoc ordine: Ioannes Toletanus ex Ordine Prædicatorum, Cardinalis S. Sixti; Petrus Paulus Pariſius, Cardinalis S. Balbinæ; Bartholomæus Guidiccionius, Cardinalis S. Cæſarij; Dionyſius Lauretius, ex Ordine Seruorum, Cardinalis S. Marcellis;*

Digitized by Google

celli; Thomas Badia, Dominicanus, Cardinalis S. Silueſtri. E quorum numero cùm non poſt multò deſiderari tres viderentur, ſuffecti & alij in eorum locum fuere. Nempè Marcellus, Cardinalis Ceruinus, qui poſteà Marcellus Pontifex; Franciſcus, Cardinalis Sfondratus; & Pius Carpenſis, Cardinalis S. Priſcæ. Munus grauiſſimum, vt maiori quadam cum dignitate adminiſtraret Cardinalis Theatinus, ac præcipua ſtatim ſummo Quæſitori auctoritas accederet; attributa illi Pontificia in Domo ſedes. Erectoque inibi Tribunali Fidei iudicium, poteſtatemque exercere cum ſocijs cœpit. Tantus porrò Viro egregio ardor fuit operis inchoandi, vt ſtatim ac fundationem Paulus Pontifex ſanciuerit, nullo Pontificio ære ac ſubſidio expectato, quanquam tenuis illi cenſus; opportunas nihilominus S. Officio Ædes de ſuo ipſe conduxerit; carceres vectibus feriſque communierit; compedes, catenas, ac pernecesſaria quæque alia puniendæ impietati inſtrumenta curauerit. Huius verò tam ſalutaris, magnique Conſilij Auctorem apud Pontificem fuiſſe, eiuſque ſubindè adminiſtrationem ſingulari cum animi conſtantia, ac ſupra Eliam Zelo ſuſcepiſſe; pro beneuolētia, quam conciliare laudabile opus debuerat, inuidiam illi conflauit non exiguam. Enimuerò, vt nunquam expediri ſecures ac faſces non timuit criminum conſcientia; metuere ab eo noui grauiſſimique Senatus ſupercilio vehementiùs cœpit improbitas: ac non modò Aulicorum vulgus, quibus, omnis iam penè modeſtia, ac mores boni forduerant, verùm præcipua etiam quædam Romanæ Aulæ nomina viſa Theatino quammaximè indignari. Quippè quadam ſeculi genijque licentia, ſiue contumelia, vſurpare inter luſus paſſim ſacra, ac veluti deridere aſſueuerant: ac proindè poſſe propiore ea cenſura notari ac plecti, haud quidem æquo ferebant animo. Quocirca criminari effuſè Auctorem Operis, ceu præpoſtero vſus conſilio, ipſammet Chriſtianam libertatem adimeret; & quòd ſeueriùs, quàm vt præſentes mores ferrent, id eſſet inuentum; fore vt plus remedio quàm vulneribus Romana Reſpublica laboraret, deprædicabant. Hactenus Sylos. Quod & ſupra ex Cardinalis Pallauicini verbis innuimus.

---

1 *Ait Orlandinus* (in Soc. hiſt. lib. 15. num. 4.) *indignatum Cardinalem Theatinum ob Neapolitanum quendam adoleſcentem, cui nomen Octauius Cæſar: quem in Societatem admiſſum Pater, qui Hectoris Pignatelli Montis Leonis Duciserat à ſecretis, ceu non ſolido quidem ſpiritu, ſed iuuenili abreptus leuitate id conſilij capeſſiuiſſet, reſtitui ſibi ac matri poſtulabat. Accerſitus mox Romam fuit ab Ignatio adoleſcens, nuper authoratus: eòque confeſtim conuolauit Pater, qui compellatum Iulium Tertium Pontificem, rogauit impenſiùs, iuberet rem ad examen reuocari: nempè ſi maturè quidem de ſe ſuæque vitæ rationibus ſtatuiſſet filius, non eò ſe conueniſſe, vt à laudabili inſtituto reuocaret; ſin minùs conſentaneum rationi eſſe, vt non ille detineatur, qui mentem non perindè conſtantem maturamque ad eam diſciplinam attuliſſet. Negotium Cardinali Theatino à Pontifice demandatum, Viro, vt integerrimo, ita in eiuſmodi ſpirituum morumque inſpectione cum paucis ſagaciſ-*

gaciſ-

gaciſſimo. Vix ille indolem iuuenis, eiuſque conſilij cauſas ſeriò expendit, cùm ini tã humano quodam inſtinctu atque impetu ſodalitatem animaduertit: ſtatimque reſtituendum Parentibus pronunciauit. Verùm quòd ab eo adoleſcentiæ flore ſpem cõcepiſſent non exiguam Patres, Pontifice exorato, ne diſcederet Octauius impetrarũt. Perdurauit is aliquãdiù in eo Religionis propoſito: ſed mox grauiore cum ſui damno, nulloque Ordinis fructu diſciplinam exuit: comprobauitque is exitus prudentiſſimi Cardinalis Theatini iudicium, & affectum etiam, quo Sodalitatem proſequebatur, cui nollet aggregatos, quos non ſolida in primis virtus, ac melior impetus ad eam inſtituti laudem non excitaſſet. Ioſeph Sylos in hiſt. 1. par. lib. 4. pag. 137. & 138.

DISQVISITIO SEXTA.

S. Ignatius Ioannem-Petrum Carafam Venetijs an cognouerat? Idemque Carafa Cardinalis, beneuolo animo, Societatem an iuuit? Num idem Theatinus S. Franciſcum Borgiam, Cardinalem fieri cupiebat? Hæreticum, qui ſubdolis artibus in Collegium ſe Romanũ intruſerat, S. Ignatius Cardinali Theatino detectũ an conſignauit? Romanum ipſum Societatis Ieſu Collegium quonam deindè in loco conſtructũ? num in ædibus, quas idẽ Cardinalis Theatinus inhabitauerat?

P. Petrus Ribadineyra è Soc. Ieſu in Vita P. Ignatii Loyolę lib. 2. cap. 6.

2 VEnetijs (*Ignatius*) cum Ioanne-Petro Carafa, qui poſteà Paulus IV. Pontifex Maximus appellatus eſt, conſuetudinem habuit. Qui Epiſcopatu Theatino relicto ad Caietanum Vicentinum, Bonifacium Pedemõtanum, & Paulum Romanum, homines Nobiles ac pios, ſe ſocium adiunxerat: à quibus originem eorum hominum Ordo traxit, qui Theatini vulgò dicti ſunt; quòd Theatinus, vt diximus, Epiſcopus illius vitæ inſtitutum complexus eſſet. A quibus vulgi errore, falſa Theatinorum in nos eſt appellatio cognomenque transfuſum. *Sed quo enimo Carafa erat erga Societatem?*

P. Franciſcus Sacchinus è Soc. Ieſu par. 2. hiſtor. Soc. Ieſu lib. 1. num. 30. fol. 5. editionis Antuerp.

3 Cõmemorauit (*Paulus IV.*) initio, ſuum perpetuum erga Societatẽ ſtudium ſatis perſpectum inde vſque ab eo tempore, quo eius Conſobrinus, Vincentius Carafa, Cardinalis Neapolitanus, per abſentiam Pauli Tertij Pontificis, fuerat in Vrbe Legatus relictus: ac teſtes huius rei

quoſdam in Vrbe nominabat. *Et ibid. num. 70. fol. 14.*

4 In Hiſpaniam (*cùm S. Franciſcus*) Cardinalem Theatinum officij cauſa ſalutaret; multa is de illo ad Cardinalatum euehendo egerat, ſi ſupereſſet Paulus Tertius; negans profectò permiſſurum, vt in Hiſpaniam illo cultu habituque reuerteretur. *Ita Sacchinus. Nunc Hæretici fraudem ac S. Ignatij facinus audiamus.*

P. Nicolaus Orlandinus è Soc. Ieſu in hiſtor. Societatis lib. 11. num. 7. fol. 249. edit. Antuerp.

5 Nec ab ipſis Hæreticorum inſidijs naſcenti Collegio licuit eſſe ſecuro. Quippè anno inſequenti proditus eſt domeſticos intra parietes Hæreticus, qui latebat, à Philippo Malanchtone, alioque Hæreticorum Anteſignano, eo Romam conſilio ſummiſſus, vt res Societatis ac mores curioſis oculis exploraret, ex eaque nonnullos, ſi conſequi poſſet, ad execrandum ſuum ac deteſtabile dogma traduceret. Hunc oris dignitas in robore commendabat iuuentæ (erat enim natus annos tres ac triginta) &, vt erat apprimè verſutus, bellè ſimulabat ſe eſſe Catholicum: admirabilique facultate ſermonis atque congreſsus, in Societatem ſeſe noſtrã intruſit. Ad tirocinium admiſſus obeundis ſuis ritè partibus nemini cedere: ſæpe exomolegeſim inter hebdomadam, ſæpe ſacram iterare ſynaxim, voluntarijs ſuum corpus plagis accipere, colere externa pietatis officia, totum ſe ad diſciplinæ præſcriptum, & Moderatorum nutum, vultumque fingere: nihil denique quod ad celandam ſectam, & nefaria ſua diſſimulanda conſilia pertineret, omittere. Cœnaculo inſtruendo præpoſitus ſocium ſui muneris ac laboris adiunctum Oliuerium Manaræum habuit: quem ille, remotis iam arbitris, teſtibuſque domeſticis, vt peregrinis doctrinis abduceret, tentare non ſemel aggreſsus, crebrò cum eo de controuerſis in Religione quæſtionibus agitare: crebros de ſacrarum imaginũ vſu, de Poteſtate Romani Pontificis, de fide & operibus, deque ijs denique rebus, in quibus minimè Catholicis cum Hæreticis conuenit, miſcere ſermones. Senſit Oliuerius poſt multa ac varia colloquia fœdis ac pernicioſis imbutum opinionibus Socium, hominemque ſuſpicatus Hæreticum, obſeruare eius omnia dicta ac facta diſſimulanter inſtituit: paucisq; diebus quinque & viginti exitialia dogmata à Catholicis abhorrentia ex imprudentis ore collegit. Admonitus ea de re B. P. IGNATIVS, EVM SINE CVNCTATIONE AD SVMMVM HÆRETICÆ PRAVITATIS INQVISITOREM CARDINALEM IOANNEM-PETRVM CARAFAM, qui ſummum poſteà Pontificatum geſſit, DEFERENDVM CVRAVIT. Is comprehenſum hominem, & in cuſtodiam incluſum, cùm ſuis ſe reus confeſſionibus indicaſſet, ſententiamque mutaſset, ne peccandi licentiam augeret impunitas, perpetuas ad

tri-

Digitized by Google

triremes & probroſa tranſtra damnauit. *Hoc accidit in Romano Collegio. At Collegium ipſum Societatis quo in loco conſtructum eſt, ac mirificè adauctum?*

P. Petrus Ribadineyra è Soc. Ieſu in Vita P. Iguatii Loyolæ lib. 4. cap. 3. fol. 446.

6 Creuit hoc anno noſtrorum numerus ad ſexaginta: ſequenti verò ad centum, quos cùm domus capere commodè non poſset, in latiores ędes anno 1556. immigrarunt. In ijs per annos fermè quatuor habitarũt, donec anno 1560. nobiliſſima atq; integerrima femina, Victoria Tolfia, Pauli IIII. Pontificis Maximi Sororis filia, nec expectantibus nobis, nec opinantibus, ſedem tamen Collegio certam in Vrbe quærentibus, locum commodum, amplum, ſalubrem, ac maximè celebrem, præſtanti liberalitate donauit. Quem nihil minùs quàm de nobis cogitans, in più vſum, ex Viri Camilli Vrſini Guardiæ Marchionis teſtamento parauerat: multiſq; ædibus Pauli IV. Pontificis Maximi imperio ac poteſtate coniunctis, in inſulam omninò redegerat: in quibus & ipſius Victoriæ domus eſt: & ea quam IPSE PAVLVS IV. EMIT, ET MVLTIS ANNIS CARDINALIS, cùm eſset habitauit. Hoc in loco vehementer multiplicatus eſt noſtrorum numerus.

---

1 *Eximiam autem huiuſmodi ſanandorum hominum artem, atque ad bonam mentem reducendorum, & ſæpe aliàs, & tunc maximè oſtendit, cùm Flaminium Forocornelienſem, depulſo mentis corporiſque morbo, ſaluti veræ, quæ Deus eſt, reſtituit.* Ludouicus Donius Epiſc. Æduẽſis in flor. Card. to. 3. fol. 141. num. 32. & 33.

DISQVISITIO SEPTIMA.

Num Cardinalis Theatinus hominem decumbentem, voceque ac ſenſibus deſtitutum, & morti proximum, mirum in modum, orans integræ reſtituit ſanitati; reduxitque deceptum ab Hæreticis ad Catholicam Fidem? Cui nam ille ſua ſtatim oratione tantùm beneficium contulit?

P. Auguſtinus Oldoinus è Soc. Ieſu loc. cit. in Paulo III.

2 MArco Antonio Flaminio (*quem pluries Card. Pallauicinus in ſua hiſtoria laudat*) Febri cum vitę diſcrimine vexato, precibus ſanitatem impetrauit. Quod ille tacere non potuit Hieronymo Turriano *lib. 5. Carminum* ita ſcribens:

Quid piæ valeant preces, benignas
Vt Dei penetrent ſupremi ad aures,
Diſce Candide Turriane: Febris,

Et ſæuus lateris dolor miſellum
Tuum Flaminium furore tanto
Inuaſere, Magiſtra vt ars medendi,
Et quiſquis leuat ægra membra ſuccus
Cederent: Capiti meo iminebat
Mors nigris tenebris operta: honorem
Supremum mihi funeris parabant.
Infandum veteris ſui Clientis
Cùm caſum miſeratus ILLE NAGNVS
CARAFA, ITALIÆ DECVS CARAFA
AD CÆLVM GEMINAS MANVS TETENDIT
MVLTIS CVM LACRYMIS DEVM SALVTE
ORANS PRO MEA: ET ECCE ACERBA FVGIT
FEBRIS, ET LATERIS DOLOR, REFECTÆ
VIRES, ET TENERI MÆI SODALES
CANTV ET LÆTITIA GRAVES QVERELAS
MVTARVNT, LACRYMASQVE: *amice dulcis,*
Dic laudes Superum benignitati,
Pro vita mihi reſtituta, & aura,
Qua vehor placida; QVOD ALMA PVLCHRI
SOLIS LVMINA CERNO; ID OMNE MAGNI
ACCEPTVM PRECIBVS REFER CARAFÆ.

3 Eminebat inter ſeculi ſui literatos plurium linguarum,& pangēdi carminis inſigni peritia,ac probis alioquì vir moribus. Amabat eum Carafa ob iſta virtutum ſemina,deceptumque Hæreticorum perſuaſione miſerabatur ex animo. Inſtat,vrget:ille audit,ſed non obaudit: adeò deprauatorum ſodalium contubernium mentem illi corruperat. At is nihilominùs Deum pro ſalute clientis enixiùs orare;ſpem atque animum neutiquam deſpondere. Contigit verò commodum, vt ille ægritudinem incurreret,quam eò dolentiùs Carafa tulit,quò tardiùs reſciuit. Quippè & Flaminium decumbere,& haud procul à fine abeſse, vno eodemque ſciuit tempore. Adit itaque illicò ad ægrotum,anxius,mœrenſque:& vt vidit hominem ſupremo iam anhelitu palpitantem,imò corde indoluit geminam clientis vitam tanto ſubeſse diſcrimini. Igitur nihil cunctandum ratus ad diuina confugit præſidia:& fixis humi genibus,valida & fidenti prece, VITAM A DEO ET SALVTEM MORIBVNDO HOMINI IMPETRAVIT. Obſtupuerunt qui adſtabant plurimi. Flaminius autem rem diuinitùs in ſe geſtam,vbi primùm conualuit,ad Hieronymum Turrianum ſcribens præclaro carmine celebrauit.

4 Vixit poſteà Flaminius annos aliquot. Anno verò 1550. cùm iterum ægrotaſset,ad illum moribundum Carafa,preſsus licet profundo ſenio

nio,cum familia pedibus,Sacerdotem Panem Angelorum deferentem proſequi voluit:præmonito Sacerdote,qua ſe ratione cum Flaminio gereret. Ad eum cùm perueniſset, Caraſa ſe poſt terga Sacerdotis abſcondit,periculum facturus,num ægrotus Fidem Catholicam integrè ac ſtrenuè fateretur. Ergo ante quàm ſacro illum Viatico ſacer miniſter inſtrueret,Fidem popoſcit Catholicam. Ille extemplò ſymbolum recitat liberè profeſsus ſe cum orthodoxa Romana Eccleſia omninò ſentire. Tùm Caraſa Sacerdoti ad aurem inſuſurrat, vt præterea articulum tranſubſtantiationis expoſcat: veritus ſcilicet, ne qui humanioribus literis apprimè delectabatur,vocem ab Eccleſia ſalubriter inſtitutam,Hæreticorum more,qui putidè ſunt eleganculi,paululùm exhorreſceret. At ille qui iam didicerat, nihil eſse elegãtius quàm quod Chriſti ſponſa probaſset, illicò elata,vt poterat voce,Tranſubſtantiationem reiterauit. His auditis exiliens Caraſa præ gaudio, ſeſe in conſpectum illius dedit, ASSEDITQVE AGENTI ANIMAM AD VLTIMVM VSQVE SPIRITVM. Ad hunc itaque modum bonus ſenex clientem ſuum Chriſto cõciliauit:PLVRIMOSQVE ALIOS FIDEI NAVFRAGIVM PASSOS REDVXIT AD PORTVM.

---

1 *Addita (Caraſæ) clariſſimi Ordinis Prædicatorum tutela,quam Cardinalis Ioannes Saluiatus,quòd abeſſe publica legatione Roma diutiùs oporteret, abdicauerat. Peculiari quidem in ampliſſimam Religionem ſtudio ferebatur Cardinalis Theatinus;ad quam capeſſendam non vno planè impetu prouocatus olim fuerat in ipſo ætatis ac virtutis flore. Quapropter nihil prætermittendum putauit, quo tanti Ordinis,quem vnicè amabat,obſeruantiam tueretur, atque amplificaret----Præter inſignem hanc Patrum Prædicatorum tutelam;cui admotus curare officium quàm diligentiſſimè inſtituit:vt qui in eiuſmodi Prouincijs obeundis,eximius opinione omnium haberetur,additum hoc ipſo anno & aliud fuit Religioſorum hominum patrocinium. Nempè Eremitarum ſancti Hieronymi,qui à B. Petro Gambacurta nuncupantur. Præerat his Cardinalis Sadoletus,qui quòd procurare Carperoctenſe Sacerdotium coram oporteret,adeſſe muneri minùs poterat:abdicauitque eò libentiùs,quòd ſciret Iam Cardinali Theatino amiciſſimo, ac Religioſæ diſciplinæ longè peritiſſimo deſtinatum. Prouinciam haud grauatè ſuſcepit Theatinus, in qua ſanè nec ſuo inſtituto,neque Ordinis tutelæ vlla ex parte defuit. Sed aggreſſus diligentiore ſtudio opus,plura confecit,quæ Congregationis ornamento ac fructui fuere. Enimuerò Præfecturas perpetuas,quæ,fraudata eximia aliorum virtute ac Zelo, conſeneſcere inter paucos videbantur,ſtatim aboleuit:æquiſſimum Religioſa in Republica imperandi genus exiſtimans,ſi non aut torperent, aut inſoleſcerent diuturnitate Moderatores;ſed iucunda quadam viciſſitudine reſumerent vires atque animos, ac ſinerent ſe regi qui rexerant. Tum inſtaurare Congregationis obſeruantiam cæpit, quæ obſo-*

Digitized by Google

obſoleuerat;inductis videlicet, ex ſuarum legum atque conſtitutionum præſcripto, priſcis moribus. Eccleſiarum potiſſimùm cultus vt refloreſceret,ſedulam planè operam poſuit:conſcripſitque ipſe cærimoniarum Commentariolum, cui in Eccleſiaſticis functionibus adamuſſim conformarentur. Libellum hunc vidit Ant. Caracciolus inter Flaminij Philonardi ſchedas; in quo peculiaris inſuper quædam forma, qua publica Religionis Vota conciperent,ſcripta cernebatur. Vndè luculenter conſtat, illud etiam Cardinalem Theatinum in animum induxiſse, vt ſuæ Fidei ac tutelæ commendati Religioſi viri illi, qui non dum ſe Votorum ſacramento obſtringebant,ſolenni ritu,reliquarum Regularium Sodalitatum more, profiterentur. Quod obtinere ipſe cùm non potuiſſet,Pius Pontifex V.poſtmodùm iuſſit,confecitque quod ille innuerat. Ioſeph Sylos in hiſt.par.1.lib.6.pag.218.

DISQVISITIO OCTAVA.

An Ordinis Patrum Prædicatorum,tùm Eremitarum S.Hieronymi,atque Germaniæ,Cardinalis Theatinus Protector fuit? Vrbis an viſitator? Vngariæ ne Regnum,ac Friſingenſem Epiſcopatum defendit? An Præfectus fuit ſacræ Pænitentiariæ & Congregationis Concilij? Præclarè ab eo geſta ſi quæ ſunt alia referantur.

P. Auguſtinus Oldoinus è Soc. Ieſu loc. cit. in Paulo III.

2 DOminicani Ordinis, & Eremitarum ſancti Hieronymi *Cardinalis Theatinus* Protector, Germaniam quoque fideli tutela defendit-------Vrbis Viſitator inſtitutus multa ad Dei Gloriam præſtitit. *De Romanæ Vrbis Viſitatione,*pag.316.*hæc Sylos ait:Patrum Princeps cùm eſſet, acceſſere ampliſſimæ item curæ,ac penè Pontificium ipſum onus in ipſum incubuit. Enimuerò Pontifex,cui vrgente iam inſenium ætate,moleſtiora eſſe cœperant aulæ negotia,quique ſua etiam ſponte amœnioris quidem erat genij, quàm vt frangi occupationibus pateretur: Theatinum quippè integerrimum, ac maximè adminiſtrationi parem,imponere ſummo iure Vrbanæ rei,ipſumque alterum penè Pontificē conſtituere decreuit. Libet à Pontificijs ijs literis,quibus iſthæc illi tributa authoritas, pauca excerpere,quæ ſic habent:* Nos conſiderantes, quòd tu, qui GENERIS NOBILITATE, LITERARVM SCIENTIA, ET RERVM EXPERIENTIA POLLES, AC INTEGRITATE MORVM, ET SINGVLARI IN DEVM PIETATE CORAM OMNIBVS REFVLGES; INGENIOQVE ET DEXTERITATE PLVRIMVM PRÆSTAS; ſecuritati,quietoque,& pacifico ſtatui dictæ Vrbis,ac bonæ directioni,& Regimini Eccleſiarum, Monaſteriorum,Hoſpitalium,& piorum locorum, nec non ſubleuationi carceratorum,& miſerabilium perſonarum,vt præfertur,oppreſſarum intendere facilè

Digitized by Google

facilè poteris, & eximiè ſcies, ac ſtudioſè voles: motu ſimili & ex certa noſtra Scientia &c. *Expendere officij ſui partes cœpit Cardinalis Theatinus: inductoſque in Vrbem prauos mores cùm abolere omnes cogitaret; ab ijs initium ſumẽdum ſibi perſuaſit, quos & abſoluere publica impunitas, & damnare bonorum Zelus maximè videbatur. Illud planè reprehenſibile, ac indecorum, quòd Quadrageſimæ, ac reliqua per annum ieiunia pauci iam obſeruabant; vt proſtare venalia, nulla temporum ratione, metuque legum, vetita vbique edulia cernerentur. Indignam ſacra Vrbe conſuetudinem delere, quòd edita paſſim decreta minimè potuiſſent, publica ipſe mulcta aggredi rem voluit. Semel namque, multo ſtipatus ſatellitio, ſacraque cum Inquiſitionis adminiſtris circumire ex inopinato cauponas, ac fora cœpit: tùm quidquid inibi carnium, ac volucrum, ciborumque iſtiuſmodi vendebatur, auferri iuſſit; muliſque clitellarijs, quos inanes pleroſque duci curauerat, impoſitum, per Vrbis noſocomia diſtribui. Iucundiſſimum tunc ſanè Romæ ſpectaculum fuit, improuiſo eo turbine decuti fora, aſportari inter populorum plauſus, & cauponum vociferationes præpoſtera exculenta, ditarique damnata ea copia pauperum Xenodochia.*

3 Sacræ Pœnitentiariæ Præfectus, & Sacræ Congregationis Concilij, cam primus rexit. *Pœnitentiariæ Congregatio, vt Virgilius Roſarius in ſuis commẽtarijs notat, in ipſius Cardinalis Theatini domo cogebatur. Eò namque conueniebant ex ampliſſimo Senatu Sanctacrucius, Creſcentius, Polus, Ardinghellus, & Antiſtites quinque, ſcilicet Epiſcopus Foroſempronianus, Capiferrius, Pontificis Datarius; Fabius Peregrinus, ſacræ tum Pœnitentiariæ Regens; Philippus Archintus, Epiſcopus Biturigenſis; & Romanæ Vrbis Vicarius. De Concilij verò Congregatione* par. 1. lib. 7. *Ioſephus Sylos hæc habet: Vt quædam Tridentini Concilij cum Romana Sede & Cathedra conſenſio, concentuſque eſſet; Purpuratorum Patrũ, eorum nempè, qui doctrinarum præſidijs, atque integritate morum excellere maximè videbantur, Congregationem Romæ excitauerat ſapientiſſimus Pontifex: in qua curari ac tranſigi maturiùs ea negotia Romæ poſſent, quæ à Tridentino Conuentu in dies nunciabantur; atque hinc ea monita ſubmitterentur, quæ viſa quàm opportuniſſima fuiſſent. Appellata hæc porrò fuit Congregatio Concilij, conſcriptiq; in ea fuere Cardinales omninò nouem: nempè Ioannes-Baptiſta de Monte, Marcellus Ceruinus, Pariſius, Corteſius, Badia, Creſcentius, Guidiccionius, Polus, & Carafa; qui aliquandiù eiuſdem ampliſſimi Cœtus Caput fuit: & cùm Pontifex, quo præſenti haberi mos erat, aut valetudine, aut negotiorum mole diſtinebatur, quò minùs intereſſet; in ædibus Cardinalis Theatini cogi ſolitum affirmat Ioannes Baptiſta Caracciolus, Epiſcopus Venafranus. Et verò eius Congregationis Præfectura collata Cardinali Theatino iure merito fuit, cùm ob inſignia ſolidiorum literarum ſtudia, ac Patrum omnigenam eruditionem: tùm quia amplificandæ orthodoxæ Religionis, inſectandæque Lutherianæ impietatis Zelo incitatiſſimus planè erat: tùm denique quòd Pontificiarum partium ſtudioſiſſimus in tuenda Romana aucto-*

Digitized by Google

ritate totus aderat. Enimuerò allegati Tridentum, qui Concilio ſummo iure præeſſent, tres ex ea, quam diximus, Congregatione, Auguſti Patres fuere; Viri, qua ſtudiorum ſplendore, quà innocentiæ fama celebratiſſimi: ſcilicet, Marcellus Ceruinus, Ioannes-Baptiſta de Monte, & Reginaldus Polus: quorum vt Ceruinus Pontifici vt æquum erat adhærebat; ita Polus Cæſari: nam tertius prudenti ac fortaſſe intempeſtiua quadam ſolertia vtebatur, vt neque Pontificem læderet, neque Cæſarem. Iam quòd Cardinali Theatino idem cum Ceruino animus ac mens eſſet; illum Congregationi Concilij impoſitum, hoc etiam nomine, Pontifex voluit: vt vterque, Tridenti ille, hic Romæ, ſupremæ Infulæ poteſtatem, maieſtatemque Romani Capitis propugnarent. Et verò, quia in Eccleſiæ magnitudinem, ac ſacrorum Principis dignitatem, vſque adeò incumbebat Cardinalis Theatinus, amabatur à Pontifice impenſiùs: qui quæ ad Concilij Patres, Legatoſque, perſcribi oporteret, non alij perſæpe committebat. Hactenus ille. Eademque habes apud Caracciolum lib. 3. cap. 8. *qui item ſcribit* cap. 7. *quanto is labore procurauerit firmatam anno* 1544. *Chriſtianorum Principum Pacem: uti Hercules Sadoletus, Cardinalis Sadoleti Nepos, diſertè in ſuo Poemate narrat.*

4 Vngariæ Regnum in ſuam fidem recepit. *De Vngariæ Regni Patrocinio* ſub an. 1551. pag. 307. *hæc Sylos: Eam ſibi porrò excellentis prudentiæ ſummæque apud Pontificem authoritatis famam, non modò Romæ, uerùm etiam foris, atque apud longè terrarum diſſitas gentes comparauerat Cardinalis Theatinus: ut eius ſe ſe fidei, ac patrocinio committere Vngarorum Proceres hoc anno decreuerint. Florentiſſima ea olim Gens, Regni longè clariſſimi opulentia, fortiſſimorum Regum uirtute, Procerum nobilitate ac indole, ſplendore opum, ac ipſa Religione fuit. Perduraſſet profectò ea Regni felicitas ſub Ferdinando Auſtriaco, cuius faſcibus, poſt Ioannis Vaiuodæ Regis fata, pactis cum eo conditionibus, accedere Pannoniæ imperium ritè debuit. At eius vt frænum excuterent, accerſitus Aulicorum potiùs quàm Reginæ conſilijs Solimanus: qui punica vſus fide, aliorum diſſidia ſuos in triumphos vertit: occupatoque dolo ac vi toto penè Regno, pulcherrimam illam Cæli ac ſoli faciem fœdauit, mores ac regiones corrupit: inductaque ſtatim cùm barbarorum Imperio tyrannis, ac præalta barbaries. Quæ pars Regni immunis ab ea clade, ac ſeruitute fuit, metuere ab efferatæ Gentis propinquitate, ac lue videbatur: ac præcipuè Catholicæ Religioni cauit; quam vt quæſito inſigni quodam præſidio tuerentur, amplificarentque Vngarorum Proceres, neminem profectò inter Romanos Patres inſpexere, quem Theatini virtus, atque amplitudo non anteiret; ac proindè qui complecti diligentiore quidem ſtudio, maiorique authoritate conuulſam Pannoniam poſſet, nullum eſſe exiſtimarunt. Ergo litteras ad illum ſigillis omninò quatuor, & viginti, ad eius Regni Procerum numerum, obſignatas, conſcripſere: quibus & Gentis calamitatem, & partem felicitatis, ſi in ſuam ipſe reciperet clientelam, explicantes; rem Vngaricam, diſtractæque potiſſimùm apud ipſos Religionis ne-*

go-

Digitized by Google

tium, ac patrocinium commendarunt. Pertulit has illi litteras Paulus Gregoriauecz, Electus Zagabriæ Antiſtes, Vir quidem egregia virtute, ac præſtantia morum inſignis; qui quo loco in eo Regno fides, ac ſacra eſſent, & quàm opportuna præſtantiſſimi Viri tutela afflictis adeò rebus accideret, voce etiam diſertè docuit: incitauitque Theatinum, vt curas magno operi, manumque adÿceret. Neque verò oblata is demetendæ ampliſſimæ ſegetis occaſione viſus labori, ac ſtudio ſuo pepercìſſe. Quamuis enim innumeris penè aliÿs, grauiſſimiſque Aulæ curis diſtractus, Procerum nihilominùs, Regnique poſtulatis, ac votis apprimè reſpondit; vt nihil omninò prætermiſerit, quo augere fidem orthodoxam, cauere populorum incolumitati, ac demereri omni officiorum genere eam gentem poſſet. Extant verò eius Regni litteræ, quas meminimus, inter ea ſcriptorum monumenta, quæ Epiſcopus Philonardus ab illata Caraſis clade eripuit, ſeruauitque, ceu paucas è naufragio tabulas; vt aliàs monuimus.

5 Ac Epiſcopatum Friſingenſem. *De eo Sylos* pag. 310. *hæc habet: Friſingiæ ſiquidem, quæ ampliſſima in Germania Prouincia eſt, Epiſcopatum in ſuam accepiſſe clientelam, ac fidem, compertum habemus. Quarè & hoc maximè nomine, & quòd totius etiam Germaniæ patrocinÿ, vti ſignificauimus, vices Romana in Aula adminiſtrabat; Leo, Friſingenſis Epiſcopus, litteras, ſequenti anno ineunte, ad illum compoſuit, quibus eius operam in ampliſſimo eo ſacerdotio, Pontificis authoritate, nutuque ineundo, poſcit; vtque reſtitui ſuis opibus, ac ſplendori Eccleſiam illam curaret, etiam, atque etiam rogat. Iam, vt qua integritatis, ac iuſtitiæ fama apud exteros eſſet Theatinus, lector intelligat; libet hanc epiſtolam ex parte exſcribere, quæ ſic habet. [Reuerendiſſime in Chriſto Pater, & Domine, Domine, & Princeps illuſtris. Cùm Nuncium meum ad Curiam pro capienda confirmatione electionis, nuper ad Eccleſiam Friſingenſem, per obitum prædeceſſoris vacantem, canonicè, & ſolenniter de me, licet indigno, factæ ablegaturus eſſem; idcòque inquirerem, quinam è veſtro ſacroſancto Senatu laudibus iuſtitiæ, prudentiæ, atque humanitatis eſſent cum primis celebres; Reuerendiſſima, & Illuſtris Paternitas Veſtra, vel primo loco eſt eo mihi nomine indicata. Ad eam igitur, tanquam Ariſtidem alterum, in prædicto negotio ſupplex confugio, vt illa cauſæ ſummam æquitatem beneuolè conſiderare, & notiſſimam huius Eccleſia nuditatem, & inopiam ſalubri ſuo ſuffragio ſubleuare clementer dignetur. Faciet in eo Reuerendiſs. & Illuſtris Paternitas Veſtra rem Deo cum primis gratam, ſupradictæ Eccleſiæ vtilem iuxtà, & neceſſariam, & planè ſuis quoque virtutibus dignam: meque hoc tàm inſigni beneficio ita deuinciet, vt in omni vita nihil ſim tanto animi deſiderio exoptaturus, quàm referendæ gratiæ qualemcumque occaſionem mihi aliquando oblatam iri. Reuerendi-*

Digitized by Google

rendiſſimæ,& Illuſtri Paternitati Veſtræ me,vt Cappellanum deuotum, ſimul cum vniuerſo Clero eiuſdem Friſingenſis Eccleſiæ quàm humillimè commendans.Datum Friſingæ die 16.Martij 1552.Complexus libẽter eſt hæc Leonis Friſingenſis Antiſtitis, eiuſque Eccleſiæ negotia, & commoda Cardinalis Theatinus;curauitque apud Pontificem peregregiè.*At Henrici Angliæ Regis cauſam quibus Auguſtis Patribus Paulus diſcutiendã commiſerat?*

P.Sfortia Pallauicinus è Soc.Ieſu S.R.E.Cardinalis in hiſt.Conc. Trid. lib.4.cap.7. editionis in fol.pag.369.& editionis in 4.pag.397.

6 Pontifex Henrici (*Angliæ Regis*) infanda adeò ſcelera in Conſiſtorio retulit---& Cardinales digniores elegit,qui de hoc deliberarent: fuereque Ghinucius---Campegius---Contarenus---& Carafa,ob iudiciũ & zelum æſtimatiſſimus,atque Regum in Aulis, Angliæ præſertim, verſatus.*Hactenus Card.Pallauicinus.An de Reformatione inſigne etiam Opuſculum edidit?*

P.Vincentius Faſſari è Soc.Ieſu in epiſt.ad Fr.M.M.an.1664.

7 Paulum IV. ante Pontificatum ſanctitatis nota inſignem fuiſſe nulli dubium eſt.Verèque de eo in vita Papirius Maſſonius habet:Suſcepto Cardinalatus honore ita functus eſt,vt nemo meliùs.Et Marcus Mãtua Patau.in Tractatu de Concilio:Eſt Igitur ex his,inquit,qui laboranti Eccleſiæ ſuccurrêre, Cardinalis Theatinus,vir Sanctiſſimus,literis cum Græcis,tùm etiam Latinis,& Hebraicis,adeò pariter eruditus,ſacrarumque literarum lectione ſupra modum exercitatus,vt illo ipſo ſatis ornata eſſe poſſit Reſpublica Chriſtiana,etiamſi omnibus alijs eſſet penitùs deſtituta. Sic ille. Scio eundem Cardinalem Romam accerſitum fuiſse, vt inducendæ ſeuerioris diſciplinæ leges accuratè perſcriberet. At tunc Opus edidit,de quo Hieronymus Henninges Hæret. to. 4. Theatri Genealogici fol.1085.ſic ait:Ioannes-Petrus Carafa ad Paulum III. Papam de emendanda Eccleſia librum ſcripſit.*Is liber anno 1538.ab Antonio Blando Cameræ Impreſſore typis editus eſt:& dein ſecundo tomo Conciliorum Germanicæ Editionis inſertus: habetque vt ſubdit Caracciolus* in vita lib. 3. cap. 2. *& Sylos* in hiſtor.par.1.lib.6.fol.196.& 197.*hæc capita. I. De Ordinatione Clericorum. II. De collatione Beneficiorum & Epiſcopatuum.III. De Conſtitutione Penſionum.IV.De Pactis ſuper Beneficijs. V. De ſeruanda Clementina ſuper filijs Presbyterorum.VI. De Expectatiuis. VII.De Incompatibilibus.VIII. Quod Cardinalibus non commendentur Epiſcopatus, ſed dentur omnibus æquales redditus. IX. Ne Epiſcopi & Curati abſint à ſuis Eccleſijs,niſi cum licentia, & breui ſpatio. X. De reuocandis Cardinalibus ad Curiam. XI. De impedimentis,quæ inferũtur Epiſcopis,in gubernatione ouium ſuarum. XII. De Conuent.abolendis,& Prædi-*

Digitized by Google

dicatoribus,& Confeſſoribus examinandis. XIII. Ne Legati ac Nuntij lucrentur ex vſu clauium. XIV. De Cura Monialium auferenda à Conuent. XV. De Diſputationibus publicis,& librorum impreſſionibus. XVI. De Colloquijs Eraſmi. XVII. De Apoſtatis repellendis. XVIII. De Quæſtionibus ſancti Spiritus,& ſancti Antonij. XIX. De diſpenſatione conſtituti in ſacris. XX. Item de alijs diſpēſationibus. XXI. Contra abſolutionem Simoniaci. XXII. Contra licentiam teſtandi. XXIII. De Confeſſionalibus, Indulgentijs, & Votorum commutationibus. XXIV. *Contra commutationes voluntatis Teſtatorum.* XXV. *Contra Sacerdotes ſordidos celebrantes.* XXVI. *De honoribus meretricum cohibendis.* XXVII. *De Inimicitijs componendis.* XXVIII. *De Hoſpitalibus, Viduis, & Pupillis. Et verò, inquit Sylos, vt bonis omnibus pergratum, ita flagitioſis, Hæreticis præcipuè, qui ſenſere illicò, quæ uis, tormentumque ſuperſtitioni, corruptiſque moribus admoueretur, non minimùm moleſtiæ ac formidini id emendandæ Eccleſiæ conſilium fuit. Quocirca moliri & ipſi machinas ac ſcriptiones ſuas. Hi fuere Lutherus ipſe, ſcelerum ſentina & fax, & doctor Sturmius. Ille Germanicè, hic Latinè ſcripſit. Vterque cùm nihil ſani doctique haberent, quod funderent, maledictis acrioribus, in Romanam Aulam, ac Sacra, ſcatere Commentarios ſuos inurbanè ac impiè voluere: recepto nimirum Hæreticorum vſu, quibus idem pectori ac ſtylo ineſt liuor; ac deſtitutas ſuo pondere rationes iniuriarum lenocinio ſubornant, vt ſuis imponant. Hæc ille. De eo emendationis opere viri docti ex Societate Ieſu quid ſentiunt?*

P. Antonius Poſſeuinus è Soc. Ieſu in apparatu ſacro §. Editiones Conciliorum fol. 342.

8 Coloniæ iterum ſtudio Laurentij Surij editi ſunt tomi quatuor Conciliorum. Poſteà Surianæ editioni ſucceſſit Veneta. Atquì cùm de hac editione ſuſtuliſſent aliquot Opuſcula, inter quæ erat Reformatio quædam tempore Pauli III. Pont. Maximi, quæ in alia editione fuerat, quæue alibi non reperiuntur, id incommodè cecidit. Valent enim ad veritatem & ingenuitatem S. Apoſtolicæ Sedis indicandam; & ad rationem remediaque cadenti diſciplinæ Eccleſiaſticæ adhibenda.

---

1 *Magnanimitatis Apoſtolicæ facinus edidit, cùm ſanctæ Sedis honori conſulens, eam aduerſus primarios quoſque-- Principum miniſtros intrepidè propugnauit. Vbi enim---cuiuſdam Orator nonnulla in Conſiſtorio---de conuocatione ac celebratione Synodorum generalium, quæ maieſtati & poteſtati Eccleſiaſticæ contraria uidebantur, in medium attuliſſet; Cardinalis Carafa in medium exurgens, opponenſq; ſe murum pro domo Dei, & reſumendum ſibi verbum ratus, ſic Pontificem affatus eſt: Non eſt, inquit, tuum, ò Beatiſſime Paule, qui Iudex omnium ſedes, rei propoſitæ reſpondere. Lex enim ſeu Magiſtratus non diſputat, ſed iubet: verum mihi, qui inter hos Patres ſolam ætatis habeo prærogatiuam, incumbit, pro veritatis & Eccleſiæ cauſa, quæ impugnatur, dicere. Moxque ſubmiſſo poplite, ſubiunxit Pontifici:* Iube

me Domne benedicere. *Qui elata manu, & ſigno Crucis facto annuens, Caraſæ Cardinali loquendi facultatem tribuit, his verbis:* Dominus ſit in corde tuo & in labijs tuis. *Tùm ille, quà erat eximia facundia, nec minore doctrina præditus, Oratoris argumenta, tanquam aranearum telas nullo negotio diſrupit: totumque Concilij negotium, qua de re tunc agebatur, ad Romanum Antiſtitem, ſummũ Chriſti Domini in terris Vicarium---pertinere, ſolidiſſimè, grauiſſimè, & efficaciſſimè, audientibus & ſtupentibus cunctis probauit-----Sanè tantæ fuit authoritatis apud omnes, tãtamque vim & animi grauitatem præ ſe tulit in omni vitæ ſuæ decurſu, vt cùm adhuc inter Theatinos, qui ab eo nomen acceperunt, verſaretur, dimiſſo iam Epiſcopatu, ac Veronæ apud Matthæum Gibertum præſtantiſſimum Epiſcopum, ſibique in primis amiciſſimum, fortè diuerſaretur, Veneto cuidam Patritio illius Vrbis Præfecto, qui Excommunicationis, in quam inciderat, abſolutionem in Epiſcopio aut æde Sacra petere, & ſolemni ritu obtinere detrectabat, publicè obuius, & rei cõſcius, primo hominis aſpectu nihil dubitans, terribili obtutu, voceque, illum ita compellarit:* Heus tu, *inquit*, genua flecte, & ab Epiſcopo tuo veniam pete. *Quibus ille territus verbis extemplò paruit----In conclauibus porrò, ſeu Cardinalium Comitijs Sede vacante habitis, ipſe tanto interuallo ceteros Patrum authoritate ſuperauit, vt Pontificem ſe habere etiam Pontifice orbatis videretur. Ipſe enim contra ſanctorum Patrum ſtatuta, & antiquorum Canonum Regulam, grauiter peccantes publicè ac liberè redarguebat: inuehique ſolebat in prauas quorundam artes captandi Pontificatus, adeò vt aliquandò palàm, frequente ipſorum Cardinalium cœtu, dicere non ſit veritus, ſignificatum ſibi fuiſſe, ſurrexiſſe inter fratres, hoc eſt è medio ſacri Collegij, quendam Simonem Magum: quod ſi ita eſſet, denuntiare ſe illi ex tunc iram Dei capiti eius proximè impendentem. Neque verò de illa animi ſui ſenſum aperiendi libertate aliquid remittebat vnquam timore vllo maleuolentiæ, aut inuidiæ, quam in ſe ea ratione concitaret, aut ne ſibi his modis aditum ad ſummum Pontificatum præcluderet. Eo ſiquidem erat igne diuini honoris accenſus, vt præ illo quamlibet magnam dignitatem faſtidiret, ac nihili propemodùm faceret.* Ludouicus Donius d'Attichy Epiſc. Æduenſis in flor. Card. to. 3. pag. 143. & 144.

DISQVISITIO NONA.

Quanta fuit Cardinalis Caraſæ authoritas apud omnes? Narretur iterum quod Veronæ cum illius Vrbis Rectore ac Epiſcopo Giberto patrauerat. Oratorem in Conſiſtorio quomodò olim ac diſertiſſimè confutauit? An meruit ſudorẽ vt Pontifex propria illi manu detergeret?

P. Auguſtinus Oldoinus è Soc. Ieſu loc. cit. in Paulo III.

2 FVit in eo non modò zelus Fidei, ac Religionis tuendæ propagandæque ardentiſſimus; ſed etiam tantæ authoritatis apud omnes, tan-

tantamque oris & animi grauitatem præ ſe tulit in omni vitæ ſuæ decurſu,vt cùm adhuc inter Theatinos verſaretur,ac Veronæ apud Matthæũ Gibertum,præſtantiſſimum Epiſcopum, ſibique in primis amiciſſimum fortè diuerſaretur; Veneto cuidam Patritio,illius Vrbis Præfecto,qui in Excommunicationis laqueum inciderat, abſolutionem in Epiſcopio aut æde Sacra petere , & ſolemni ritu obtinere detrectabat ; publicè obuius,& rei conſcius,primo hominis aſpectu nihil dubitans,terribili obtutu voceque,illum ita compellarit: HEVS TV, *inquit*, GENVA FLECTE , ET AB EPISCOPO TVO VENIAM PETE. Quibus ille territus verbis extemplò paruit. Solebatque poſteà fateri, ſe Theatini Præſulis perculſum imperio ad eam demiſſionem Eccleſiaſticæ Indulgentiæ implorandæ deueniſſe. *Et ſupra*; Pontificiam,*inquit*,poteſtatem inſigni pectoris robore defendit. Cùm aliquando Orator quidã Magni Principis nonnulla,quæ Eccleſiaſticæ Maieſtati,& poteſtati aduerſari videbantur,in Conſiſtorio pronunciaſſet; Pontificem ſummum huic Oratori reſpondere par non eſt,dixit Carafa:id ad me,qui Concilij cœtui præſum pertinet.Et ſubmiſſo poplite,ijs verbis, Iube Domne benedicere,pronunciatis; cùm Pauli dexteram ſignum Crucis efficientem aſpexiſſet;& linguam,Dominus ſit in corde tuo & in labijs tuis, dicentẽ audiuiſſet; *Latinè*, doctè ac diſertè, magna loquendi libertate Oratoris argumenta confutauit: & Concilij negotium ad Romanum Antiſtem ſummum,Chriſti Vicarium, non autem ad terrenarum ditionum Principes,qui filij non magiſtri eius ſunt, pertinere , MAGNA AVDIENTIVM ADMIRATIONE oſtendit. *Hactenus P.Oldoinus.Idemque traditur in additione Andreæ Victorelli ab eo rurſus impreſſa.Et*

P.Ioannes Rhò è Soc.Ieſu de varijs virt.hiſtor.lib.1.cap.2.num.1.fol.150.

3 Quum ſacro in Purpuratorum Patrum Conuentu , coram Pontifice,*Magni cuiuſdam Principis* Legatus ferociùs, quàm pro ſacri Senatus Maieſtate,& Pontificis ac Patrum ſanctitate , locutus videretur , aſsurgens *(Cardinalis Carafa)* atque à Pontifice impetrata venia dicendi , liberrima, *(ſemperque Latina)* oratione,Legati audaciam caſtigauit , ac ne porrò hiſcere auderet,pudorem incuſſit: MERVITQVE VT FRONTIS SVDOREM PONTIFEX , dimiſso Senatu , PROPRIA DETERGERET MANV ; grandi ſi hoc ageretur apud homines mercede:ſed altiora Carafa ſequebatur.Nimirum, vt lenimentis lenta redeat valetudo, ita præciſo abruptoque reprehenſionum genere ſerpentibus grauioribuſque morbis,veluti cauterio,obuiam eundum eſt. *Capita habita à Cardinali Theatino diſertiſſimæ orationis narrat Caracciolus* lib. 3. cap. 8. *&* *Sylos* par. 1. lib. 8. pag. 297. *vbi, Pontifex, ait, vt finem dicendi fecit Cardinalis Theatinus,ſua ipſe manu manãtem fronte ac vultu ſudorem abſterſit. Tùm*

ad

ad Nepotes ſuos: Mirabilem hunc virum, inquit (hac ab illo appellatione Theatinum nominatum narrat Panuinius) honeſtare pro meritis digniſque honoribus, vt votum eſſet, cumulare ipſe nequeo: vobis eximia hæc virtus, animique magnitudo relinquitur amplificanda. Quo non obſcurè monere eos voluit, ut digniſſimum ſũma Inſula caput, ad id ipſi faſtigij dignitatiſque poſteà prouocarent.

---

1 *Præclaro ſuo inſtituto, ac ſingulorum profectui conſultum iri putarunt Somaſceni Patres, ſi in Theatinos, eorumque Ordinem abirent; vnumque cum illis, & corpus, & mens eſſet. Cœpta res agitari inter illos ſeriùs: vtque noſtras leges, viuendique rationes propiùs, atque accuratiùs inſpicerent; quandam noſtræ adminiſtrationis, morumque formam anno præterito à Bernardino Schotto, qui Præpoſitum Venetæ Domus agebat, efflagitarunt; qui compoſitis ad eos litteris, quæ penes nos ſunt, pauca illa noſtrarum Conſtitutionum capita, ac veluti ſemina, quæ ſcripta olim ad Epiſcopum Gibertum memorauimus, confeſtim miſit; quibus perlectis, in capeſſendo noſtro Inſtituto animum mirificè obfirmarunt. Quarè, cùm grauiſſimum negotium expediri, niſi à tota Congregatione non poſſet, opportuna rei peragendæ, huius anni Comitia, quæ haberi Venetijs ſciebant, exiſtimarunt; vtque cœpta iam eſſe intellexere, quatuor illicò è primæ notæ ac nominis Patribus coactos vnà Noſtros conuenere: ac propoſito communi ſuæ Congregationis conſilio, votoque, ſummis precibus rogare, vt qui coniuncti iam animo, affectuque erant, necti vna, eademque diſciplina, admittique in noſtram familiam contingeret. Cauſam prolixiùs perorarunt; eo potiſſimùm incitamento, quòd ſicuti cum ingenti ſui ipſorum compendio futuram eã coniunctionem, nexumque pro certo habebant; ita non dubitarent, & in rem etiam Theatinam fore: certè adauctis copijs, iunctiſque vna viribus, atque animis, cùm proximorum ſaluti, tùm diuinæ gloriæ, fructuoſiùs, ac generoſiùs, vtramque diſciplinam militaturam. Pergrata Noſtris ea Patrum religioſiſſimorum uoluntas fuit, & qui negotium non exigui quidem momenti eſſe intelligebant, ac maius profectò, quàm vt poſſet breui, atque à ſolis ipſis confici, reſponderunt, perſuaſum habere ſe, communem, magnamque in vtrumque Ordinem ab ea vnione vtilitatem deriuaturam; ſed rem eſſe diutiùs examinandam, nec ſine Patrum, qui Neapoli commorabantur, conſultatione, quos probè de re Somaſcena certiores reddi oportebat. Permitterent igitur, vt negotium mora, & conſilio explorarent; quicquid ſubindè decreuiſſent, nunciaturos. Res verò, vt luculentiùs, atque ad hiſtoriæ fidem conſtet, libet hìc Venetorum Patrum ad Neapolitanos, quas modò laudauimus, litteras recitare, quarum autographum in Neapolitano Paulinæ Domus Tabulario habetur----- Ergo poſt nonnulla, quæ pertractata inter ipſos memorãtur, hæc ſtatim Patres. [Interea temporis peruenere huc quatuor è primoribus Somaſcenæ Congregationis Patribus, qui ſuorum omnium nomine petiere, atque enixiùs rogarunt, vt eos complecti, atque inter nos ipſos admittere placeret; cauſaſque adnumerarunt quàm plurimas, quibus fore, vt res diuino honori, animorum utilitati, ac utriuſque Sodalitatis adiumento*

mento

Digitized by Google

mento cederet, nobis ipſi perſuaderemus. Decreuere autem ex ijs Sacerdotibus, & Clericis plerique ad omnem regularis inſtituti amuſſim vitam, moreſque exigere, conceptis publicè Religionis votis: vtque faciliùs impetrent, modum aliquem, ac tẽperamentum educationi puerorum ſtatuere: tùm, è ſuis domicilijs illa retinere, aut deſerere, quæ viſa nobis fuerint: ea denique præſtare omnia pollicentur, quæ nobis ſederint: idque tanta animi demiſſione, quantam enarrare prolixiùs fuerit. Paucis reſponſum: putare & nos, id è re futurum vtriuſque Congregationis: ſed excuti ſtudioſiùs oportere, atque ea omnia diligenter inſpicere, & curare, quibus confici, ac firmari grauiſſimum negotium poſſit. Efflagitandam prætereà diximus veſtrum omnium ſententiam, quos de commodis, fructuque, quem ipſi in rem communem promanaturum prædicant, condoceſieri neceſſe eſt; quod enimuerò præſtari minùs poſſe exiſtimamus, antequam è Noſtratibus aliquis de eorum domicilijs, de inſtituto, de ſtatu rerum accuratè edoctus, vos poſteà moneat. Eapropter ſtatuimus, fratrem noſtrum Bernardinum presbyterum, & Ioannem Antonium, vnà cum quibuſdam ex ijs Patribus adlegare, vt eius Congregationis loca, præcipuè Ticinenſem videant: vbi ſacram Ædiculam, ac domicilium excitatum ſcimus, ita vt exerceri iam Dei cultus, & communis diſciplina Noſtratum more poſſit; atque eò iam nonnullos ex ijs Sacerdotibus, & Clericis, qui obſtringi votorum ſacramento in animũ induxere, conueniſſe; & cùm ijs ſecularem quendam Sacerdotem, prædiuitem, qui pijs operibus addictus, de conſtruenda, amplificandaque domo cogitat. Ac proindè ſperare ſe Patres non exigua, affirmant: præſertim cùm pleriſque iam relictis domicilijs, in opportunioribus conſiſtant, in educandis, formandiſque pueris non admodũ multis, occupati; quorum qui ſacris Ordinibus idonei videntur, ad Dei cultum erudiuntur. Eſſe porrò ex ijs quàm plurimos præclaræ omninò indolis, præſtantiſque ingenij, Græcis, Latiniſque litteris haud mediocriter initiatos, Theologiæ, ſacræque Scripturæ ſtudijs admouendos. Hæc in præſenti habuimus, quæ monere vos duximus; nunciaturi, quæ nobis Bernardinus noſter in dies ſignificauerit, vt vnà conſulere, ac ferre ſententiam veſtram poſſitis.] Ioſeph Sylos in hiſt. par. 1. lib. 7. pag. 250.

DISQVISITIO DECIMA.

Num Cardinalis Carafa Hieronymum Æmilianum, Venerabilem Somaſceni Ordinis Fũdatorem, Romam euocauit, vt Orphanorum & puellarum domicilium inſtitueret? Somaſcenam deindè Congregationem cur & quomodò cum Theatina coniunxit? Datæ ab eo literæ recitentur.

P. Ioannes Bollandus è Soc. Ieſu 8. Febr. fol. 260. col. 2. num. 63.

2 CVm per eos dies à Ioanne-Petro Carafa iam Cardinali, cui (*Hieronymus*) ſe totum, vt anteà dixi, permiſerat, literas accepiſſet,

Digitized by Google

quibus Romam perbenignè inuitabatur, vt ea in Vrbe,alijſque Pontificiæ ditionis Ciuitatibus, eadem charitatis officia exequeretur; ſuoque exemplo multos ad eandem pietatem excitaret (nullum enim adhuc Romæ inſtitutum erat Orphanorum domicilium, nullum puellarum) ille quadam die,communi oratione cum alijs perſoluta,ita de Cardinalis Carafæ voluntate ad eos retulit; vt diceret ſe,eodem tempore,diuerſis planè locis,à duobus accerſiri,Romam quidem à Carafa,à Domino autem in Cælum.Tùm adiecit:Sed Cæleſte iter Romano haud dubiè breui preferetur.Quod ab eo dictum non-ſine certa futuri euentus præſentione, non multò poſt res ipſa comprobauit..*Et ibidem fol.*219.*num.*10.

3 Poſtmodùm *cùm Hieronymus Aemilianus ſanctè è vita ceſſiſſet*, (verba ſunt Barboſæ) Ioannes-Petrus Carafa, Cardinalis Theatinus vniuit Theatinorum Congregationem cum hac Somaſchenſi, vt piorum Operum curam ſuſcipiat,eaque omnia pietatis munia peragat: quod Somaſchenſi in virtute ſanctæ Obedientiæ præcipitur, vt in ſuis literis *eſt videre* ſub Dat.Romæ in proprijs Ædibus VIII.Nouembris MDXLXI---Eas literas exhibet Sylos lib.7.hiſt.in quibus hac verba leguntur:

4 Venerabiles fratres in Domino æternam ſalutem. Scripſerunt ad nos nuper dilecti nobis in Chriſto Auguſtinus, & alij Clerici, ac deuoti Laici,qui in pleriſque iſtius Prouinciæ locis operibus pietatis intenti,curam præcipuè educandorum in Dei timore,& in bonis artibus pauperum orphanorum ſolicitè ſuſceperunt,nos magna cum inſtantia requirentes, vt nos illos in noſtros agnoſcere,ac ſuſcipere vellemus,neq;eorum ſpem, quam ab exordio inceptionis ſuæ in noſtro præſidio collocaſſent, fruſtrari pateremur. Quandoquidem illorum operum fundamenta noſtris auſpicijs iacta eſſent,noſque ad eos tùm,cùm Venetijs eſſemus,bonę memoriæ Hieronymum Æmilianum,noſtrum in Chriſto dilectiſſimum fratrem,deſtinaſſe;quo Duce eadem opera,& cœpta,& ita, Domino fauente,aucta ſint, vt non abſque multarum animarum profectu Domum Dei grato odore repleuerint:quin etiam nonnulli ex eis de virtute in virtutẽ ambulantes,eòuſque,Domino inſpirante,progreſſi ſint, vt ad noſtrum regulare Inſtitutum conuolare deſiderent,ſeque penitùs ſub iugo eiuſdẽ Regulæ diuinis obſequijs mancipare.Acceſſit ad hæc etiam Venerabilis fratris noſtri,presbyteri Bernardini Sabinenſis de illorum vita, & moribus,deque ſtudio deuotionis,ac feruore charitatis,nec non etiam de veſtro iudicio fida relatio,quæ apud nos meritò plurimùm valuit;& vt magis ex animo huic negotio incumberemus,effecit. Quarè in primis nobis viſum fuit,vt idem Presbyter Bernardinus,frater noſter,iuxtà præſcriptũ veſtrum,Neapolim pergeret,& fratrum noſtrorum, qui ibi Domino famulantur,ſuper hac re ſententiam exploraret:ſed cùm intrà paucos dies indè rediens,de vnanimi eorundem fratrum conſenſu ad nos litteras attulis-

tuliſ-

tuliſſet; nos omnipotenti Deo gratias agentes, & de eius benignitate ſperantes,de his rebus omnibus Sanctiſſimum D.N. conſulendum duximus,vt qui Dei vices gerit in terris,eiuſdem Dei,& Domini noſtri ſuper hac re voluntatem ſuo nobis oraculo aperiret. Quamobrem idem Sanctiſſimus in Chriſto Pater,& D.N.D. Paulus,diuina prouidentia Papa Tertius,viuæ vocis oraculo nobis hoc negotium demandauit,& vt illud in noſtram fidem reciperemus,iniunxit;atque vt vos hortarer in Domino;& nihilominùs nomine,& auctoritate Sanctitatis ſuæ,vobis in virtute ſanctæ Obedientiæ præcipiendo,mandarem, vt eorundem piorum operum curam pro Dei amore, & pro ſanctæ Sedis reuerentia, vos ſuſcipere deberetis,& illis ita diligenter intendere, vt ex veſtro regimine eadem opera de bono in melius cum ſalute animarum, & cum diuini Nominis honore procedant.Et cùm vos de his omnibus,quæ circa eadem opera experimento didiceritis,nos certiores reddere curabitis,idem Sanctiſſimus D.N.ex noſtra fideli relatione intelligat,quid ſit ſuper toto hoc negotio per Sanctitatem ſuam, & per eãdem ſanctam Sedem Apoſtolicam ſtatuendum.Nos igitur cupientes in omnibus,vt debemus, eiuſdem Sãctiſſimi Domini Noſtri parere mandatis,hoc onus in nos,confiſi de diuini auxilij largitate,ſuſcipimus;& vos omnes, fratres cariſſimi, hortamur in Domino,ſed & vobis,auctoritate nobis tradita,in virtute ſanctę Obedientiæ præcipiendo,mandamus, vt ſupradictorum piorum operum, & perſonarum, in eis quomodolibet pro tempore ſeruientium, curam, & adminiſtrationem ſuſcipere debeatis;& ex eiſdem perſonis, ſi qui Clerici,vel Laici ad veſtram profeſſionem,Domino vocante,aſpirauerint,qui tamen vobis ſecundùm Deum videbuntur idonei,illos ad probationem, & profeſſionem recipere;& tàm ex illis,poſtquàm probati fuerint,quàm ex vobis ipſis idoneos rectores,& gubernatores eligere,qui adminiſtrãdis ſupradictis pijs operibus,& in ſinceritate fidei,& ſanctitate morum educandis,& erudiendis iuuenibus præponantur, ac pro eorundem iuuenum qualitate,& ingeniorum diuerſitate,ſiue in litterarum ſtudijs,ſiue in mechanicis artibus dirigendis,& inſtituendis, viros in primis fideles, & honeſtos,& earum rerum peritos,conſtituere,vel conducere;& tàm illis,quàm cæteris perſonis ſeruientibus ſupradictis curam,& adminiſtrationem in temporalibus,& ſpiritualibus diligentem impendere, & illis omnibus Eccleſiaſtica Sacramẽta miniſtrare:& omnibus priuilegijs, tàm vobis,quàm illis hactenùs conceſſis, vel in poſterùm concedendis, vti, potiri,& gaudere,vt liberè,& licitè poſſitis,& valeatis,eadem Apoſtolica auctoritate,nobis ſpecialiter tradita in hac parte, vobis concedimus, & indulgemus, contrarijs non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ in Ædibus noſtris die octaua Menſis Nouembris MDXLVI. Hæc ibi:quibus à Barboſa ſummatim deſcriptis,ſuccenſet ei Sylos,quòd de

Digitized by Google

hac Ordinum coniunctione, inquit, perindè loquatur, ac ſi non ipſi Somaſcheni ſummis precibus cum noſtris egerint, vt reciperentur. Quod Barboſa non negat: ſed vt lectori minùs neceſſarium omittit. *Ita P. Bollandus.*

---

1 *Cardinalis Theatinus corruptam iã Ochini mentem nõ vno, vt innuimus, teſtimonio didicerat: verùm vt tanti nominis ac dignitatis virum reſciuit, à ſuo tandem Ordine, atque à Fide, ad Hæreticorum partes deſciuiſſe, ac miſiſſe poſt paulò impiam de fuga ſuæ conſilio ad Pontificem Apologiam, in qua contumeliarum plauſtra in Romanam Fidem, in ſummum Chriſti Vicarium, in Catholicum nomen effunderet: commiſeratus præcipitem viri caſum, mentiſque abalienationem epiſtolam ad ipſum lucubrauit, dignam planè, quam aut ipſemet, aut Chryſoſtomus exaraſſet. Nàm præter eximium, ardentemque Fidei Zelum, quo reuocare ad ſuam frugem impium transfugam, ac deſertorem Religionis ſtudet, quæſitis è ſacra Scriptura verbis, admirando quodam genere eloquentiæ, ac ſermone planè diſerto acerrimoque, illum prolixiùs increpat monetque. Ne egregia hac lectorem paræneſi fraudemus, illam hic ex Ioanne-Baptiſta Tufo exſcripſimus.* Ioſeph Sylos in hiſtor. par. 1. lib. 6. pag. 213.

DISQVISITIO VNDECIMA.

Ad Bernardinum Ochinum Cardinalis Carafa num epiſtolam ſcripſit, vt ad ſaniorem mentem, Romanamque Fidem, à qua deſciuerat, mulcendo ac deterrendo reduceret? An demum Ochinus errores ſuos eierauit, & in odium fidei interfectus fuit ab Hæreticis?

P. Ioannes Rhò è Soc. Ieſu interrog. 6. fol. 94.

2 CVR Bouerio, in Ochiniana hiſtoria, ſumma fide ac diligentia verſanti, non credam? *Qui ſub ann.* 1543. *num.* 32. *fol.* 542. *de Bernardino ſic habet:* Certum eſt, Hæretico illum Spiritu exagitatum, cùm primùm Catholicę Fidei nuncium remiſit, in Geneuenſem Vrbem ſe fuga recepiſſe: atque indè cùm Apologiam illam, dira conuitia aduerſus Romanam Eccleſiam euomentem ad Pontificem miſiſſet: pleroſque ex Catholicis Viris compulit, vt in eam ſtylum perſtringerent. Inter quos IOANNES-PETRVS CARAFA, TVNC S.R.E. CARDINALIS, qui deindè Pontifex fuit, Pauli IV. nomine nuncupatus, PARÆNETICAM EPISTOLAM, OMNI PIETATE REFERTAM, STYLO ELEGANTIORI AD EVM SCRIPSIT---his verbis.

3 Quid tibi in mentem venit, ò Bernardine? Quis te Domini malus, velut reprobum olim Iſraeliticum Regem, arripuit ſpiritus? Pater mi,

Pater

Pater mi,currus Iſrael,& auriga,quem paulò ante,quaſi in ſpiritu,& virtute Eliæ aſcendentem mirabamur in Cælum;quid modò cum curribus, & equis Pharaonis deſcendentem dolemus in Infernum?Quomodò cecidiſti Lucifer,qui manè oriebaris?Quomodò obſcuratũ eſt aurum, & mutatus eſt color optimus, argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, vinũ tuum mixtum eſt aqua: Vinea Dei electa,vinea delicioſa, vinea fertilis, quæ ſuauiſſimos botros proferebas,quomodò conuerſa es in amaritudinẽ vitis alienæ?Expectatus vt faceres vuas,quid tàm acidas feciſti labruſcas?Qui dulciſſimos filios tuos inebriabas,quomodò acetum,& amariſſimum fel propinas?Qui nutriebaris in croceis,quomodò amplexatus es ſtercora?Quid orbatum lugemus,& ſterilem,quem innumerabilium videbamus Patrem lætantem filiorum? Totus ad te confluebat Italicus populus,totus inter vbera tua morabatur. Tu terram prodidiſti, tu populum occidiſti. O delire ſenex, quis te faſcinauit, vt alterum tibi confingeres Chriſtum, quem à Catholica Eccleſia non didiciſti? Vt te ad aliud conuerteres Euangelium, quod ab vberibus matris tuæ non ſuxiſti?Tu ſignaculum ſimilitudinis,tu præco Altiſſimi, tu tuba longè latèq; ſonans,tu plenus doctrina,tu decorus ſcientia,tu Cherubin,extinctus,& protegens,tu in delicijs Paradiſi fuiſti;poſuit te Dominus in monte ſancto ſuo,poſuit te in lucernam ſuper candelabrum,poſuit in ſalem populorum,poſuit columnam in templo ſuo,poſuit te cuſtodem in vineis,poſuit te paſcere gregem populi ſui: & eleuatum eſt cor tuum in decore tuo,perdidiſti ſapientiam tuam in altitudine ſuperbiæ tuæ,in multitudine iniquitatum tuarum polluiſti ſanctificationem tuam,proieciſti ſermones eius retrorſum,conuertiſti te ad idola domus Iſrael,libaſti Baalim, factus in laqueum,& in ſcandalum vniuerſo mundo: idcirco proiecit te in terram,&quaſi ſal infatuatum emiſit foras,vt conculceris ab hominibus:omnes,qui viderunt te;omnes,qui te audierunt,obſtupeſcunt ſuper te,quia nihil factus,& nihil eris,morte incircumciſorum morieris in terra aliena.O,inquam,delire ſenex,an non cognoſcis, has omnes propheticas voces in te eſſe completas?Has non ignoras vir doctiſſimus;hæ nõ te latent, virum in ſacris litteris eruditum. Ah quàm magnus eras, Bernardine,in oculis omnium;ſi in oculis tuis paruus eſſe voluiſſes. Ah quã pulcher eras,& ſpecioſus;niſi ſpeciem ipſe tuam adamaſſes,niſi vmbram ipſe tuam captare contendens,veram pulchritudinem, teque ipſum miſerè demerſiſſes.Conſartum illud ſacrum tuum rude,rubentes pileos, & Pontificum mitras ſuperabat;nuditas tua, purpurea, pretioſaque operimenta vincebat;nobile illud ſtratum tuum in crate,ac tabulis,molliſſimis cubilibus delicioſius poterat æſtimari;profunda illa tua, & admiranda paupertas omnes terræ diuitias poſſidebat; exaltata erat in mundo, & vſque ad Cælos gloria tua:modò traditus in reprobum ſenſum,factus es

in

in deriſum omni populo, canticum eorum tota die. Vt quid tàm malè propter te hodiè audit Euangelicum miniſterium? Tàm malè tractatur Monaſticum nomen? An non pudet, ſenem ab infantia Chriſtianum, à pueritia Deo dicatum, ad tantam inſaniam deueniſſe, vt in graui hac ętate tua ea vel facere, vel dicere, non erubeſcas, quæ nec Ethnici faciunt, nec Publicani? Tu extremam iam paupertatem ſemel & ſecundò profeſſus; modò pecuniam contrectas, modò auro ſuffarcinaris, modò pauperis pœnitet Chriſti? Tu antiqua, conſuetaque Ordinis tui abſtinentia minimè contentus, nouum tibi, ac ſectatoribus tuis viuendi rigorem induxeras, longiores vigilias, acriores inedias, aſperius indumentum, duriora ieiunia, humilioris corporis nuditatem, arctiorem denique rerum omnium egeſtatem. Hæc tu Magiſter induxiſti; hæc tu in prouecta iam, & ſenili ætate probaſti; nulla hic adoleſcentiæ excuſatio, nullus errori relinquitur locus. Modò repentina leuitate, ſacrilega mutatione, non dexteræ Excelſi, ſed inuidiæ Diaboli, profecta fraude procedis, ſeculari habitu, nobilibus veſtimentis: modò ſacra irrides, modò ieiunia abrogas, modò continentiam culpas, modò abſque dierum ſelectu, vel reuerentia, quibuſcumque pinguibus ſaginaris: modò extremam eructas cœnam, & crudum pauonem in balnea portas: toto ætatis tuæ tempore facie liuida, prolixa barba, veſte pannoſa, ſeuerã pollicitus vitã; nũc vnguẽta redoles, nũc voluptati indulges, nũc bacchanalia viuis. Multa bona opera mundo oſtẽdiſti, multos ab erroribus reuocaſti, multos cõtinẽter viuere docuiſti, multis piã largitionem perſuaſiſti, multos ad meliorẽ vitæ frugem induxiſti: nunc quidquid ædificaſti, deſtruis; quicquid paraſti, amittis; nunc quantum in te eſt, malo tuo exemplo, omnes ad vomitum compellis; & qui tàm peruersè, & impudenter peccas, multò ſanè deteriùs quod peccas, excuſas; & dum ad ea, quæ malè agis, tuæque turpitudini patronus accedis, magis quàm eras peccator, efficeris. Detur timori Romani Pontificis, quòd peccaſti; detur ſanguini, quòd ad Schiſmaticas partes commigraſti: certè maledicentiæ tuæ virus, & impium excuſationis tuæ venenum, nulla ſimulatio protegit, nulla cauſa falſa defendit. Pudet me, (mi Pater, vbi Catholicus eſſe volueris, ſemper venerande) pudet omnes candidos Chriſtianæ veritatis cultores, ea de te ipſo iactante audire, quæ nullus vnquam aduerſarius auſus eſſet infringere; ſcribis enim in illis tuis præclaris, quæ vulgò circumferuntur, Apologeticis litteris, hactenus te Chriſtiano populo velatum Chriſtum prædicaſſe: deinceps verò verum illum, ac liberum producturum te, comminaris. Quid eſt, quod loqueris, Pater? An non vides, tuis te teneri laqueis? tuis pedicis irretiri? Quæ vnquam ſaxa, quæ Cruces, quis parricidarum culleus, quæ aſinaria mola in caput tuum, in tuam ceruicem, in tuum ſufficient ſupplicium? An putas, te impunè iamdudum Chriſtianum populum illudere potuiſſe, qui

An-

Antichriſtum pro Chriſto prædicaueris? qui Phariſaicum fermentum pro ſacra doctrina, qui pharmacum pro vero lacte propinaueris? Siccine ſimplicem gregem infeciſti? Siccine innocẽtes oues, carnifex, ſermonum tuorum lenocinio ad lanienam attraxiſti? Et quam fidem tibi poſthac adhibendam ſperare poſſis, qui impijſſimis mendacijs auditores tuos ſeduxeris? qui tamdiù panem pollutum porrexeris? Qui tamdiù diuinum Verbum adulteraueris? Vides ad quod ſaxum impingis? Vides quàm profundam tibi præparas foueam? Vides quàm ex diametro in verticem tuum iniquitas tua deſcendit? Attende, obſecro, quàm malè tibi non conſtas, quàm periculosè teipſum mutas: Si veritatem tibi eſſe conſtabat apud Lutherum; ſi Petrum, & Paulum, eorumque Eccleſiæ ſucceſſores non rectè videbas ambulare in ſinceritate Euangelij; ſi quæ in populis prædicabas, non ſecundùm Catholicam fidem eſſe ſciebas; cur tamdiù ſiluiſti? Cur Dei veritatẽ in iniuſtitia detinuiſti? Cur in ſtercore ipſo tuo computruiſti? Cur impiè Hieroboam in illis tuis vitulis aureis omnem Iſrael peccare feciſti? An putas, ſtrophis hiſce tuis nobis illudere, & ne veram præuaricationis tuę cauſam agnoſcamus, cornicum, vt veteri dicitur prouerbio, nobis oculos infigere? Quin potiùs cum B. Rege confiteris? quin vociferaris? Hactenus Eccleſiæ vera prædicaui; hactenus in ſana doctrina perſeueraui; hactenùs Catholicum ſenſum guſtaui; hactenus talentum mihi creditum benè diſpenſaui: nunc ſuperbia mutauit cor meum; nunc lumen oculorum meorum non habeo; nunc fœnum agri, vt bos, comedo; nunc rationabilem exutus mentem, cum feris, & beſtijs habito. Quis non videt? quis non intelligit, quo ſpiritu ductus ſis in deſertum, vt tenteris, & vincaris à Diabolo? Dùm magnus haberis in Eccleſia, dùm Principes audiunt, dùm te populi admirantur, dùm nobiles te prædicant, & Italiæ Ciuitates; tua latet hypocriſis incorruptum verbum, quod diſſeminas. Vbi ſanctiſſimus Pontifex te citat, vbi conſcientia tua te accuſat, vbi iniquitas pœnam formidat: nunc primùm nudum te agnoſcis, nunc primùm ad aliud Euangelium te conuertis. Vides, in te non hærere mandatum, ſentis malè ſartum figmentum; ſi malè locutus es, pœnitentia teſtimoniũ perhibe de malo: aſperge te cinere, accinge te ſacco, induere cilicio, in ieiunio, fletu, & plãctu, teque pœnitentem oſtende. Videat populus, quẽ ſeduxiſti; videat Eccleſia, quam decepiſti, quòd iniquitates tuas agnoſcis, quòd peccatum tuũ contra te eſt ſemper. Hanc pœnitentiæ formam vel tuus ipſe bonorum operum antiquator, Euangelicus Epicurus, Lutherus, negare non poteſt: tàm in Iſraelitico Rege, & Niniuitis, quàm in cæteris omnibus pœnitentiam omnium arbiter Deus approbauit. Nunc verò verè tibi induẽdus erat ſaccus, quẽ vt iactãter fortaſsè aſſumpſeras, ſic proculdubio temerariè dimiſiſti; nunc dura ſubeunda erat eremus, vbi & Pontificis vltionem euitares, & diuinam aduersùs te indignationẽ

pla-

Digitized by Google

placares. Tu verò ſpreto religioſo cultu, diuiſo genitricis vtero, confractis ſponſæ tuæ vberibus, abrogatis ſacris cærimonijs, relictis patrijs legibus, confugiſti ad Aſſyrios, defeciſti ad Babylonios, conuerſus es ad Balach, & feciſti tibi præputium iuxtà ritum gentium, vt dimices contra matrem tuam, vt exprobres populum Iſrael, & maledicas Eccleſiæ Dei, vt ſummo Pontifici detrahas. Acceſſiſti ad gẽtem Apoſtatricem, ad Domum exaſperantem, ad populum incredulum, ac rebellem, vbi crapulæ, & ventri indulgeas, vbi inceſtuoſa matrimonia iungas, vbi deneges, vbi Chriſtum iterum crucifigas, inconſutilem eius tunicam ſcindas, & partẽ ex ea cum impijs militibus facias, vbi Euangelicam libertatem, iuxtà quod dixit B. Apoſtolus, in occaſionem carnis conuertas. Matrem, quæ te genuit, reliquiſti; ex eius ore mel, & lac ſuauiſſimum ſuſcepiſti; nunc aperis contra eam os tuum; exaltas, & exacuis contra eam linguam tuam, leuas contra eam calcaneum tuum. Heu, heu, Pater mi, quid feciſti nobis ſic? tantum ne potuit indignatio? tantum ne valuit ambitio? verè aſtra nõ ſunt munda in conſpectu Dei, & in Angelis ſuis reperit prauitatem. An non ſatiùs erat tibi in exilium, & in carcerem ire, quàm Eccleſiam Dei confundere? An non præſtabat mortem ipſam oppetere, quàm Dei legẽ derelinquere? quàm ſacra vota infringere? quàm ſolennia inſtituta violare? Vt quid tanto Orbis totius ſcandalo, tanta animarum pernicie, tanto exiſtimationis tuæ dedecore, caniciem tuam cum dolore deducis ad inferos? Adhuc in auribus noſtris reſonant illæ tuæ luculentiſſimæ conciones de continentiæ bonis, de Sacrorum deuotione, de ieiuniorum obſeruantia, de mirificis Sanctorum præconijs, de monaſticis laudibus, de paupertatis honore. Adhuc ante oculos noſtros appares nudis pedibus, pannoſus, & horridus, adhuc alges, adhuc eſuris, adhuc ſitis, adhuc nudus exiſtis; & inter epulas, & comeſtiones, delicias, & cubilia, inter mollia ſtrata, inter vulgares tabernas, inter ebrios, inter inceſtuoſos, inter blaſphemos, inuerecundus Apoſtata videri ſuſtines? Vbi illæ tuæ voces magnificæ de mundi contemptu, de perſecutionum beatitudine, de conſtãtia in aduerſis? Vbi acerrimæ illæ tuæ inuectiones contra bonorum cupiditates, contra ambitionum vanitates, & inſanias falſas? Confuſa ſunt omnia, & caſſa ſunt omnia. Vbi tu ipſe, qui prædicabas non furandum, furaris; qui non mœchandum, mœcharis? qui abominabaris Idolum, & ſacrilegium facis? Vbi tu ipſe Magiſter, totum id operis deſtruis, quod antea docebas. Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lacrymarũ? vt nocte fleam, vt luce plorem baculum Eccleſiæ confractum, magiſtrum populorum obcæcatum, paſtorem in lupum conuerſum, ſapientem patrẽ in reprobum ſenſum commutatum, Chriſti præconem diabolum effectũ. Quis magnum ſuſcitet Samuelem? Quis manſuetum Dauidem exhibeat, qui Abſalonem lugeat infelicem? Quis proferat Euangelicum patrem,

qui

Digitized by Google

quì à meretricibus reuertẽtẽ prodigũ filiũ recipiat? Si fortè ſurgas, ſi fortè ad eũ redeas, & dicas: Pater, peccaui in Cælũ, & corã te; iam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me, ſicut vnum de mercenarijs tuis. An non tibi melius exiſtimas reuerti ad Patrem tuum, ad domum genitricis tuæ, vbi abundas panibus, quàm in longinqua adeò regione paſcens porcos, mori? Quid tibi in barbaris gentibus? quid tibi cum alienigena nutrice? quid tibi cum nouerca? Quid in externis ædibus? quid cum praua, & adultera? quid cum muliere meretrice, quæ etiam proprium oppreſſit, & viuentem veræ matris filium conatur diuidere? Agnoſce vbera, quæ te lactauerunt; agnoſce vocem vocantis, vocem plorantis, uocem in Rhama, vocem ab excelſo clamantis: Reuertere, dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes Bethel, ſuper montes aromatum. Non poterit obliuiſci mater infantem ſuum; non poterit Pater contineri, quin occurrat, quin amplexetur, quin oſculetur, quin proferat ſtolam primam, & occidat vitulum ſaginatum. Miteſcet ſuper te virga ſummi Pontificis, vbi miteſcat in te furor ſacrilegi erroris. Senties indulgentem Patrem, vbi te Catholicum exhibeas filium: moueat te ſanctorum chorus, moueant fratrum tuorum preces, moueant filiorum lacrymæ. Noli ipſos decipere, noli ipſos paruifacere, pro quibus mortuus eſt Chriſtus. Leua in circuitu oculos tuos, & vide quos in Chriſto genuiſti, quos dulciſſimo lacte nutriſti, quos ſolido cibo pauiſti: omnes iſti congregati ſunt, & venerunt tibi, venerunt orationibus, venerunt votis, venerunt obſecrationibus, vt piè ſuſcipiant, vt in humeros ſuos gaudentes imponant, vt ad dominicum gregem lapſum paſtorem reducant; vt viſa tua reſipiſcentia, gratias Altiſſimo referant, pijſſimaque voce decantent: Pater noſter perierat, & inuentus eſt; mortuus fuerat, & reuixit. Oportebat te, ò frater Bernardine, qui veritatem profiteris, ad militiæ tuæ libertatem veritatis teſtimonio non abuti: & Scripturæ auctoritates ad erroris redargutionẽ aſſumere, nõ ad firmandã impietatẽ peruertere; ne eius ſoliditatis leuiſſimas ſermonũ tuorũ nebulas exiſtimares: vt clariſſimo Solis iubare facilè diſſipari non poſse, vana tibi perſuaſione præſumeres. Quid namque tibi cum paſtoris voce, quì iam lupus dignoſceris? An non rapinam arbitraris noſtrorum tibi virorum ſurripere teſtimonia? Vocat te Romanus Põtifex, vocat te Chriſti Vicarius, vocat te Caput Eccleſiæ; nihil adhuc cõminatur, vim nullam intentat. Tu ad vocantis vocem, nuditatis tuæ conſcius te abſcondis? Tu à facie Domini Dei tui fugis? Tu Principi populi Dei maledicis? Tu contumelioſus Semei in Regem tuum ſaxa conuertis, & ſuper hæc omnia, Euangelicam tibi ſententiam arrogare non erubeſcis? Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur: ſic tibi blandiris, ò Bernardine; ſic bellè tibi, tuiſque decantas, ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur? Quaſi non idem licet furibus, & homicidis; quaſi martyrem faciat

Digitized by Google

ciat pœna,non cauſa? Quid ad perditos,& prauos homines,quod ad magnos Apoſtolos dictum fuit?Quid ad ſicarios,& latrones,quid ad ſacrilegos,& adulteros,quod ad humiles,& Religioſos viros, quod ad fideles, & Deo caros,diuinum promulgauit Oraculum? Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.Quos vos? Vos diſcipulos meos,vos electos meos, vos imitatores meos,vos Vicarios meos, vos Præpoſitos Eccleſiæ meæ, vos perſequentur;vos inquam,humiles,vos obedientes, vos ſanam doctrinā tenentes,vos à fortiſſima pœna non recedentes. Ecce de quibus Veritas dicit; ecce de quibus bonus Paſtor prædicit, qui me perſequentur. Qui ſic dixit,qui ad tales,ac tantos dixit,non vtique ad vos dixit,non vos deſignauit,vos ſeductores,vos apoſtatas,vos rebelles,vos ebrios, vos inceſtuoſos,vos ſacrilegos,vos Chriſtianos Epicuros: vos, qui meritò à pijs Præſulibus,ac Principibus,perſecutionem patimini,non propter iuſtitiā, ſed propter ſcandala veſtra, propter duritiam veſtram. Vos igitur iuſtè ſalutaris gladius obtruncat,vos iuſtè pia medica manus à ſano corpore reſecat,de quibus nequaquam dictum eſt,& vos perſequentur; alioquin cauendum erit Chriſtianis Principibus, ne ſceleratum quempiam occidant, ne reum aliquem omninò ſua ſententia condemnent: impleantur fora ſceleribus,domus homicidijs,viæ latrocinijs,valeat lex Cornelia, dormiat Iulia,ne Euangelicæ comminationi obnoxij fiant, ne audiantur cum Bernardino acclamantes,ſi me perſecuti ſunt.Cauendum ergò erat ipſi Petro,ne durum quidpiam moliretur in Ananiam, & Saphiram.Cauendum & Paulo, ne Corinthium inceſtuoſum ſathanæ traderet in carnis interitum;ne Magiſtri ſententia eis obijceretur,ſi me perſecuti ſunt? Quas igitur cornicaris,quas obijcis nubes,quas ad populum phaleras,vt de te, tuiſque ſectatoribus credi velis ad ſe non dictum, ſi me peſecuti ſunt. An non fortaſſe non minus te aliquid exiſtimas magnis Apoſtolis? Num ad ſigna tua rugiunt dæmones? Num ad vmbram tuam ſanantur infirmi?Vt verum de te aſſeras dictum,ſi me perſecuti ſunt. Non te perſequitur quæ odit peccata,non homines;quæ omnibus laxat vbera,quæ nulli gremium claudit;non perſequi poteſt Eccleſia in te Chriſtum, qui longè à Chriſto receſſiſti:non te perſequatur ambitio tua, non te perſequatur iniquitas tua,& nullum habebis aduerſātem,nullum ſenties perſequentem.Sit vna fides,& erit vna pax; ſit vna in Eccleſia confeſſio, & vna amicitiæ ratio.Tolle vitulos aureos,tolle excelſa; non ſint Roboam, & Hieroboam;Hieruſalem & Samaria;ſit vnum ouile, vt vnus paſtor: & ſimul tolles,Si me perſecuti ſunt,& vos perſequentur. Hæc Parænetica Epiſtola tanta pietate ab Eminentiſſimo Viro conſcripta cùm Ochinum non hominem,ſed ex homine in hæreticam pecudem,omni rationis nedum veræ Religionis ſenſu carentem mutatum offendiſſet; nihil ab eo præter quam riſus atque hæreticæ inſaniæ furores extorſit——Verùm

illud

Digitized by Google

illud nobis prætereundum non eſt, quod de extremis ab Ochino geſtis, haud ingrata ſanè memoria, tam ab exteris Scriptoribus, quàm à priſcis Ordinis monumentis, ac fide dignis teſtimonijs traditum accepimus: quę Ochinum in extremo vitæ diſcrimine, Hæreſes omnes Geneuæ recantaſſe, ac tandem pugionibus interfectum, pro Fide occubuiſſe teſtantur. *Rem verò geſtam prolixè narrat* fol. 350. *Bouerius. Ipſum adi. Sed traditæ hactenus Cardinalis Epiſtolæ aliquot alias eius temporis, in lectoris gratiam, ne cum pleriſque alijs intereant, huc adijcimus.*

I. Generali Magiſtro Patrum Prædicatorum. Ex Farr. to. 1. fol. 67.

4 Admodùm Reu. Pater. Poſt reditum Sanctiſſimi Domini Noſtri ex Conuentu Nicæenſi; cui ego corporis infirmitate detentus intereſſe non potui, cum non modica animi mei lætitia intellexi quàm pias & religioſas cogitationes tibi Spiritus ſanctus immiſerit, vt ſaltem te iſto grauiſſimo officij tui faſce leuares ſimul, & pauperculam Beatiſſimi Patris Dominici familiam multis incommodis, propter abſentiam & preſſuram tuam vexatam atque afflictam, ab interitu quodammodò liberares. Hoc certè erat illud vnicum tot ac tam diuturnis malis remedium, quod in primis ipſe ſanctiſſimus Dominus Noſter agnouit, & tibi ex Germania ſuis literis intimauit: hoc eſt, quod Dominus meus Reuerendiſſimus Cardinalis de Saluiatis eiuſdem familię Protector tibi ex Nicæa ſcripſit. Hoc inquam eſt, quod non modo ipſe Prædicatorum Ordo, ſed omnes Religioſi, & omnes boni, atque vniuerſa Chriſti Eccleſia iam pridem à te expectare, atque adeò expoſcere, ac efflagitare videbantur. Quid enim aliud vel ad pietatem religioſius, vel ad hominum opinionem laudabilius, vel ad eiuſdem Ordinis calamitatem ſubleuandam vtilius facere potuiſſes? aut quo alio argumento clariùs oſtenderes, ex iſto tuo Magiſtratu, non quæ tua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti, omni ratione quæſiſſe? Neque verò iuxta quorundam hominum impietatem ne lac ipſe comederes, & lanis operireris, voluiſti gregem Domini diſpergere, ſed temet ipſum ſtatuiſti offerre pro ouibus vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Nam cùm omnis Prælatio, non eorum qui præſunt, ſed ſubditorum cauſa à Deo conſtituta ſit, nimis profectò peruersè ac præpoſterè locus ſuperior occupatur, cùm is qui præeſt, quauis ex cauſa officij ſui munus implere, & ſubditis prodeſſe non poteſt. Quamobrem tibi in primis gratulor, qui iſto tuo prudentiſſimo ac religioſiſſimo conſilio, & ætati tuæ & tranquillitati ſimul & ſaluti, nec non Ordinis tui extremæ iam neceſſitati proſpicere decreuiſti. Et eidem Ordini identidem gratulor, quòd tandem in priſtinam libertatem ac dignitatem per te reſtituendus eſſe videatur, ita vt abſque vlla perturbatione & acceptam ignominiam deleat, & ſuo regimini, iuuante Domino, liberè prouidere ſe poſſe confidat. Perge igitur quæſo te, & ea, quæ in tam pio ac Religio-

Digitized by Google

ſo Opere agenda ſunt, magno & volenti animo effice, vt & tua virtus, atq; animi tui moderatio apud ſanctiſſimum Dominum Noſtrum, atque apud nos non vulgariter commendetur; & totus Prædicatorum Ordo pro ſe tibi plurimum debere fateatur. Quæ autem te facere oporteat, & quæ nos in hoc facienda cēſeamus, cùm per literas R.P. Protectoris Ordinis, tum per Venerabilem F. Vincentium Ficcizanum, Priorem Conuentus Peruſini de eiuſdem Ordinis Obſeruantia Regularis huius Romanæ Prouinciæ, quem pro hoc ſpecialiter ad te duximus deſtinandum, tibi prolixiùs innoteſcent. Illos itaque audies, & alterius ſcriptis, atque alterius dictis eam fidem adhibe, quam nobis ipſis, ſi te præſentes alloqueremur, adhibendam putares. Vale in Domino, & ora pro me. Romæ VII. Auguſti 1538. Tuus in Domino fil. Cardinalis S. Xiſti. *Meminit de his literis Sylos* in hiſtor. par. 1. lib. 6. pag. 218. *& Caracciolus* in Pauli IV. vita lib. 3. cap. 3. *Eratque tunc, vt obſeruo, Magiſter Ordinis F. Ioannes de Fenario, cui Carafa perſuadebat ut ſeſe Magiſtratu abdicaret, quòd vt breue eorūdē Magi-*
" *ſtrorum Chronicon ait: Franciſco Chriſtianiſſimo Regi Francorum, vel propter*
" *verbum (vt dicebatur) liberiùs prolatum & repetitum ſuſpectus, vel propter de-*
" *poſitionem Prioriſſæ Prulliani contra quorundam Procerum Regni voluntatem in-*
" *fenſus, vel ob aliam quæ nos latuit cauſam, iuſſus eſt non exire ſepta Conuentus Teloſani. Sic ibi. Sed fortaßè antequam literas Theatini Cardinalis acciperet, vitam cum morte religioſiſſimè commutauit.*

II. Cardinali Alphonſo Luſitaniæ. Ex Farr. to. 1. fol. 145.

5 Illuſtriſſime ac Reuerendiſſime Domine Obſeruandiſſime. Erat Officij mei prò mea erga Sereniſſimum Regem, fratrem tuum, & erga tuam Amplitudinem pietate, de ijs, quæ hìc aguntur, & ſępe ad te & diligenter perſcribere. Sed iſta rerum omnium perturbatio, in qua noſtrorū peccatorum merito, verſamur; & vt video, niſi Dei benignitas occurrat, verſabimur, ita deiecit animum meum: ita me ab omni actione non auertit ſolùm, ſed deterruit, vt totus iam conuerſus ſim ad deteſtandam induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſimè laboraui. Vndè ceſſaui, renunciauitque cor meum vltra laborare ſub ſole; & dixi cum Propheta: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Sed quoniam corpus quod corrumpitur, aggrauat animam; & funes peccatorum circumplexi ſunt me; & hoc ſaxum, quoad Chriſtus voluerit, vel ingratis mihi voluendum eſt: feremus, eodem Chriſto adiuuante, quod eſt ferendum. Et interim chariſſimi Doctoris Fariæ, qui apud nos rerum veſtrarū, magna cum dexteritate ac dignitate, negotia gerit, crebris de te deque fratre tuo colloquijs, noſtras ærumnas non mediocriter conſolabimur: quodque illi coram de noſtro erga vos obſequio pollicemur, etiam tibi hoc.....fidei noſtræ chirographo promittimus. Et vt verbis Propheticis dicā, ſi oblitus fuero veſtri, obliuioni detur dextera mea: adhæreat lingua

mea

Digitized by Google

mea faucibus meis;ſi non meminero veſtri;ſi non propoſuero vos in principio lætitiæ meæ. Vale decus Præſulum: meque Sereniſſimo Fratri tuo addictiſſimum Clientem tuo fauore concilia:ac de ijs,quæ Petrus Dominicus attulit, deque ceteris omnibus, quæ poſtmodùm ſubſecuta ſunt, quod quidem ad me pertineat,eiuſdem chariſſimi Doctoris literis fidem adhibe.Iterum vale.Romæ 26.Octobris 1543.Illuſtriſs.ac Reuerendiſſimæ D.V.Seruus Io.Petrus Carafa Cardinalis Theatinus.

6 *III. Similes de eius ſeculi calamitatibus querelas perſcripſerat ad Iacobũ Sadoletum S.R.E.Cardinalem;qui epiſtolarum* lib.13.fol.568. *diſertiſſimè illi reſpondit his verbis:* Ioanni-Petro Carafa S.R.E.Cardinali &c. Maxima cũ animi mei lætitia legiſſem tuas literas (ſignificabant enim humanitatem, & beneuolentiam erga me tuam, quam in alleuando fidei meæ onere adhibuiſſes,quod ego tuum in primis erga me officium à tua virtute & prudentia poſtulaueram) niſi eædem ad me literæ detuliſſent querelam quandam multarum moleſtiarum,quas ſuſtines,& non obſcurum indiciũ doloris tui, quem video tibi in animo exortum,propter temporum calamitates,quibus & intus & extra ſic premimur & vrgemur, vt conſolationem vllam vix poſſit quiſquam quanuis ſapiens inuenire.Sed ego qui ad dandum tibi conſilium aptus non ſum,tamen confido te,cùm te metipsũ reſpexeris,nec ex ijs quæ extra te,ſed quæ in te ipſo ſunt expenderis,multas reperturum ad te conſolandum vias. Omninò cuncta, & ab impetu hoſtium infeſta,& ſeditionis,ac ſectis,quæ inter nos ipſos ardent,grauiter vexata ſunt:animis præſertim hominum, qui vbique ſunt,his temporibus ac moribus vehementer infenſis. Sed tamen in quo culpa noſtra non eſt, id animo æquo omnes ferre debemus. Sed non ingrediar ad diſputandum,neque tibi meam ſapientiam oſtentabo,quæ prorſus nulla, magiſque ea mihi abs te eſt mutuanda.Quod partium eſt mearum, & mei muneris,id facere conabor:vt tibi agam pro tuo erga me ſingulari merito gratias,quas equidem habeo,agoque maximas:teque obſecro,vt quæ reſtant ad res illius Monachorum Ordinis,qui meæ fidei crediti ſunt,cõſtituendas; eodem quo inſtituiſti conſilio prudentiaque gubernes: quo quidem nihil mihi accidere poteſt gratius. Vale. Carpent. II. Nonas Septembris 1539.

7 *IV. Accidit autem, dum Ioannes-Petrus Cardinalis Theate moraretur, ex Sylo* par.1.fol.198. *vt inter Carolum V. & Galliarum Regem Franciſcum de Inſubriæ Principatu acerrimè dimicantes,cùm quadam eſſent ſancitæ induciæ; Paulus III.in longioris amicitiæ,ſolidæque pacis ſpem erectus,maximos eos Principes,vt ſecum vna in colloquium venirent,adhortaretur;deſtinata conuentui ſede, velut opportuniſſima, Nicia, Prouinciæ in Gallia Vrbe. Ac re quidem conſtituta, Cardinalis Theatinus augere & ipſe eo in itinere Pontificis comitatum,ac pompam ſtatuit.Et adnuit Pontifex, qui perſpecta abundè tanti viri eruditione ac eloquentia,*

tia,iuuari non minimùm poſſe intelligebat in ijs rerum grauiſſimarum conſulationibus;cùm de componendo Catholico Orbe,ac fœderatis iunctiſque uiribus de effundenda in communem Chriſtiani nominis hoſtem armorum vi,agi deberet. Verùm interceptus morbo cùm viam iam corripuiſſet,proſequi abeuntem Pontificem minimè potuit:excuſauitque mox literis valetudinem,quas Populi Comiti Nepoti, qui ad Caroli Auguſti Aulam adibat, eratque Paulo item Tertio carus, perferendas dedit. Scripſit prætereà ad Imperatorem ipſum epiſtolam planè diſertam, qua cum illo agit quàm facundiſſimè;rogatque vt pronis in pacem auribus, tot bellorum motibus Orbem dirè uerberatum commiſeraretur:Italiam potiſſimùm ſpectaret,cuius maximè in ſinum Potentiſſimorum Principum odia ac tela impingi,tanta cum pietatis clade,ac præcipui ſanguinis impendio,uidebantur. Viæ me commiſeram, *inquit*,ingenti quidem deſiderio, vt debitum tuæ magnitudini, ac ſeruitutis meæ Officium Maieſtati tuæ perſoluerem.At qui me repentè inuaſit morbus,reuocare gradum compulit.Verùm cùm in tuę Maieſtatis obſequium iſthuc ſe ſe conferat illuſtris Populi Comes,Nepos meus;quod ipſe coram præſtare minùs potui,per illum quidem,ac literis agere conſtitui.Quocirca officium,quod ſui meoque nomine conabitur Comes,rogo vehementiùs,vt gratum acceptumque habeas,ea ſcilicet beneuolentia,qua ſua olim,dum inter ſeruos tuos in Aula agerem,complecti,atque honeſtare ſolitus eras.*Ac paucis interiectis ſic pergit:*Et quoniam frui Maieſtatis tuæ præſentia,atque vt peroptaueram,alloqui nō eſt datum,liceat ſaltem literis precari te,vt reputare tecum ipſe velis,in hoc cum ſanctiſſimo Pontifice,Gallorumque Rege congreſſu, omnium in Maieſtatem tuam oculos,animoſque intentos iam eſſe:miſerrimam præcipuè, diuulſamque Rempublicam Chriſtianam tot tantiſque calamitatibus, quæ ipſam penè confecerunt,exorare à te infimis precibus,obortiſque lacrymis,opem,pietatemque.Age Sereniſſime Inuictiſſime Imperator;ſubeat aliquando incendatque generoſum pectus ingentium malorum commiſeratio.Heu,nullibi iam non mortalium cruor exundat:at quorſum iſthęc laniena?Deletæ paſſim Vrbes,exciſæ Prouinciæ,polluta Templa,proſtituta Matronarum pudicitia:atque inter hæc,conſcelerata, ac nouiſſimis ſupplicijs digna capita,non impunè modò,ſed pretio graſſantur.Quodque me angit pulſatque grauiùs,illud porrò eſt;explicari quotidiè,extollique magnificentiùs,ab cruentiſſimis hiſce noſtris prælijs inferni hoſtis vexilla:atque hinc Hæreticorum confidentiam,& contumaciam,hinc Infidelium perfidiam,Chriſtianorum turbis, ac diſſenſionibus inualeſcere in dies magis magiſque:ita vt niſi Dei Bonitas,tuæque Maieſtatis virtus tempeſtiuè aderit,nil propiùs eſt,quàm vt in Turcarum triumphum prędamque concedamus.Nos verò,qui internuncij, Paciſque inter Deum hominesque interpretes ſumus,vtinam exarmare iram Numinis,ipſumque ad pietatem flectere valeremus.At pronunciare illud quidem poſſumus:

mus: Omnes declinauimus, inutiles facti ſumus; non eſt qui faciat bonũ, non eſt vſque ad vnum. Nulla vſquam Religio, nulla Numinis reuerentia, nullus diuinarum humanarumque legum timor. Nam & ſi Romanus Pontifex erigere rem Chriſtianam, ac reſarcire morum damna, indictis quà Reformatione, quà Concilio, quam diligentiſſimè, curauerit: fruſtra nihilominùs omnia; quando ſine Maieſtatis tuæ ope, atque in publicæ ampliſſimæque pacis ſanctionem ſuffragio, ab hac improbitate ac contumacia temporum, honeſti ſanctique aliquid impetrare, actum agere omninò eſt. Sanctitas ſua profunda iam ſenectute, defectiſque penè viribus imbecillior, longum iter cum ſui incommodo, vt acciſis Eccleſiæ rebus coram auxilium imploret, ſuſcipere non dubitauit. Ades, Clementiſſime mi Domine, faueas, ſis, quæſo te, ſolatio ac præſidio impenſiùs efflagitanti: ita Maieſtatis tuæ vota, ſucceſſuſque omnes, ac tantarum palmarum, omniumque Barbarorum victricem ſtirpem tuam ſecundet ac fortunet Deus, eo nimirum Imperij incremento, ea vitæ diuturnitate, atque incolumitate, qualem optares, vouereſq; ipſe, cui me, Gratiæ Maieſtatique tuæ deuotiſſimum ex animo commendo. Populi die 25. Maij 1538.

V. Capucinis Sanctimonialibus Neapolitanis. Ex Tufo in ſuppl. fol. 34.

8 Ioannes-Petrus Carafa miſeratione Diuina tituli S. Sixti S.R.E. Presbyter Cardinalis, Venerabilibus & Religioſis Mariæ Longæ Modernæ & pro tempore exiſtenti Abbatiſſæ, nec non Monialibus nunc & pro tempore exiſtentibus Monaſterij cõſtruendi Ordinis S. Claræ Neapolitanæ Ciuitatis ſalutem in Domino ſempiternam. Noueritis, quòd hodie ſanctiſſimus in Chriſto Pater & D.N. Dominus Paulus Diuina Prouidentia Papa III. ad preces noſtras, quas veſtro Nomine Suæ Sanctitati porreximus, vobis & Abbatiſſæ in dicto veſtro Monaſterio pro tempore exiſtenti, ac Monialibus prædictis, vt Confeſſorem vobis poſſitis eligere Presbyterum ſecularem, vel cuiuſuis Ordinis etiam mendicantium Regularem; qui veſtris Confeſſionibus diligenter auditis, vobis abſolutionis beneficium impendere, & pœnitentiam iniungere valeat ſalutarem, ac etiam Sacramenta omnia vobis, tàm in vita, quàm in mortis articulo, miniſtrare: quin etiam Moniales profiteri volentes recipi facere, & velũ Profeſsionis illarum, extra clauſtra benedicere: & intus per te Maria Soror, vel per Abbatiſſam ſupradictam profitentibus imponatur. Sed & Viſitationis officium in vos & veſtrum quamlibet, ad crates tamen abſque ingreſſu eiuſdem Monaſterij, liberè exercere, & omnia alia & ſingula facere, quæ Confeſſores vel Viſitatores Monialium eiuſdem Ordinis S. Claræ ſecundùm Regulam, Conſtitutiones, etiam laudabilem ipſarum conſuetudinem facere poſſunt & valent, de ſolita Sedis Apoſtolicæ benignitate conceſſit pariter & indulſit, Nobiſque viuæ vocis oraculo demandauit, vt de huiuſmodi conceſsionis gratia fidem Vobis per has noſtras

ſtras literas faceremus, non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcunque: Et propterea præſentes manu noſtra ſubſcriptas, & noſtri ſigilli appenſione munitas fieri fecimus: per quas omnibus ſupradictis, ad animarum veſtrarum, & aliarum Monialium in dicto Monaſterio pro tẽpore exiſtentium pacem & tranquillitatem teſtimonium perhibemus. Datum Romæ in Palatio Apoſtolico in Domo noſtræ reſidentiæ ſub Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo trigeſimo octauo, die verò decima Menſis Decembris, Pontificatus eiuſdem Sanctiſſimi D. N. D. Pauli Diuina Prouidentia Papæ III. anno IV. Ita eſt Ioannes-Petrus Cardinalis qui ſupra manu propria. Ioannes Bernardinus Tuſcarus de mandato.

VI. Thomæ Sanctellæ Clerico Theatino. Ex Farr. to. 1. fol. 165.

9 Ioannes-Petrus Carafa, miſeratione diuina tit. S. Sixti S. R. E. Presbyter Cardinalis Theatinus nuncupatus, Archiepiſcopus & Comes Theatinenſis dilecto nobis in Chriſto Thomæ Sanctellæ, Clerico Theatino ſalutem in Domino ſempiternam. Vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus perſonam tuam ex fide dignorum teſtimonijs iuuari percepimus, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales. Cùm itaque, ſicut accepimus, perpetua Cappellania S. Saluatoris ſita in Eccleſia noſtra Theatina, quæ de iure Patronatus Laicorum Nobilium videlicet dilectorum filiorum, Iacobi ac Ioannis-Baptiſtæ, & Scipionis de Valignano, vt dicitur, exiſtit: quã quondam Stephanus Rauſei, vltimus poſſeſsor, dùm viueret obtinebat, per obitum eiuſdem extra Rom. Curiam vita functi, aut aliàs certo modo vacet ad præſens, & vacare noſcatur, ad quam ſic vacantem Nobis per dictos Patronos infra tempus debitum præſentatus fuiſti. Nos igitur præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, tibi ſpecialem gratiam facere volentes, præſentationem eorundem Patronorum in perſonam tuam factã, tanquam idoneam & ſufficientem admittimus, & admittendam duximus &c.

VII.

10 *Illud præcipuè non diſſimulandum*, ex Sylo par. 1. lib. 6. pag. 199. *quòd cùm cognouiſſet, potẽtiores quoſdam Procerum, ſparſoſque per Theatinæ Diæceſis Oppida Dynaſtas -------eò iam licentiæ deueniſſe, vt inferre Clericis contumelias, eorumque bona aut proſcribere, aut vſurpare, libertatique Eccleſiarum detrahere non dubitarent; cauere confeſtim malo, atque opportunè, ſtrenuèque conſulere ſtatuit. Quapropter vt parem crimini timorem incuteret, ac ſolenni quadam pœnarum veluti pompa terreret vehementiùs ſacrilegos; Bullam in die Cœnæ Domini, illi omninò ſimilem, quam maximi Pontifices grandi quodam apparatu rituque hac ipſa die Romæ pronunciant, in id gentes ſacrorum contemptores reoſque euulgauit. Et verò res ſupra Antiſtitum infulas ac dignitatem fuit, digna profectò generoſiore Cardinalis Theatini indole, ac Zelo; quo ſanè adultæ iam Dynaſtarum impoten-*

poten-

potentiæ mirificè fræni. Extat apud nos Bulla, quæ euulgata Menſe Aprilis fuit ſequentis anni quo item Carafam reuerti Romam contigit. Hactenus Sylos.

---

1 *Conſtat plurium Scriptorum teſtimonio ac fide prænunciatos Carafæ publicæ rei Chriſtianæ faſces: idque non modò paulò ante quàm Pontifex renunciaretur; verùm cùm nondum lucem aſpexiſſet, ac multis etiam retro ſeculis: vt liceat comprehendere, quàm maturus terrarum Cælique Præfecturæ acceſſerit, quem tantò ante Maximum Antiſtitem tempora conſignarunt aut præoptarunt. Et quidem aſſolet Diuinum Numen, quæ maxima in terris ſunt, priuſquàm eueniant, luce quadã præuia indicare ac polliceri. Regna præſertim cùm Rectores mutant, perſæpe Cæli aut hominum linguam prædixiſſe exploratum eſt. Pontificum verò hiſtorias euoluenti occurret non ſemel præſignificata pleriſque, haud dubijs quidem indicijs, ſummæ Poteſtatis inſignia. Et prætermiſſis planè multis, de Gregorio quidem Septimo, Sanctiſſimo Pontifice, illud compertum habemus, cùm puer adhuc ad Patris pedes, dolantis ligna, fuit nanque fabri lignarij filius, aliquandò luderet; ex ijs, quæ caderent ſegmentis efformaſſe caſu elementa litterarum, quas nondum nouerat, quibus vna iunctis, redditum illud regij Pſaltis: Dominabitur à mari vſque ad mare. Quo viſus, ſibimet ipſe, dictante, ſiue ductante manum Numine, ampliſſimæ Dominationis, quam adeptus ſubindè eſt, vaticinium conſcripſiſſe. Fuit hic Gregorius natione Tuſcus, Cluniacenſis primùm Monachus, Hildebrandus nomine, poſteà Pontifex, ſua vir tempeſtate ingenio, famaque ſummus; celebrioris præſertim ſanctitatis, quẽ diuino adflatum Numine futura etiam intueri ſolitum, narrat apud Baronium Guiglielmus Malmesburienſis, eius ſeculi ſcriptor. Atque hũc quidem Hildebrandũ, eximia virtute celebratiſſimum, quem ſibi puer Romanum Principatum prædixit, prænunciaſſe item Ioanni-Petro Carafæ, ac marmori ad poſteritatis documentum commendaſſe, habetur ex Iulij Antonij Sanctorij, ampliſſimi perindè & grauiſſimi Cardinalis Sanctæ Seuerinæ litteris, ad amicum datis: quem docet, repertum perantiquum marmor cum hac inſcriptione :* QVINQVAGESIMO QVINTO TERTIO A MARTIO I. PETRVS POST CRVCEM SEDEBIT PONT. MAX. PETRI DIES ATTINGENS , DE QVO QVIDEM CVM SECVLI SVI PONTIFICVM GESTA SIT SVPERATVRVS , HILDEBRANDVS DIVINO HOC AFFLATV PRÆSAGIENS , HAC POSTEROS MEMORIA COMMONEFECIT . AN. D. M. L. *Cuius quidem vaticinij ea videtur eſſe explicatio. Anno Domini ſupra ſeſquimilleſimum quinquageſimo quinto, Maio menſe, qui à Martio eſt tertius, Ioannes-Petrus Carafa Romanus Pontifex inaugurabitur poſt Cardinalem Sanctæ Crucis; huius ſiquidem tituli appellatione Marcellus Secundus vocabatur. Annos Petri attinget, eius videlicet ætatis, quæ etſi minùs conſtet, ſcriptoreſque variè adnotarint; colligitur nihilominùs intra annum octogeſimum ſextum exceſſiſſe: ac proindè proximè ad illã acceſſiſſe Pauli Quarti*

anum, qui annum quartum ſupra octogeſimum vixit. Hunc verò Hildebrandum, eundem illum fuiſſe, quem paulò ante memorauimus, & prophetiæ ſpiritus, quo claruit; & qui notatur annus quinquageſimus ſupra milleſimum, quo ille floruit, luculenter declarat. -----Celeberrimus in Pontificum ſerie delineanda Abbas Ioachimus fuit, ac de Cardinali Theatino hæc ſcripſit: [Extollet arbor fructus ſuos, erit mitis, & iuſtus, ſchiſmate laborabit, & vincet.] Enimuerò Capriliæ natus eſt Theatinus, quod Oppidum arbores vndique, ac ſyluæ circumcingunt. Adeò mitis ingenij, vt habet Antonius Cardinalis Carafa: adeò iuſtus, vt acerrimus ſcelerum vindex, atque inſectator fuerit. Schiſmate verò etſi minùs laborauerit; ſchiſmatis nihilominùs quoddam genus, ac facies fuit, initum quorundam in eius electionem fœdus. Et quòd Campano bello capta Oppida fidelitatis ſacramentum futuro Pontifici dicere cogerentur; id omninò Pontificiæ authoritati diſſentaneum videri potuit. Propiùs verò ad Paulum Quartum D. Nicolai Tolentinatis, quod habetur in Bibliotheca Vaticana, præſagium acceſſit. Ait quippè: [Seuerus Iudex in ſenectute ſua, gladio, & carcere diſperdet impia.] Quid aptius? nam ſeueritatem quandam ore ipſo, ac ſupercilio præſetulit, in perditiſſimos Nouatores, ſceleſtoſque homines vehemens. Tùm prouecta admodùm ætate, ac propè octogenarius Orbis procurationi admotus, bellum pro tuenda Romanæ Sedis magnitudine geſſit, quod ad gladium pertinet: Sacræ Inquiſitionis Domum conſtruxit, quod ad carceres &c. Ioſeph Sylos in hiſt. par. 1. lib. 8. pag. 318. & 319.

DISQVISITIO DVODECIMA.

Num Ioannes-Petrus Cardinalis Carafa prædictus fuit futurus eſſe Pontifex Summus? Num fore ipſe ſe Pontificem Romanum prædixit? S. Malachiæ Vaticinia, ac de Pontifice Angelico, & duodecim Apoſtolicis Viris, Vrſulæ Benincaſiæ, ac Catharinæ Palmeriæ, Theatinarum Virginum Oracula recitentur. Et num Theatinæ Sanctimoniales aptiori nomine Regulares Clericæ dici debeant?

P. Auguſtinus Oldoinus è Soc. Ieſu in Vitis Romanorum Pontif. in Paulo IV.

2 MVlta de Pauli (*ſiue Ioannis-Petri Carafæ*) Pontificatu Præſagia numerantur. Ac primum illud eſt, quod Ioannes-Paulus Flauius in oratione de Paulo IV. narrat his verbis: Quamdiù Cardinalis extitit, *inquit Flauius*, QVAMPLVRIMA GRAVITER AC PRÆCLARE GESSIT, PRO HVIVSCE S. SEDIS DIGNITATE TVENDA, ET AVTHORITATE AMPLIFICANDA.-----Decet profectò in tanto Viro incredibilem prope animi firmitudinem, & ſummum quoddam in hanc Sedem ſtudium maximoperè admirari. Hinc enim illud eſt; quòd magnos illi honores tot Summi Pontifices habuerunt

runt

Digitized by Google

runt. Eundemque quàm libentiſſimè, quàm ſæpiſſime, quaſi diuinum quoddam Oraculum exaudierunt. Quod Marcelli II. ſanctiſſimi Viri, de cuius virtute ac meritis nemo ſatis dignè vnquam loquetur, grauiſſimo teſtimonio confirmatum eſt. Quandoquidem is cùm primùm Pontifex Maximus renunciatus eſſet, HVNC VNVM PRÆCIPVE IN GRAVISSIMIS REBVS ADMINISTRANDIS CVM HONORIFICENTISSIMA AVTHORITATE SIBI TANQVAM SOCIVM DELEGIT, HVNC CONSVLEBAT, HVNC PLVRIMI FACIEBAT. Cùmque (quod maximè memorandum eſt) ipſi Marcello iam Pontifici Maximo ſignificatum eſſet, hunc Cardinalem domicilium (vt fit) non ita commodum ſortitum fuiſſe: CEDEMVS NOS (inquit) EX HOC LOCO, VT NE TANTO VIRO DESIT LOCVS. Quaſi ita futurum diuinus ille ſanè animus præſagiret. Itaque OMNES, VNO ORE, VNO CONSENSV, ASSEVERABANT, HVNC DECANVM ESSE veſtri Ordinis SINGVLARE QVODDAM COLVMEN, ATQVE ORNAMENTVM. Quare vniuerſo Cœtu comprobante, propter maxima eius merita, legitimo ritu Pontificia poteſtate tandem exornatus eſt. In diius quidem decurſu, niſi fortè in difficillimam, ac turbulentiſſimam temporum, quæ vix medicinam ferre poſſent, iniquitatem incidiſſet, multò ſanè plura ac præſtantiora ſuæ ſummæ virtutis monimenta Orbi Chriſtiano reliquiſset. Nullis tamen vnquam conditionibus, nulla temporis anguſtia, nullo vel vitæ ipſius diſcrimine, nullo denique humano affectu adduci vnquam potuit, vt quæ ad S.R.E. Catholicæ dignitatem ac Maieſtatem pertinere intelligeret, vllo pacto imminui pateretur. Fuit enim ita obfirmato conſtantique animo in rebus honeſtis conficiendis; vt neque illum vlla vnquam ambitio, neque libido, neque voluptas à propoſito conſilio abſtraxerit, aut re inchoata, quam ipſemet rectam eſse arbitraretur, perſequenda euocarit. *Hactenus Flauius. Pergitque P. Oldoinus.*

11 IPSE PRÆTEREA CARAFA SE SVMMVM PONTIFICEM FVTVRVM PRÆDIXISSE VISVS EST, cùm (vt author eſt Onuphrius) ad ſuos conuerſus, qui Marcello II. quinquageſimũ quartum ætatis annum vix agente, atque adeò longè ſe iam octogenario iuniore Pontificatum adepto, de Theatini ſupremo Præſulatu planè deſperabant; CONFIDITE, inquit, NON DVM VENIT HORA MEA. Lapſa ea vox in præſagium vertit: nam intra duos menſes, & ille ſanctè obijt; & iſte in eius locum ſuffectus eſt. Cùm verò Conclaue Cardinales ingrederentur, monuit Theatinum Mendozius Orator, vt omnem quidẽ cogitationem de Pontificatu adipiſcendo deſereret, propterea quòd primo loco à Cæſare excluſus eſset. Cui is, nihil moleſtia affectus, & magna animi conſtantia, voceque ac vultu graui reſpondit: IMPERATOR

(de quo ſemper is ſumma cum reuerentia loquebatur) IMPEDIMENTO ESSE NON POTEST, QVIN SI ME DEVS VELIT, IN PONTIFICEM MAXIMVM EVADAM. ET ID LVCRO MIHI ERIT, ET BENE VERTET, VT EAM DIGNITATEM TVNC ACCEPTAM REFERAM VNI DEO. *Hactenus P. Auguſtinus Oldoinus. Et quidem inclytus Cæſar, atque ipſe in primis Catholicus Hiſpaniarum Rex, Philippus Secundus, quanto in pretio Carafam habuerit ac dilexerit, in ſecundo tomo dicemus. Nunc S. Malachiæ, à quo Ioannes-Petrus noſter prædictus fuiße dicitur, cuncta ex ordine Vaticinia adÿciantur.*

P. Henricus Engelgraue è Soc. Ieſu in lucis Euangelicę par. 3. in Feſto Cathedrę S. Petri Editionis Colonienſis fol. 79. col. 1.

12 Succeſſionem hanc vſq; ad ſupremum Orbis diem, ſpiritu Prophetico, obſcuris ſymbolis, de facto luculenter comprobatis, iam inde à quingentis ſeculis poſteris conſignauit S. Malachias Archiepiſcopus Ardinacenſis, qui obijt Anno Chriſti 1148. die 2. Nouembris.

Ex Caſtro Tyberis, Cæleſtinus II. origine Tiphernas, *Inimicus Expulſus*, Lucius II. familia Caccianemica.

Ex magnitudine Montis. Eugenius III. ex Oppido Montis Magni.

Abbas Suburranus. Anaſtaſius IV. ex Abbate S. Rufi, familia Suburna.

De Rore albo. Adrianus IV. Rurali familia, ex Oppido S. Albani.

Ex tetro Carcere. Victor IV. Cardin. in Carcere Tulliano.

Via Tranſtyberina. Calliſtus III. Card. S. Marię Tranſtyberim.

De Pannonia Tuſciæ. Paſchalis III. Vngarus, Card. Tuſculanus.

Ex Anſere cuſtode. Alexander III. familia Paparona.

Lux in Oſtio. Lucius III. Card. Oſtienſis.

Sus in Cribro. Vrbanus III. Cribellus, cuius inſignia ſus.

Enſis Laurentij. Gregorius VIII. cuius inſignia enſes, Card. S. Laurentij.

De Schola exiet. Clemens III. Romanus, domo Scholari.

De Rure Bouenſi. Cæleſtinus III. familia Bouenſi.

Comes ſignatus. Innocentius III. Comes Signiæ.

Canonicus de Latere. Honorius III. Canonicus Laterani.

Auis Oſtienſis. Gregorius IX. inſignia Aquila, Cardinalis Oſtienſis.

Leo Sabinus. Cæleſtinus IV. cuius inſignia Leo, Cardinalis Sabinus.

Comes Laurentius. Innocentius IV. Comes Fliſcus, Card. S. Laurentij.

Signum Oſtienſe. Alexander IV. Comes Signiæ, Card. Oſtienſis.

Hieruſalem Campaniæ. Vrbanus IV. Campanus, Patriarcha Hieroſolymitanus.

Draco depreſſus. Clemens IV. cuius inſignia Aquila draconem vnguibus premens.

Angui-

Digitized by Google

Anguinus vir. Gregorius X. Vicecomes; inſignia Anguis.
Concionator Gallus. Innocentius V. Gallus Ord. Prædicatorum.
Bonus Comes. Adrianus V. Otobonus Comes Fliſcus.
Piſcator Tuſcus. Ioan. XXI. Petrus Card. Tuſculanus.
Roſa compoſita. Nicolaus III. dictus Compoſitus, familia Vrſina, cuius inſignia Roſa.
Ex Telonio liliacei Martini. Martinus IV. cuius inſignia lilia, theſaurarius S. Martini Turonenſis.
Ex Roſa Leonina. Honorius IV. Sabellus, cuius inſignia roſa à leonibus geſtata.
Picus inter eſcas. Nicolaus IV. Picenus, patria Eſculanus.
Ex Eremo celſus. Cælestinus V. ex Eremita Pontifex.
Ex Vndarum benedictione. Bonifacius VIII. Benedictus Caietanus, cuius inſignia vndæ.
Concionator Patereus. Benedictus XI. Nicolaus Ord. Prædicatorum.
De Feſſis Aquitanicis. Clemens V. Aquitanus, cuius inſignia feſsæ.
De Sutore Oſſeo. Ioan. XXII. familia Oſsa ſutoris filius.
Coruus Schiſmaticus. Nicolaus V. Corbarius Antipapa.
Frigidus Abbas. Benedictus XII. Abbas fontis frigidi.
De Roſa Atrebatenſi. Clemens VI. Atrebas, inſignia Roſæ.
De Montibus Pammachij. Innocentius VI. Card. tit. Pammachij, cuius inſignia ſex montes.
Gallus Vicecomes. Vrbanus V. Gallus, ad Vice-Comites Mediolanẽſes Nũcius &c.
Nouus de Virgine forti. Gregorius XI. Belfortis cognom. Card. tit. S. Mariæ Nouæ.
De Cruce Apoſtolica. Clemens VII. de luna Card. SS. XII. Apoſtol. cuius inſignia Crux.
Luna Coſmedina. Benedictus XIII. de Luna Card. B.M.V. de Coſmedin.
Schiſma Barchinonium. Clemens VIII. Antipapa, Canonicus Barchionẽſis.
De Inferno pregnanti. Vrbanus VI. Pregnanus, natus in loco qui infernus dicitur.
Cubus de Mixtione. Bonifacius IX. Thomacellus, cuius inſignia Cubi.
De Meliore Sydere. Innocentius VII. dictus Coſmatus de Melioratis, cuius inſignia Sydus.
Nauta de Ponte nigro. Gregorius XII. Venetus, Præſes Eccleſię Nigropontanæ.
Flagellum Solis. Alexander V. Archiepiſcopus Mediolani S. Ambroſij; illius inſignia ſol, qui, vt in nummis antiquis videre eſt, cum flagello.
Ceruus Sirenæ. Ioannes XXIII. Card. S. Euſtachij cum ceruo, Bononiæ Legatus Neapolitanus.

Corona

Digitized by Google

Corona Veli aurei. Martinus V. Colonna, cuius inſignia Columna cum Corona, Card. S. Georgij ad velum aureum.

Lupa cæleſtina. Eugenius IV. Canonicus Cæleſtinus, Epiſcopus Senenſis.

Amator Crucis. Felix V. Dux Sabaud. Amadeus, cuius inſignia Crux.

De Modicitate Lunæ. Nicolaus V. Lunenſis, humili genere.

Bos paſcens. Calliſtus III. inſignia Bos paſcens.

De capra & albergo. Pius II. Secretarius Cardinalium, Capranici & Albergati.

De Ceruo & Leone. Paulus II. Prѧſes Eccleſiѧ Seruienſis, Cardinalis S. Marci, qui leo dicitur.

Piſcator Minorita. Sixtus IV. Piſcatoris filius, Minorita.

Præcurſor Siciliæ. Innocẽtius VIII. Ioannes-Baptiſta, Aulicus Regis Siciliѧ.

Bos Albanus in portu. Alexander VI. cuius inſignia Bos, Card. Albanus & Portuenſis.

De paruo homine. Pius III. Piccolhomineus.

Fructus Iouis iuuabit. Iulius II. inſignia Quercus, arbor Iouis.

De Craticula Politiana. Leo X. Laurentij Medices filius, Pontiani Diſcipulus.

Leo Florentius. Adrianus VI. Florentij filius, inſignia Leo.

Flos pilei agri. Clemens VII. Medices Florentinus, cuius inſignia Boli & Lilia.

Hyacynthus Medicorum. Paulus III. Farneſius; inſigne, Lilia cærulea, Card. SS. Coſmæ & Damiani Medicorum.

De Corona Montana. Iulius III. anteà dictus Ioannes-Maria de Monte.

Frumentum floccidum. Marcellus II. cuius inſignia Frumentum floccidum, breui Pontificatu.

De Fide Petri. Paulus IV. anteà dictus Petrus Carafa. *Sed illuſtre hoc Vaticinium pleniùs explicandum. Ne dum enim Ioannis-Petri nomen, ſed & cognominis Caram-Fidem oſtendit. Tum inſignem exprimit Zelum Fidei, obſeruantiã illam in Diuum Petrum, atque in Deum ſingularem fiduciam ab eodem Apoſtolorum Principe commendatam, quæ mirificè in eius pectore exarſit. Pergit Malachias.*

Æſculapij pharmacum. Pius IV. Ioannes-Angelus Medices.

Angelus Nemoroſus. Pius V. Michael ex Oppido Boſchi.

Medium corpus Pilarum. Gregorius XIII. cuius inſigne, medius draco geſtans Cardinalis pilas Pij IV. à quo creatus eſt Cardinalis.

Axis in medietate ſigni, Sixtus V. qui axẽ in medio leonis pro inſigni habet.

De Rore cæleſti. Vrbanus VII. Archiepiſcopus Roſſanẽſis in Calabria, vbi manna legitur.

Ex Antiquitate Vrbis. Gregorius XIV. vtroque Parente antiquiſſimæ familiæ, ipſe antiquitatum Vrbis reſtaurator.

Pia

Digitized by Google

Pia Ciuitas in Bello. Innocentius IX. Nemo huc vſque explicauit.

Crux Romulea. Clemens VIII. cuius inſigne trabs argentea, tribus ſegmẽtis interſtincta ad modum Crucis Pontificis Rom.

Vndoſus Vir. Leo XI. Paralyſi obnoxius.

Gens Peruerſa. Paulus V. Nemo explicauit.

In tribulatione Pacis. Gregorius XV. ſub quo Imperium maximè turbatum nunquam huc vſque reſpirauit.

Lilium & Roſa. Vrbanus VIII. Florentinus, cui Vrbi lilium pro inſigni; ipſi & roſis amiciſſimæ apiculæ. Cæterùm reſpici ab Octauo videtur Vrbanus IV. cuius inſignia lilium & roſa.

Iucunditas Crucis. Innocentius X. cuius inſignia Columba ſuauem pacis oliuam geſtans, electus feſto S. Crucis.

Montium Cuſtos. Alexander VII. cuius inſignia Montes, quibus ſydus Cœleſte, velut oculus vigil & cuſtos ſupereminet, iuxta illud: Stellæ dederunt lumen in cuſtodijs ſuis. *Baruch.* 3.

Sydus Olorum. Clemens IX. *Quod ad eius Patriæ inſigne alludere dicunt: ni pro albis ac ſydereis Cygnis, cum nonnemine, Theatinas Eremicolas Sanctimoniales tunc temporis inſtitutas intelligas, opertas veſtibus candidis ac cæruleis, qui colores in eius teſſera gentilitia inſpiciuntur.*

De Flumine Magno. Clemens X. *Idque ad Cæleſte ſignum ita nuncupatum alludit, in quo ſex ſydera inquiunt cæteris præſtantiora emicare, quæ inſignia illi gẽtilitia effingunt. Cæterùm hæc 27. ſuperſunt.*

I. Bellua Inſatiabilis.
II. Pœnitentia Glorioſa.
III. Raſtrum in Porta.
IV. Flores circumdati.
V. De Bona Religione.
VI. Miles in Bello.
VII. Columna Excelſa.
VIII. Animal Rurale.
IX. Roſa Vmbriæ.
X. Vrſus Velox.
XI. Peregrinus Apoſtolicus.
XII. Aquila Rapax.
XIII. Canis & Coluber.
XIV. Vir Religioſus.
XV. De Balneis Etruriæ. *Luce extant*
XVI. Crux de Cruce.
XVII. Lumen in Cælo.
XVIII. Ignis Ardens.
XIX. Religio Depopulata.
XX. Fides Intrepida.
XXI. PASTOR ANGELICVS.
XXII. Paſtor & Nauta.
XXIII. Flos Florum.
XXIV. De Medietate Lunæ.
XXV. De Labore Solis.
XXVI. Gloria Oliuæ.

XXVII. In perſecutione extrema S.R.E. ſedebit Petrus II. Romanus, qui paſcet oues in multis tribulationibus: quibus tranſactis Ciuitas ſepticollis diruetur, & Iudex tremendus iudicabit populum ſuum. Hucuſque meritiſſimus de S.R.E. Archiepiſcopus & Primas Hiberniæ S. Malachias, Monachorum gloria, mellifluì Doctoris Bernardi amiciſſimus. *Hactenus Engelgraue ex Arnoldi Vvionis Ordinis S. Benedicti* ligno vitæ pag. 307. &

Ga-

Gabrielis Bucolini hiſt. vniuerſ. *Sed his ego Vaticinijs, quanuis id, quod ad Ioannem. Petrum Carafam attinet egregium ſit (vt ſincerè fatear) ægrè admodùm adducor vt fidem habeam. Vereor enim ne ab aliquo ſint conficta, & ſancto Viro falsò attributa. Nam prima ſunt clariora, & omnia ex nomine, vel cognomine, vel titulo ſumpta. Poſteriora non item. Sed tamen facilè poſt creatum Pontificem aliquid in eius aut vita aut teſſera aut Patria eſt inuenire, quod ad ea verbula aut ſymbola quadret. Vt vt ſit. De Paſtore illo Angelico qua ætate futurus ſit multorum Oracula ac planè vaticinia non concordant. Vis tamen eius virtutes ac conditiones audire?*

P. Cornelius à Lapide è Soc. Ieſu in Apocalyp. cap. 20. fol. 289.

13 Paſtor Angelicus admirandæ humilitatis, ſapientiæ, & ſanctitatis erit: habebitque duodecim Apoſtolos inſtar Chriſti, cum quibus reformabit, & priſtino ſub Apoſtolis ſplendori reſtituet Eccleſiam. *Ita ſe legiſſe Cornelius atteſtatur in Codice B. Amedei, qui in Vaticana Bibliotheca aſſeruatur. Sed de Paſtore hoc Angelico, & duodecim Apoſtolicis viris eius adminiſtris, vir quidam probitate vitæ inſignis me interrogauit, epiſtola quam ſubijcio.*

P. Vincentius Faſſari è Soc. Ieſu ad D. Fr. M. M. Cler. Reg.

14 Gaudio quidem exundo, ac cum Simeone decanto: Nunc dimictis Seruum tuum Domine, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Nam ſanctæ illius Renouationis oracula iam video plenè omnia comprobari. Sed Paternitatem Tuam etiam atque etiam rogo, vt Venerabilis Matris Veſtræ Vrſulæ Benincaſæ Prædictiones de Pontifice Angelico, de Sanctimonialibus Eremicolis, ac duodecim Apoſtolicis Viris, qui toto Orbe demum diſperſi, in Mundi Renouationem ſtudioſiſſimè procurandam incumbent, diligenter exſcribat ac mihi tradat. Nam viciſſim ego alias cum Tua Paternitate communicabo, quæ quicquid à Veſtra Matre prædictum, mirificè comprobant & confirmant. Sed peto, cur Dei Seruam verè Theatinam appellitetis? &c. *Ita ad me olim P. Vincentius, vir quidem non modò egregiè Scholaſticis diſciplinis imbutus, quæ diu in Collegio Panormitano profeſſus eſt, ſed & ſumma vitæ integritate, ac virtutibus omnibus ornatiſſimus: cuius innumeras epiſtolas vel ex Melita, vel Meſſana, vel Panormi ex tyrocinio Societatis acceptas, in volumen compactas veluti tanti viri inſigne monimentum diligenter aſſeruo. Quidquid tamen illi reſcripſi vt eius petitioni omninò reſpondeat, ſummatim hic eodem charactere ſubijcio. Et quidem de Pontifice Angelico Mater Noſtra Vrſula Benincaſa multa prædixit, quæ luci danda non arbitramur. Vide à nobis editam eius vitam* par. 1. lib. 3. cap. 2. fol. 317. *De Eremicolis verò Monialibus & Apoſtolicis viris, plura etiam Volumina extant; ſed & vnam tantùm prædictionẽ ſufficiet huc adijcere deſcriptam ab eius Nepti Catharina Palmeria, quæ ſic habet:*

15 Pro-

15 Prope Sanctimonialium Eremum, Clericorum Regularium Domus eſt inſtruenda, qui non plures futuri ſunt, quàm duodecim Sacerdotes: eritq; ijs à vulgo inditum Nomen: PADRI TEATINI RITIRATI, *hoc eſt, Patres Theatini in Receſſu verſantes.* Quos, ait Dominus, ego mihi ſeligo Sacerdotes, ſimiliter ac delegi olim Apoſtolos, vt ijs arcana mea pateſeciam: ſuper his requieſcam: & ſancto Spiritu replebuntur. Imminentia hi Vrbi mala proſpicient: & à me exorabunt vt parcam: & fructum ingentem ferent: eruntque veluti ærumnarum Vrbis auſcultatores: & tàm Prorex quàm Antiſtes, in rebus arduis conſilijs eorundem vtentur. Quin etiam Summus Pontifex, difficilibus in rebus ſententiam ipſorum exquiret. Me etenim clarè illis oſtendam. Eruntque veluti indigentibus panis, afflictorum conſolatores, & obſcuris in rebus veluti lampades. Ceterùm ipſi veluti tot accenſa funalia coram me & hominibus erunt. Et propter grandia Opera, quæ faciã ego per ipſos, vocari poterunt perfecti Apoſtoli, Doctores, & cari mihi familiares: & omnibus perfugio erũt. Et quanquam peculiari Nomine, *Teatini Ritirati*, dicendi ſunt; vt Animas tamen iuuent, propriæ quietis obliuiſcentur: & petentibus conſilia non negabunt. Immò etiam minimè requiſiti edicent, quod ipſis à meo ſpiritu demonſtrabitur. Et hi duodecim Patres curam ſuſcipient huiuſce Congregationis ac Templi, quod meo iuſſu excitatum eſt, vbi ego meam gloriam indicabo. Et ipſi ac Virgines Eremicolæ quies mea erunt: & eorundem exemplo multi Religioſi Viri congregabuntur: & ab ipſis Chriſtiani Orbis innouatio exorietur. *Hæc in compendio Vitæ Vrſulæ Benincaſæ, quod Italicè luci dedimus* par. 1. cap. 12. num. 74. fol. 125. *in Epiſtolis Catharinæ Palm.* die 5. Ianuarij menſis num. 13. fol. 526. *& in receſſu ad Exercitia Spiritualia à me Romæ typis impreſſo* cap. 2. §. 4. num. 37. fol. 116.

16 *Ceterùm ille idem P. Vincentius, cur Vrſulam Benincaſam & eius Virgines Theatinas appellitemus, interrogat. Cui reſpondeo, Matrem noſtram Theatinam iurè ac meritò nuncupari, quòd Theatinam Profeſſionem emiſit, quòd à pueritia ſua Theatinum habitum induit, & quòd Theatinam ſe eſſe pluries ex Dei iuſſu teſtata eſt, vt Latinè ac Italicè in eius vita luculenter oſtendimus. Quòd ſi Theatinũ ei nomen in ſacris hiſce Virginibus non arridet; ſciat me Lucæ Holſtenij viri Eruditiſſimi ſententiam approbare; qui vt in compendio vitæ Vrſulæ Benincaſiæ tradidi* par. 1. cap. 8. n. 37. *noſtras Virgines atq; Sanctimoniales appellandas eſſe cẽſebat proprio Nomine* Clericas Regulares. *Admiraris Virgines ac Mulieres dici* Clericas? *An non aliæ, Regulares Canonicæ, nuncupantur? Vis Clericas fuiſſe olim oſtendam? Vide Gabrielem Pennottum Canonicum Regularem in hiſtoria tripartita* lib. 3. cap. 39. *Vide Ioannem le Paige Præmonſtratenſem in bibliotheca.* lib. 1. ſect. 16. *vbi fuiſſe olim* Virgines Clericales, *ſiue vt in titulo habet*, Clericas Sanctimoniales *demonſtrat. Vide Sigebertum Gemblacenſem in Chronico* ſub ann. Dom. 820. *vbi diſertè tradit* in Concilio Aquiſgranenſi factam fuiſſe reformationem Monachorum, & etiam Clericorum, & Clericaliũ

Digitized by Google

Sanctimonialium regulas quaſdam factas. *Et demum Iuſtinianus Imperator in nonnullis Conſtitutionibus,inquit:*Si quis rapuerit vel ſolicitauerit,vel corruperit Aſcetriam,vel Diaconiſſam,vel Monacham,vel mulierē religioſam vitam habentem,bona ipſius & eorum,qui huius ſceleris communione contaminati ſunt,Religioſo loco vindicentur,Monaſterio &c.Aſcetę verò & Aſcetriæ, (*vt citato in loco Præmonſtratenſium Bibliotheca declarat*) idem prorſus erant cum Clericis & Mulieribus Clericalibus regulariter viuentibus : de quibus Philo in lib. *de vit. ſuppl.* & Euſebius *lib. 2.hiſtor.Eccl.cap.16.&* 17.quiq;à B.Marco in primitiua Eccleſia inſtituti dicuntur.*Sed de his rurſus ac opportuniùs alibi Diſquiſitionem inſtituemus.*

17 *Et hæc habui,quæ de Io.Petro Car. vel Epiſcopo,vel Clericorũ Regularium Conditore, vel Cardinali,meo labore comperta atq;digeſta prælo ſubijcerem, plerumque omnia bona fide è Clarorum Scriptorum Soc.Ieſu libris excerpta;cætera,quæ Pontifex inſigniter edidit ac patrauit,in altero Volumine complexurus.An verò hæc lucem laudemq;demereantur,cùm ipſe diſcernere non ſufficiam,æquum Iudicem,Cenſoremq;perquiro:vt animi pendens,eius arbitrio ac iudicio ſtatuam, num præſtet meum hoc Volumen celari potiùs & abſcondi,an publici iuris fieri,& Auguſtorum Patrum,ſapientia virtuteq;præſtantium,perſpicaciſſimis oculis exhiberi.Cùm nihil omninò cupiam,niſi Deo primùm gloriam,Io.Petro nominis claritatem atq;ſanctitudinis famam,& pijs lectoribus aliquā vtilitatē afferre.Itaque ex toto terrarum Orbe,illuſtriſſimum Virum & Antiſtitem deligo,generis nobilitate præclarũ,animi ornamentis inſignem,ſapientia,prudentiaq;ac vitæ adeò integritate cōſpicuũ,ut Io. Petrũ ipſũ baſilicè repræſentet à ſũmis Pōtificibus ſæpius accerſitũ: quippè quē cũ omniũ laude ſapiētiſſimus Pōtifex Clemēs X.Cubiculo ſuo præfectũ adminiſtrũ elegit,ut eius opera & fide,horis penè ſingulis,vti poſſit,bono totius Reipublicæ Chriſtianæ. Ad illũ ergo, hiſce meis literis,mitto & dirigo Volumen hoc meũ.*

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO D.

D. ALEXANDRO CRESCENTIO, ROMANO PATRITIO, Patriarchæ Alexandrino, Cubiculo Pontificio Præfecto &c.

ILLVSTRISSIME AC REVERENDISSIME DOMINE.

MItto tibi Ioannem-Petrũ Carafam, vnà cùm S.Caietano,Theatini planè Ordinis Conditorē,vtcunq;à me hoc Volumine expreſsũ & illuſtratum,vt tua præſertim manu & authoritate ad Auguſtos Patres, & ad Beatiſſimum ipſum Clementem X. cuius Apoſtolicam Sedē,& vniuerſi Orbis Tiaram & Faſces,ſi dignum, Vir prudentiſſime ac ſapientiſſime,iudicaueris,iutroducas. Venerabilis quippè Mater Noſtra D.Vrſula Benincaſa, Congregationis & Eremi Virginum Theatinarum Fundatrix,vt Dei Legationem obiret,iſtuc olim profecta, & Gregorium XIII. alloquuta,cùm admirabili ter illo mentis exceſſu correpta eſſet,ab Diuo Philippo Nerio,cui Pontifex vnicè demandauerat eius curam, in tuam Creſcentiorum,antiqua Generis Claritate Virtuteque præſtãtium Domũ incluſa eſt. Idque adeò bene vertit,vt diligentiſſimè examinata, honorificèque

Digitized by Google

norificè ab Vrbe dimiſſa, & ab Diuo Philippo Clericali etiam Pileo coronata, ſuæ virtutis ac ſanctitudinis famam longè inde latèque in omnẽ mundi angulum explicauerit. Quòd ſi id Matri Noſtræ tam feliciter accidit apud Tuos; ſpero fore vt idem obueniat Ioanni-Petro Caraſę Cõfundatori Noſtri Ordinis apud Te; qui legendis eius geſtis atq; virtutibus, vt es in ſacris literis ac ſtudijs verſatiſſimus, plurimùm oblectaris. Cur verò ad Te illum direxerim, plures cauſæ, grauesque omnes quidem fuere, & & princeps ac potiſſima hæc fuit: quòd Religioſi Ordinis Conditorem, cui nam tutiùs ac prudentiùs putem, quàm religioſiſſimo Antiſtiti, ac noſtri Ordinis amantiſſimo, commendãdum? & ſanctitudine celebrem, obitiſq; grauibus muneribus ac legationibus illuſtriſſimũ, ad tãta quidẽ innocentia preditũ, virtutumque omnium meritis ac fulgoribus Præſulem exornatum, vt in Aulis Principum diu verſatus, omnium ad te ora & oculos cum admiratione conuertas. Immo eximium Cardinalem, qui ſuffragatione omnium in Põtificem Romanum euaſit, ad eum mitto, quem totus penè Orbis hodie Chriſtianus flagrantiſſimè expectat, à tam ſapienti & immortalis famæ Pontifice, renunciatum Cardinalem audire. Deindè multis ego nominibus munus hoc qualecunque tibi offerre debebam. Nam cùm iſtuc elapſo anno cum Duce Segorbiæ, huius Regni Prorege, & Catholici Regis Caroli Secundi Oratore, profectus eſſem; per illum, cui à confeſſionibus eram, multa Theatinis Sanctimonialibus gratias & priuilegia depoſcebam. Domum noſtram, ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, & immaculatè Conceptæ Virgini ſacram, atq; ſeceſſui deſtinatã (cuius tu olim, cùm Neapoli eſſes, à me & Excellentiſſima Proregina rogatus initium prouexiſti) vehementiſſimè inſtabam vt ſanctiſſimus Põtifex approbaret. Tum petebam, noſtro Ordini facultatem conferret, vt vbiq; locorum ac gentium, Conceptæ Virginis Scapularium, à noſtra Matre Vrſula Benincaſa ſuſceptum, & toti terrarum Orbi ex eius oraculo impertiendum, ritè benedicere atq; diſtribuere poſſet. Quæ tu omnia, ſupplicibus libellis benigniſſimè acceptis, atq; Beatiſſimo Patri ſtatim exhibitis, facilè vt optaueram impetraſti. Quo circa ingratiſſimi hominis mihi notam inurerem, ſi hæc bublicè non faterer, & ſi tuo Volumen ampliſſimo Nomini non inſcriberem, neque illud tibi meritiſſimo & ornatiſſimo Antiſtiti deſtinarem, vt ſubſeciuis horis euoluas, & quomodò dignũ cenſeas, aut ſupprimendum, aut euulgandum, vt vel prorsùs intereat, vel perpetuùm extet erga te meæ gratitudinis & obſeruantiæ Monimẽtum. Moneatque lectores meos, vt continuò Deum laudent, atque Deiparam; ac ſubindè illi ore ac corde decantent: LAVDETVR SANCTISSIMVM EVCHARISTIÆ SACRAMENTVM; ET SIT BENEDICTA SEMPER AB OMNIBVS B. MARIÆ VIRGINIS PVRITAS, ET IMMACVLATA CONCEPTIO.

SYLLABVS RERVM OMNIVM,

QVÆ IN PRIMO HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

A

Abrahamus Bzouius confutatur pag. 29. & 30.

Antonius Caracciolus laudatur 40. & 67.

Antonius Card. Carafa extinguit incendium 51. & 42. *Mulierculas fugat* 43. & 44. *Quomodò ad Cardinalatum aſcenderit* 45. *Dei gloriam quàm reſpiceret* 46. *Præfectus libellis ſupplicibus* 48. *Cuſtos Bibliothecæ Vaticanæ* 49. *Percarus Principibus Chriſtianis ac Pontificibus* 51. *Maronitarum Patronus* 52. *Piiſſimè obit* 53.

Apoſtoli an pſallerent? 118. *An victũ emendicarent* 161. *Quæ illis tunica ac pallium eſſet* 202.

Apoſtolicus an ſit Clericorum Regularium Ordo 66. 80. 81. &c. *S. Auguſtinus Apoſtolicum Ordinem inſtaurauit* 65.

Arnoldus Vvion laudatur 30.

Aſtrologi quam in Carafa genituram obſeruent 26.

B

Artholomæus Chioccarellus errat in Paulo IV. 31.

Benedictus Titionius Venetias abit 222. *Clericorum Regularium Ordini nomen dat* ibidem.

F. Bonauentura Ordinis Minorum Miniſter à Carafa ad Clementem VII. allegatur 249.

C

S. Caietanus Venetijs Xenodochium excitat 211. *Ab Hæreticis captus ſuſpenditur ac carceri mancipatur* 201. *Neapolim allegatus recuſat eligere ſibi Socium* 224. & 225. *Datur illi comes Ioãnes Marinonius Venetus* ib. *Oppidani Comitis Monaſteriũ deſerit* 226. *Cur eius imaginibus lilia addantur* ib. *Ochinum concionantem audit ac detegit* ib. *Mariæ Longæ ac Capucinarũ Monialiũ Confeſſiones excepit* ib. *Laudatur* 71. *Diui Pauli Monaſterio à Prorege donatur* 228.

Cantio ſimplex à Clericorum Regularium Ordine renouata 121. *A Patribus Societatis admiſſa* ib. *Diu olim in vſu fuit* 122.

Carafæorum familia Neapoli primas tenet 1. 4. 65. *Ex Vngaria & Ruſſia originem trahit* ib. *An deſcendat ex Sigiſmundis* 3. *Quid de ea cenſuerit Paulus IV.* 4.

Clemens VII. Carafæ & ſocijs indulget vt trium Votorum Profeſſionem emittant 73. *ſub immediata Apoſtolicæ Sedis ſubiectione* 74. *Vt Miſſas & Diuina Officia pro libito ſibi condant* ib. *Vt Breuiarium & Miſſalem librum emendent* 75. *Vt gaudeãt prærogatiuis ac priuilegijs Canonicorũ Reg. Lateranenſiũ* 74. & 161.

Digitized by Google

161. *Carafæ mandat vt abſente I. Giberto viſitet Veronenſem Eccleſiam* 104. *&* 105. *Noſtros cogit, vt Neapolim veniant* 223.

Clemens X. noſtris indulget vt parua Conceptionis Scapularia benedicere ac diſtribuere poſſint 145. *Noſtris approbat Eremiticam domum* 195.

Chriſti veſtes an atræ fuerint 112. *Exempla Chriſtum imitantium Monachorum ac Virginum* 113. *An Chriſtus uixerit ex mendicatis* 161. *Apoſtolos quo nàm modo uiuere inſtituit* ib. *Eius tunica & palliũ* 102. *Eius barba* ib. *Eius habitus Clericorum Regularium Ordini quàm conformis* 103.

Clericorum Regulariũ Ordo num Apoſtolicus ſit 66. 80. 81. & ſeq. *Illi qualia ſint Tẽpla & ſacraria* 162. *Clerici Regulares Prouidentiæ Diuinæ aſſertores* 66. *Quæ ſcripturæ loca eorundem paupertatem ſuadeant*. 162. 163. & ſeq. *Clericos Regulares qui nam Ordines fuerint imitati* 103. *Alij præter Theatinos Clerici Regulares ſine addito appellari non poſſunt* 79. *Clerici Regulares cur Theatini appellati* 96. *Apoſtolorum inſtitutum iterum inuexerunt in Orbem* 80. *Studijs literarum initio an incubuerint* 196. *&* 220.

Clerici Regulares tempore Apoſtolorum 82. *tempore B. Creſcentis* 84. *S. Cypriani* ib. *S. Proſperi Aquitanici* 85. *S. Silueſtri* ib. *S. Euſebij* ib. *S. Baſilij* ib. *B. Martini* 86. *S. Chryſoſtomi* 88. *S. Hieronymi* 89. *S. Auguſtini* 81. *&* 89. *S. Innocentij Papæ* 90. *S. Gregorij Magni* 92. *Ledradi Lugdunenſis Epiſcopi* 93. *Iuonis Carnotenſis* 81. *&* 94. *Gerardi Doctoris Pariſienſis* 94. *S. Caietani & Ioannis-Petri Carafæ* 95.

Clerus qualis fuerit ante Theatinũ Ordinem conditum 78.

S. Crucis exaltatæ die quomodò noſter Ordo ſit conditus 78. *S. Crucis inſigne cur noſtri Patres aſſumpſerint* 102.

Comitia Generalia cur tertio quoque anno in noſtro Ordine celebrantur 116.

Communicatio Ordinis quid importet 188. & ſeqq.

Compendioſa Chronica conſtitutionibus Patrum Prædicatorum adiecta confutantur 29.

Conſtantinus Caietanus cõfutatur 30. *&* 31.

Cucullos cur non feramus 113.

D

D*Æmones vt pſalmorum cantus expellat* 120.

Diomedes Carafa Pauli IV. Auus laudatur 22.

F. Dominicus Maria Marcheſius confutatur 30.

Domni prænomen cui tribuendum 114. *Cur noſtri Sacerdotes ac Moniales Domni & Domnæ appellentur* ib.

E

E*Remitæ cur noſtri Patres Venetijs audirent* 198.

Eremiticam domum cogitat Epiſcopus Theatinus 193. *&* 194. *Sed Romanum Monaſterium non deſerere* 195. *Eandem domum noſtrorum ſeceſſui conſtitutam Clemens X. approbauit* 196.

Euangelia noſtri Patres cur manu geſtarent ac quotidie legerent 108.

Quam

Quàm id veteres vſurparint 110. *&* 111.

F

F*Vndatorum noſtri Ordinis nomina cognomina & patriæ* 77. *&* 78. *Cur in noſtro Ordine plures ſint* 72. *Cur duo tantùm inſigniores* ib. *Cur alij dicendi ſint Socij* 73. 76. *&* 77.

G

G*Erardus Magnus Coinſtitutor Clericorum Regularium* 77.

H

H*Ieronymus Æmilianus ſpiritualem ſibi ducem Caraſam eligit* 207. *&* 208. *Obtemperat eius nutui* 209. *&* 210. *A S. Caietano excitatum Xenodochium adminiſtrat* 215. *Caraſam Veronæ ſalutat Romam iturum* 273.

Hieronymus Magius vir eruditiſſimus de Caraſa commentariolum edidit 56. *Eius opera* 57. *Inſignis Venetorum Architectus in clade Cypria quã operam nauauit* ib. *Conſtantinopoli à Turcis ſtrangulatus occubuit* ib.

P. Hippolythus Marraccius laudatur 138. *&* 139.

I

I*Eiunant Clerici Regulares in Chriſti Domini Aduentu* 130. *Cur quarta feria à carnibus abſtinent, & ſexta item ieiunant* 131. 132. & ſeq. *Cur ſecunda & tertia feria ante Cineres* vide in fol. correct.

S. Ignatius ſuum Ordinem cur Societatem Ieſu appellauit 80. *Cur Venetijs cum Clericis Regularibus egit* 213. *Cur Caraſa illi non fauit* 211. *Hæreticum in ſuo Collegio deprehenſum ad Cardinalem Theatinum defert ac illi tradit* 284.

S. Inquiſitionis author Caraſa apud Paulum III. 273. 274. 275. *&* 280.

Ioannes-Antonius Caracciolus Oppidi Comes noſtros exoptat 222. *Suos illis cenſus attribuere ſatagit, ſed recuſat Caietanus* 125.

Ioannes-Antonius Pratus laudatur à P. Rhò 68.

Ioannes-Petrus Caraſa non dum natus prænunciatur fore Pontifex ſummus 26. *&* 27. *quo anno editus* 27. *&* 28. *Natus ſine dolore ac nixu Matris* ib. *Quis ei frater quæue Sorores* 28. *Eius indoles & educatio* 29. *Nũ S. Dominici habitum induerit* ib. *An S. Seuerini Monaſterio nomen dederit* 30. *Quæ nam illi puritas & eruditio literarum* 31. 35. 37. 38. 59. *Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus* 60. *A Cardin. Oliuerio eius Patruo quàm diligeretur* 31. 37. *Iulio II. percarus* 35. *Quàm in verbis prudens & cautus* ib. *Librorum quàm ſtudioſus* 36. *Epiſcopatum cur recuſauit* ib. *Legatur Neapolim ad excipiendum Regem Catholicum* 36. 38. *Romæ Noſocomiũ excitat* 220. *Creatur Epiſcopus Theatinus* 38. *&* 60. *Legatur in Angliam* 36. 37. *&* 60. *Regio Sacello præficitur* ib. *De Henrico VIII. Anglorum Rege quid diceret* 36. *&* 37. *Carolo V. Cæſari gratus* ib. *Cooptatur inter eos, qui à ſecretioribus cõſilijs illi erãt* 37. *&* 60. *A Margarita Auſtriaca poſtulatus* 38. *Reuocatur ab Hadriano Pontifice Romam* 39. *Incendium quàm mirificè extinxit* ib. *&* 40. *Idem præſtitit ob eius memoriã Antonius Card. Caraſa* 41. *Viſitat*

Thea-

Theatinam Eccleſiam 55. *Cur & quomodò ſe ſe infulis abdicarit* 55. 56. 199.

Ioannes-Petrus Carafa Clericorum Regularium Ordinem excitaturus S. Caietanum cõuenit & ab eo ſupplex excipitur 67. & 68. *Facultates in egenos diſtribuit* 55. *Socios ſibi adſciſcit* 56. *An prudenter hoc egerit* 57. *Cur Clericorum Regularium Ordinem excitet* 58. 59. *Iuxtà primitiuæ Eccleſiæ rationem viuere cœpit* ib. *Quæ ſibi ac ſuis propoſuit inſtituta* 61. *Cur Theatinum cognomentum noſtris adhæſit* 59. *Cur voluit Deus nouam Religionem inſtitui* 62. & 63. *Eius Ordo ab Apoſtolis originem trahit* 64. *Primus Cleri Reformator & Apoſtolici Ordinis Reſtitutor eſt dictus* 65. & 66. *Laudatur ab Orlandino* 66. *à Lancicio* 67. *à Bouerio* 189. *Vno eodemque tempore ipſe & Caietanus Ordinis fundationem moliebantur* 66. *Ordinis approbationem efflagitat* 69. *Inſtituitur ſolemniter Ordo in Baſilica Vaticana* 55. & 70. 78. *Deligitur ipſe omnium caput* 71. *Cur duo ſint noſtri Ordinis Conditores, quiſue ipſorum maior atque præſtãtior* 72. 73. 76. 77. *Quale illi fuit in condenda Congregatione propoſitũ* 77. *Qualis eſſet ante cõditum noſtrum Ordinem Clerus* 78. *Noſter Ordo ſub S. Auguſtino non militat* 95. *Cur Theatini appellemur* 95. *Non Theatini Epiſcopi conſenſione illud Nomen accepimus* 97. *Ita dicimur breuioris ſermonis gratia* ib. *Qui poſt noſtrum Ordinem ſunt ſequuti Theatini appellãtur* ib. *Etiam Patres Societatis Ieſu* 98. *Cur Chriſti Domini Euangelia quotidiè noſtri legerent* 108. *Erga illa Ioannes-Petrus quomodò afficeretur* 110. *Cur noſtri in Ordine vellent ſodalium paucitatem* 109. *Cur nigris vtamur veſtibus* 112. *Cucullos cur non feramus* 113. *Cur Domni vocemur* 114. 115. *Cur ſit nobis tẽporaneus, non perpetuus magiſtratus* 115. *Cur tertio quoque anno Comitia celebremus* 116. *Cur pſallamus in Choro* 117. *Lucra cantus enumerãtur* 119. *Dæmones expelli pſalmorum cantu* 120. *Dei prouidentiã implorari* ib. *Cur ſtando & non ſedendo pſallamus* 120. & 121. *Cur cãtu ſimplici vtamur* ib. *Cur in tẽplo vnà omnes oremus* 128. & 129. *Cur ieiunemus in Chriſti Domini Aduentu* 130. *Cur quarta abſtineamus à carnibus, & ſexta feria ieiunemus* 131. *Mons Pietatis quomodò pro mortuis inſtitutus* 136. & 137. *Quale Cõceptionis Scapulariũ habemus* 138. *Quanta ſolemnitate Neapoli benedictum ac diſtributum* 147. *Quæ ſint noſtri Ordinis Priuilegia* 157. 258. *Societatis Ieſu Priuilegia noſtro Ordini conferuntur* 161. *De Palla, qua in Miſſæ Sacrificio vtuntur Clerici Regulares* 160. *Num alij eadem vti poſſint* ib. *Qualis ſit Theatinorum paupertas* 161. *Quænam ſacræ Scripturæ loca Theatinã paupertatem ſuadeant* 162. *Quæ Sanctorum exempla promptam Dei Prouidentiam cuilibet oſtẽdãt* 177. & ſeq. *Etiam ijs qui in ſolitudine vitam agunt* ib.

Ioannes-Petrus Carafa Capucini Ordinis fundationem quàm iuuit 188. & 189.

189. *Cogitat Eremiticam domum* 193. & 194. *ſed Romanum Monaſterium non deſerere* 196. *Nunc Clericis Regularibus Clemens X. Domum Eremiticā approbat* 196. & 197. *Carafa in Vrbis clade milites nefarios increpat* 200. *Vnà cum ſocijs à militibus captus carceri mancipatur* 198. 199. 201. & 202. *E carcere dimittitur* 203. *Veluti nube tectus* ib. & 204. *Venetijs quā vitæ Regulam obſeruaret* ib. *A Clemente VII. iuſſus viſitat Veronensē Eccleſiā* 203. *Quomodò Vrbis Rectorem ſuo ſermone proſtrauit* 106. 294. & 295. *Spiritualis Dux à Hieronymo Æmiliano deligitur* 207. 208. 209. 210. *Venetijs quæ ipſe præclarè geſſit* 212. *Xenodochiū à S. Caietano excitatum priſtino ſplendori reſtituit* 213. *Quàm Zelo fidei flagraret* 215. *Quàm vitam aſperam duceret* 216. 217. *Græcos coercet* ib. *Hæreticum Patauio expellit* ib. *Rogatur à Neapolitanis Septem-Viris vt huc ſocios mittat* 220. *S. Caietanum & Ioannem Marinonium allegat* 224. & ſeq. *Eius literæ ad Mariam Longam* 227. *An noſtri ipſo Ordinis initio Diuini Verbi prædicationi & ſtudijs literarum incumberent* 159. 160. 220. & 231.

Ioannes-Petrus Carafa purpuram recuſat 265. 268. *Bis Romam vocatus bis abnuit, tertiò tandem præcepto compulſus obtemperauit* 266. 272. *Birretum illi domum à Pontifice mittitur* 266. *Penè mortuus cū naſcente Chriſto reuixit* 267. *Primus ſuo ſeculo deprecator purpuræ dictus* 268. *Cardinalis quos Epiſcopatus habuerit* 275. 276. *Neapolitanæ Eccleſiæ Antiſtes renuntiatur à Paulo III.* 275. *Iulij III. ad eum literæ* 276. *ad Carolum V.* 278. *Neapolitanæ Eccleſiæ cultum adauget* 279. *Miſſa ab eo donaria* 280. *Reſiſtit Iulio III. ne Hæreticus è carcere dimittatur* ib. & 281. *Eius authoritas in cōclauibus* ib. *Domum S. Inquiſitionis, & ſuo ipſe ſumptu comperat quidquid eſt opus* 281. & 282. *Prædicit cuiuſdam Nouitij Societatis Ieſu exitum* 283. *Fauet Societati* ib. *S. Franciſcum Borgiam Cardinalē deſiderat* 284. *S. Ignatius Hæreticum in ſuo Collegio deprehenſum ad eum defert* ib. *Eius domus eidē Collegio attributa* 285. *Marcum Antonium Flaminium miro modo ſanitati reſtituit* 285. 286. *Agenti animam adſtat* 287. *Ordinis Prædicatorum & Eremitarum S. Hieronymi patrocinium ſuſcipit* 287. & 288. *Romanæ Vrbis Viſitator* ib. *Summa à Pontifice Iulio authoritate donatur* ib. *Sacræ Pænitentiariæ Præfectus* 289. & *ſacræ Congregationis Concilij* ib. *Is cœtus cogebatur in eius domo* 289. *Cur ipſe non Tridentum à Pontifice miſſus* 290. *Vngariæ Regnum in ſuam fidem recipit* ib. *Germaniam ac potiſſimùm Friſingiam protegit* 291. *Deligitur vt de Henrici Angliæ Regis cauſa deliberet* 292. *De emendanda Eccleſia librum edit* ib. *Eius libri capita recenſentur* 292. & 293. *In conſiſtorio Oratorem cōfutat* 293. 294. & 295. *Illi ſua manu Pontifex ſudorem abſtergit* ib.

Digitized by Google

ib. *Hieronymum Æmilianum euocat Romam vt Orphanorũ & puellarum domicilium excitet 297. & 298. Vnit Theatinorum Congregationem cum Somaſchenſi 298. Scribit ad Bernardinum Ochinum Apoſtatam luculentam Epiſtolam 300.* & ſeq. *Hortatur F. Ioannem de Fenario, vt Magiſtratum Ordinis PP. Prædicatorũ deponat 307. De temporum iniquitate conqueritur 308. Carolum V. Cæſarem adhortatur 310. Capucinis Sanctimonialibus impetrat à Paulo III. facultatem, ut quem malint, approbatum ſibi Confeſſarium eligant 311. In die Cœnæ Bullam euulgat 312. Prænunciatur futurus eſſe Pontifex ſummus 27. 313.* & ſeq.

P. Ioannes Rhò tacet noſtri Ordinis Priuilegia & hiſtorias 161. Noſtris exprobrat quòd in Monte Soracte locũ optarint 198.

P. D. Ioſeph Sylos defenditur 30. confutatur 28. et 40.

L

L*iteræ Ioannis-Petri Carafæ ad S. Caietanum & ſocios Neapoli cõmorantes 232.* & ſeq. *ad Mariam Laurentiam Longam 227. ad Benedictinos Patres in Capitulo congregatos 239. ad Miniſtrum Generalem Ordinis Minorum 240. ad Clementem VII. 241. 249.* & ſeq. *ad F. Bartholomæum de Piſis Ordinis Prædic. 242. 244. 247. ad Bloſium Abbreuiatorem 242. & 243. Ad Gaſparem Contarenum 245. ad S. Caietanum Præpoſitum 246. ad Anonymum 247. ad Gaſparẽ Contarenum Cardinalem 248. ad Paulum III. & Vannucium 263.*

Literæ Ioannis-Petri Carafæ Card. ad Clericos Regulares de eorundem cõiunctione cum Somaſchenis 298. et 299. ad Bernardinum Ochinum Apoſtatam 300. ad Magiſtrum Ordinis Prædicatorum 307. ad Card. Alphonſum Luſitaniæ Regis fratrẽ 308. ad Cardinalem Sadoletum 309. ad Carolum V. Cæſarẽ 310. ad Mariam Laurentiam Longam & Capucinas Sanctimoniales 311. ad Thomam Sanctellam 312.

Literæ ad Carafam Ciuitatis Neapol. 220. Bernardini Scotti 268. Bernardini Scardeonij 269. Friſingenſis Epiſcopi 291. Iacobi Card. Sadoleti 309.

Lutherus audita noſtri Ordinis fundatione quid dixerit 77.

M

M*agdalena Carafa celebratur 221.*

Marcellus Gazella Caietanus cũ Carafa Romam vocatur 39. 60.

Marius Matteſilanus Carafam laudat 271.

Matthæus Gibertus fundationem noſtri Ordinis iuuit 70.

Mos pietatis pro mortuis à Clericis Reg. inſtitutus laudatur 136. & 137.

N

N*eapolitana Ciuitas noſtrates cupit & rogat 220.*

O

O*liuerij Card. Carafæ geſta & merita recenſentur 31. 32. 33. 34. 36. Vocatur à Iulio II. beatæ memoriæ ac S. Sedis columna 35.*

Onuphrius Panuinius confutatur 28.

Oratio mẽtalis cur fructuoſiùs fũdatur in tẽplo 128.

P

PAlla qua in Miſſæ ſacrificio vtuntur Clerici Regulares num alij vti poſſint 160.

D.Petrus Paulus Nobilionus Præpoſitus Generalis laudatur.

Priuilegia Patrum Theatinorum 157. 158.159.

Profeſsionem Monialium Abbatiſſa ſuſcipiat, & eis velum imponat 311.

Prophetiæ V.Vaticinia.

Prouidentia Dei Sanctorum exempla nobis oſtendunt 177. *SS. Franciſci & Dominici* ib. & 178. *B. Petri Regalati* ib. *Cuiuſdam filij Regis & S.Brigidæ V.* 179. *S. Macrinæ* 180. *B.Rogerij Ab.* 181. *S.Theodoſij Cænobiarchæ* 182. & 183. *S.Alexãdri* 184. *S.Apollonij Abb.* 185. *Ioãnis Alexandrini* 186. *Quæ nobis Chriſti verba promittant* 187. *etiã in Eremo degentibus* ib.

Prudentia Carafæ qualis & quanta fuerit 189.205.211.

Pſalmodia cur in ſacris Ordinibus inſtituta 117. *Num ab Apoſtolis vſurpata* ib. & 118. 119. *An pſalmos etiam populus olim in Eccleſia decantaret* 118. *Cantus Eccleſiaſtici rationes & cauſæ* 123. 124. 125. 126.127.

R

REgulam Theatino Ordini quis impertijt 103.

Regulæ Religioſorum diuinitùs inſpiratæ 104. *Regula quid ſignificet, & quibus nominibus appellata* ib. & 106.

Regulæ approbatæ an ſint quatuor 107. *An Clerici Regulares habeant Regulam approbatam* 106.

Reſpublica Chriſtiana qualis eſſet cùm noſter Ordo inſtitutus fuit 190.191. 192.

S

SAcerdotes ac Moniales Theatinorũ cur Domni & Dõnæ uocẽtur 114.

Sapientiæ Moniales commendantur, quòd coram Medico aut alijs vultũ velent 221.

Scapularium immaculatæ Cõceptionis quid ſit 138. *Diuinitùs Vrſulæ Benincaſiæ datũ* 139. *Qui nã illud ſuſceperint* 140.141.142.143.144. *Clerici Reg. illud benedicere & diſtribuere poſſunt* 145. *Quanta primùm ſolemnitate tradiderint* 147.

Societatis Patres Theatini appellati 98. *multis in locis* 99.

Somaſcenorũ Patrũ inſtantia ut Theatino cum Ordine coniungantur 296. 297.

T

TEſſeræ multorum Ordinum recẽſentur 102.

Theatini noſtrates cur appellati 97. *Patres Soc.Ieſu* 98. & 99. *Seueriùs caſtigatiùſque viuentes* 99. *qui diuina Myſteria frequentant* 100.

Theatinus nũcupatur à dæmone S.Frãciſcus Borgia 100.

Theatinorũ nomen quid ſignificet 100. *Theatini quaſi diuini* 101. *Theatinæ Religionis laudes* 218.

V

VAticinia de Carafæ Pontificatu 27.314.315.

Vaticinia ipſius Io. Petri Carafæ 190. 219.282. & 283.315. & 316.

Vaticin.S. Malachiæ 316.317. & ſeq.

Venetijs noſtri PP. quem primò locũ habuerint 104. & 106. *Quã ibi Regulam obſeruarint* 104. *Quid in caritate ac peſtilitate præſtiterint* 106. *Vitæ luxum caſtigarunt* 208.

AVCTO-

Digitized by Google

AVCTORIS ADMONITIO.

LEctor aduerte, in elogijs Ioannis-Petri Carafæ, aliorumque illuſtrium Virorum ac Virginum, quæ hoc libro complexus ſum, nonnulla me obiter attingere, quæ ſanctitatem ipſis videantur adſcribere: perſtringo nonnunquam aliqua ab ijs geſta, quæ cùm vires humanas ſuperent, miracula videri po ſunt, præſagia futurorum, arcanorum manifeſtationes, reuelationes, illuſtrationes, & ſi quæ ſunt alia huiuſmodi; beneficia item in miſeros mortales, eorum interceſſione, diuinitùs collata: demùm illis ſanctimoniæ videor appellationem tribuere. Verùm hæc omnia ita meis lectoribus propono, vt nolim ab illis accipi tanquam ab Apoſtolica Sede examinata, atque approbata; ſed tanquam, quæ à ſola ſuorum Auctorum fide pondus obtineant; atque adeò non aliter quàm humanam hiſtoriam. Proindè Apoſtolicum S.R. & vniuerſalis Inquiſitionis Decretum An. 1625. editum, & An. 1634. confirmatum integrè atque inuiolatè iuxta declarationem eiuſdem Decreti à Sanctiſs. D.N.D. Vrbano Papa VIII. An. 1631. factam ſeruari à me omnes intelligant: nec velle me vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes vlli arrogare, vel famam & opinionem ſanctitatis inducere, ſeu augere, nec quicquam eius exiſtimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius Beatificationem & Canonizationem, aut miraculi comprobationem; ſed omnia in eo ſtatu à me derelinqui, quem ſecluſa hac mea lucubratione obtinerent, non obſtante quocunque longiſſimi temporis curſu. Hoc tam ſanctè profiteor, quàm decet eum, qui S. Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſua ſcriptione & actione dirigi.

Ego D. Franciſcus Maria-Magius C. R.

LAVDETVR SANCTISSIMVM EVCHARISTIÆ SACRAMENTVM; ET SIT BENEDICTA SEMPER AB OMNIBVS B. MARIÆ VIRGINIS PROVIDENTIA, PVRITAS, ET IMMACVLATA CONCEPTIO.

✠

ERRA-

ERRATA.	CORRIGE.
Fol. 30. lin. 12. Dominicani	Dominicano
31. l. 6 ædit.	edit.
45. l. 28 quàm	quam
l. 32. quòd	quod
46. l. 6. Eſt	eſt
52. l. 9. ſnſtentandis	ſuſtentandis
59 l. 31. *Paynua*	*Payna*
73 l. 24 & communi	& in communi
77 l. 31. *Quaue*	*Quaue*
83. l 24. Thrapeutæ	Therapentæ
85. l. 7. ſuius	ſuis
l. 39. alij	alijs
86 l. 15. Clericos	Clericos
87. l. 8. habitu	habitu
90 l. 32. *perneneriut*	*peruenerint*
92. l 16 cum Deo	cum Deo
98. l 6 *Theatinns*	*Theatinus*
101. l 37 *adſpiratum*	*adſpiratum & inaſpiratū*
108 l 16. *commentationnm*	*commentationum*
109 l. 24. *Chriſti*	*Chriſti*
114. in tit. CVS	CVR
116 l 3 *facile ne ac*	*facile ne an*
127 l 9 Regum	Regem
131. l. 26 inuitamentum	inuitamentum
l. 39. Carruſianenſes	Carruſienſes

136 l. 25. pareretur. pareretur. *Hæc ille. Vis demum cauſam cur feria II. ante Cineres Quadrageſimale ieiuniū ordiamur? Quid S. Pontifex Teleſphorus ſanxit?*

P. Auguſtinus Oldoinus è Soc. Ieſu in Teleſphoro Anno D. 139.

Hic, vt ſeptem hebdomadibus proximè ante Paſcha ſolēne Ieiunium à cunctis Chriſtianis obſeruaretur, quod Quadrageſimam vocamus, poſt Apoſtolos iuſſit. *Itaque ex S. Teleſphoro Quadrageſima ieiunium à Quinquageſima incheare debemus: quod non cunctis vniuerſe præſcripſit ſed tantùm Clericis.* Cognoſcite, *inquit*, à nobis, & à cunctis Epiſcopis in hac ſancta & Apoſtolica Sede congregatis, ſtatutum, vt ſeptem hebdomadas plenas, ante ſanctum Paſcha, omnes Clerici, in ſortem Domini vocati, à carne ieiunent. *Tùm rationem aſſignans, ait*: Quia ſicut diſcreta debet eſſe vita Clericorum à Laicorum conuerſatione, ita & in ieiunio debet fieri diſcretio: & ſicut hi amplius ſunt applicati diuinis cultibus, & familiares Domini dicuntur Saluatoris; ita moribus & conuerſatione atque ſanctitate debent eſſe diſtincti. Has ergo ſeptem hebdomadas omnes Clerici à carne & delicijs ieiunent: & hymnis, & vigilijs, & orationibus Domino inhærere diu noctuque ſtudeant. *Ad finem epiſt. to. 3. Epiſt. Decret.*

140. l. 1. & 2. largerentur	largirentur
152. l. 33 excrementia	excrementitia
l. penult. quòd ſi	quòd ſit
156. l. 36. Diptychis	Dyptichis
161. l. 23. *panpertate*	*paupertate*
l. 32. tenunciet	renunciet
170. l. 12. Cælites	Cælitem
l. 31. abbreuiuta	abbreuiata
171. l. 37. *perueſitas*	*peruerſitas*
173. l. 35. *exiſtimemu*	*exiſtimemus*
180. l. 4. *latentes*	*latentis*
186. l. 13. *exemplum*	*Exemplum Ioannis Alexandrini*
205. l. 18. oportunam	opportunam

212. l. penult. *ante illa verba ſed S. Pater &c. reponi debet quicquid in fol 215. aſteriſco ſignatum eſt.*

223. l. 28. paſtus	paſſus
225. l. 27. oſtendumque	oſtendendumque
241. l. 19. *ex Ferr.*	*ex Farr.*
257. l. 14. huiuſce	huiuſce
278. l. 25. affixus eſt. Is	affixus eſt, is
l. 26. auſus eſſet?	auſus eſſet
l 31. quò error	quò enim
l. 32. & eò magis	eò magis
283. l. 30. *enimo*	*animo*

292. *linea prima ſecunda tertia quarta & quinta alio charactere imprimenda ſunt.*

298. *in tit.* AD PP. SOMASCHENSES *cor.* DE RB SOMASCHENSI.

302. l. 18. extremam	heſternam
308. l. 20. *Teleſani*	*Tolſani*
309. l. 22. Seditionis	Seditioſis
l vlt. *abunde*	*abundè*
310. l. 1. & 2. conſulationibus	conſultationibus
l. 19. ſua olim	tua olim
318. l. 12. *Hyacynthus*	*Hyacinthus*
319. l. 16. *Patria*	*neſcio quod*
l. 22. *effingunt.*	*effingunt. Vel quòd Romæ in lucem editus fuit, cùm Tyber latiùs inundaret.*
322. l. 36. iutroducas.	introducas

LAVDETVR SANCTISSIMVM EVCHARISTIÆ SACRAMENTVM; ET SIT BENEDICTA SEMPER AB OMNIBVS B. MARIÆ VIRGINIS PROVIDENTIA, PVRITAS, ET IMMACVLATA CONCEPTIO.

✠

NOTIZIA DELLO SCAPOLARE DELLA CONCEZIONE.

Sia lodato il ſantiſsimo Sacramento: e benedetta la Purità, e immaculata Conceʒione della ſantiſsima Vergine.

BREVE NOTIZIA DELL'ABITINO O SCAPOLARE Dell'immaculata Concezione, benedetto da' PP. Cherici Regolari.

1 VNA delle Grazie ſingolari, concedute dal Signore alla Noſtra Città di Napoli, è che S.D.M. l'habbia fatta degna di fondare in eſsa, a benificio vniuerſale del Mondo, il primo e Real Moniſtero delle Teatine Romite della immaculata Concezione, in quella fortunata Montagna, che riceuè ab antico vn celeſte indizio e preſagio di queſta ſant'opera, col nome e titolo di *S. Eremo:* doue ſalì ad abitare e operar le ſue marauiglie la Noſtra Venerabil M. Orſola Benincaſa, che vi gittò le tre Pietre per le ſue tre future Fondazioni, con dire, *Hic Locus*, al luogo della Congregazione; *Sanctus eſt*, a quello, doue poi fù fondato l'Eremo; *Vbi orat Sacerdos*, doue in queſti tempi s'è fatta la Caſa de' dodici Sacerdoti.

2 Per queſte Teatine Romite, ſequeſtrate affatto dal Mondo col quarto Voto di non parlar mai con perſona di fuori, fù dal Signore e dalla ſantiſſima Vergine l'anno della noſtra ſalute 1616. manifeſtata la Regola, e preſcritto anche l'Abito: cioè la tonaca bianca, e il mantello e ſcapolare cileſtro, cõ promeſsa, che chi l'haueſse portato addoſso perſeuerãdo in quel sãto luogo, ſarebbe ſtata cõ iſpezial grazia fauorita da Dio, e aiutata a bẽ morire cõ buona cõtrizione delle ſue colpe, e ripiena di amor diuino, cõ tutti i ſantiſſimi Sacramenti: e che dirittamente ſarebbe volata al Cielo, o liberata in breue dalle pene del Purgatoro. Diſse il benedetto Signore molte altre coſe di più; dopo le quali ſoggiunſe, che delle medeſime grazie ſarebbero ſtati fatti partecipi tutti coloro, o ſecolari o Religioſi, che ſotto gli abiti loro, in forma picciola, a onore della immaculata Concezione, portaſsero addoſso con diuozione infino alla morte il medeſimo Scapolare. Onde ſi vide allora vna gran moltitudine di Angioli, che l'haueuano addoſſo, e l'andauano diſtribuendo a' fedeli in ogni luogo, per ſegno di ciò che doueua eſsere in proceſso di tempo, aiutando il Mondo con eſſo. Della qual coſa ſi fa menzion ne gli elogj della V. M. Orſola Benincaſa, ſtampati in Roma l'anno 1654. e nelle Diſquiſizioni ſtoriche date a luce l'anno 1668. nella prima parte al fine della decima, con tali parole: *Quicunque ſeculares, & Religioſi viri, aut planè mulieres, paruum*

idem atque cæruleum Scapularium ferrent, Bonorum illorum omnium participes eſſent, quæ in honorem immaculatæ Conceptionis B. Mariæ V. ſe ſe Dominus collaturum eße promiſerat. Et tunc Dei ſerua circumſpexit innumerabiles Angelos Scapularia indutos, & eiſdem onuſtos, vniuerſum terrarum Orbem excurrere, vt illum iuuarent, atque omnibus opem ferrent, qui cærulea hæc Scapularia deuotè ſuſciperent; planè ingens à Deo in vita & in morte auxilium, ac in Purgatorio igne leuamen, ſi piè cum eodem decederent, accepturi. Del che ſi vede oggi vna belliſſima dipintura nel muro del Chioſtro dalla parte di fuori, preſſo alla Chieſa delle Romite. Onde perciò la Noſtra Madre, fatti alcuni Scapolari di queſta ſorte, e benedetti prima dal Sacerdote, li diſpensò di ſua mano a Caualieri e Matrone, che diuotamente li riceuerono e portarono addoſſo: come ben nota il P. Ippolito Marracci de' Padri Cherici Regolari della Madre d'Iddio nella difeſa di S. Caterina al capitolo nono, con dire della medeſima noſtra Madre, predetta da quella Santa, e nata ancora dal ſuo legnaggio: *Hæc paruulum ac cæruleum Scapulare, tanquam immaculatæ Conceptionis teſſeram, multis ſua manu dedit, propria ſub veſte geſtandum: tùm ijs, qui illud deuotè haberent ac ferrent, fore promiſit, vt in vita & in morte inſignem Deiparæ opem experirentur.*

3 Perciò da quel tempo infino al preſente, s'è dato ſempre queſto ſanto Abitino a onore della immaculata Concezione, quaſi a tutti gli Eccellentiſſimi Signori Vicerè e Vicereine di Napoli, che hanno portata e introdotta la ſteſſa diuozione in Iſpagna: a molti Principi e Principeſſe, Veſcoui, e Prelati d'Italia. In Roma, a D. Diego d'Aragona, Duca di Terranoua, Ambaſciadore di Spagna. Al Signor Principe e Principeſſa Borgheſi, Ludouiſi, e Sauelli; e a tre grandi ed Eminentiſſimi Cardinali, per lettere pietà e bontà di vita ſegnalatiſſimi: de' quali fù il primo Pierluigi Carafa, che a 2. di Agoſto del 1653. co' ſoliti preghi e cerimonie, il riceuè dall'autore: e tutti gli altri ordinatamente ſon regiſtrati nel rolo con la fede e ſottoſcrizione del P. D. Giouámbatiſta Lanfranchi, oggidì Veſcouo d'Auellino, che glielo diede. Il qual Rolo e Regiſtro fù incominciato nel 1648. dal P. D. Carlo Loffredo, oggi Veſcouo di Molfetta che n'è ſtato grandemente diuoto Propagatore: e vi è ſegnato il primo di tutti Monſignor D. Diego Garſia de Traſmiera, Apoſtolico Inquiſitore della Sicilia, venuto allora in Napoli dalla Città di Palermo, per promuouer le fódazioni della M. Orſola.

4 Nè di poco numero ſono ſtate le perſone Religioſe di diuerſi Ordini, che hanno inſtantemente rechieſto, e diuotamente pigliato queſto ſanto Abitino. Tra le quali non è da tacerſi il P. Fra Placido di S. Tereſa, Scalzo Carmelitano, gran Teologo, e di molta bontà, che diè a luce nel-

ce nella Germania vn Compendio Latino della vita e virtù della detta Madre, da lui nomata nel foglio 266. *Sanctitatis admirabile portentum, huic ſeculo noſtro conceſſum &c.* Il quale a 9. d'Agoſto del 1659. ricercò queſto Abitino dalla Città di Bruſſelles, con vna lettera di queſto tenore: *Maximi beneficij loco reputabo, ſi mihi V. P. immaculatæ Conceptionis Scapularium mittet: quod vſque ad mortem geſtare propono, maxima cum animi mei conſolatione. Idem ardenter exoptat Dominus Michael &c.* E non hauendo ſopra ciò riceuuto riſpoſta, ſcriſſe di nuouo nel principio del 1660. alla maniera che ſegue: *Poſt vltimas, quas ad Veſtram Reuerentiam dedi, petebam cum Domino Michaele Inneerts, regiſtrari in Confraternitatem Conceptionis Immaculatæ: & exigebam, vt mitterentur nobis duo Scapularia eiuſdem Confraternitatis: & hactenùs nihil recepi reſponſi. Rogo iterum & enixè rogo, vt mittere dignetur &c.* Onde per ſoddisfare a vn deſiderio così pio, e compiacere vn Religioſo di tanto merito, che ſempre con ardentiſſime lettere rinnouaua le inſtanzie, gli ſi mandò facultà, che benedicendo egli priuatamente gli Scapolari della Concezione, con benedizione ſimile à quella de gli Scapolari della Madonna del Carmine, tutti coloro che da lui diuotamente li riceueſſero, foſsero iſso fatto aggregati alla Religion Teatina, e partecipi delle ſue Opere, e de' ſuoi Beni. Della qual coſa ci rendè grazie con tali parole: *Duas à Veſtra Reuerentia recepi, vnam die 8. Februarij, qua mihi ſcribit, Reuerendiſſimum Patrem Veſtrum Generalem mihi, ad veſtram inſtantiam, licentiam cōceſſiſſe, vt quotquot à me Scapularijs veſtri Ordinis donati fuerint, quæ benedicere potero, omnium bonorum Operum participatione fruantur, ac ſi in veſtrum ipſi Ordinem adſcripti eſſent. De quo maximæ beneuolentiæ ſigno, & Reuerendiſſimo D. Veſtro Generali gratias ago quàm maximas, corde genuflexus, ab eo ſanctam Benedictionem expoſtulans: & Veſtræ Paternitati gratias etiam ago, pro tanti beneficij munere impetrato. Quotquot reperiam huius ſacri Scapularij immaculatæ Conceptionis deſiderio accenſos, illos libenter donabo, nomine Reuerendiſſimi Veſtri Generalis &c.* E per ſoddisfarſi di più alla diuozione di tutti, ſi diè con tale occaſione la medeſima facultà nelle Spagne, in Portogallo, e nell'Indie ad altri Religioſi.

5 E ſtata però non poca la marauiglia, nè la conſolazione leggiera dell'hauer riſaputo in queſti tempi, che la Madre D. Anna Battinelli, Segretaria della Serua d'Iddio, dopo là morte di lei, mandò di ſuo ordine vna copia di tutta la manifeſtazione dell'Eremo alle Madri del Venerabil Moniſtero della ſantiſſima Trinità, preuuedendo, che da quel luogo doueua vſcire la prima Superiora delle ſue Teatine Romite. Onde letta che l'hebbero, s'acceſero in modo tutte quelle Signore Madri alla diuozione di queſto sì ſegnalato Inſtituto, che vollero da quel tempo medeſimo l'Abitino della immaculata Concezione,

al modo che ſi vedrà nelle atteſtazioni ſeguenti.

6 *Io D.Maria Maddalena Orſina, Propoſta del Venerabil Moniſtero delle Teatine Romite della immaculata Concezione,eſſendo comandata da' miei Superiori a far fede con giuramento dell'Abitino ò Scapolare della immaculata Concezione, che riceuci l'anno* 1648. *mandatomi dalla Reuerenda Madre D. Anna Battinella, Vergin della noſtra Congregazion Teatina,atteſto à tutti con la preſente, ch'eſsendo io nel Venerabil Moniſtero della ſantiſſima Trinità dell'Ordine del P.San Franceſco:e tenendo noi affetto e corriſpondenza con le dette noſtre Madri della Congregazione;e hauendo inteſo la diuozione, ch'era al detto ſanto Scapolare, che fù dato dal Cielo alla noſtra Venerabil M.Orſola, hebbi grandiſſimo guſto di riceuerlo:e l'hò ſempre portato con grandiſſimo affetto e diuozione ſopra di me. Il che eſſendo la verità,ne chiamo Dio e la Beatiſſima Vergine in teſtimonio;oggidì dieci d'Aprile dell'Anno* 1671.*nel noſtro Venerabil Moniſtero dell'Eremo Teatino della immaculata Concezione. Io D. Maria Maddalena Orſina ſopradetta confermo come ſopra.*

7 *Io Suor Maria Beatrice di Sangro, Abadeſſa del Moniſtero della ſantiſſima Trinità del terz'Ordine di San Franceſco d'Aſſiſi di queſta Città, dichiaro con la preſente fede,come anni ſono, hauendo il noſtro Moniſtero affetto e particolar diuozione alla Congregazione della Venerabil M. Orſola Benincaſa:e tenendo noi corriſpondenza con la Segretaria D.Anna Battinelli, hebbimo da eſsa relazione della fondazione, che doueua farſi delle Romite,e dell'Abito, ch'era ſtato loro preſcritto: e che a onore della ſantiſſima Concezione ſi daua il medeſimo Scapolare in forma piccola.Onde anche noi per diuozione il vollimo riceuere: e l'hebbimo mandato dalla ſteſſa Madre Segretaria nell'anno* 1648. *e l'habbiamo portato:e ſi tiene con molta diuozion dalle Monache.Il che eſsendo la verità,hò fatto la preſente,ſottoſcritta di mia propria mano,e ſigillata col noſtro ſolito ſigillo. Napoli* 3. *di Settembre* 1671. *Io Suor Maria Beatrice di Sangro, Abadeſſa del Moniſtero della ſantiſſima Trinità affirmo vt ſupra.*

8 Eſſendo adunque così dilatata la diuozion di queſto ſanto Abitino, non ſolamente in queſta Città,ma eziandio nelle Spagne; l'Eccellentiſſimo Signor D.Pietro Antonio Raymondo Folch già d'Aragona, Duca di Segorbe e di Cardona,Vicerè e Capitan Generale di queſto Regno,dopo hauer finito di fabbricare il ſanto Eremo, e introdotto le prime Romite nel Moniſtero con Cappella Reale, e con Salua ancor Reale di tutte l'artiglierie, inſieme col ſuono a feſta di tutte le campane delle Chieſe di Napoli, al primo di Febbraio del 1669. acceſo della diuozion di queſto ſanto Abitino,volle ancor'egli con molto affetto riceuerlo dalle mani del ſuo Padre Confeſsoro della ſteſſa Religion Teatina, nell'Ottaua dell'Aſsunzione della ſantiſſima Vergine l'anno 1670.facendo anche di ſua mano ſcrittura,con cui proteſta *di volerlo portare addoſſo,e ritenere infino alla morte: per eſſer fatto con eſſo*

par-

*partecipe delle ſante Orazioni delle Romite,e di tutta la Religion Teatina,come vn di loro,e diuoto figliuolo del B.Gaetano,e della Venerabil M. Orſola Benincaſa.*E lo ſteſso a 25.del Meſe fè l'Eccellentiſſima Signora Vicereina, facendo di ſua man propria vna ſomigliante proteſtazione e ſcrittura.Il che ſtimolò quel Signor Vicerè a procurare con tanto affetto e zelo la canonizzazione di S.Gaetano, che all'arriuo del Decreto della ſacra Congregazione de' Riti di poterſi canonizzare, tutto colmo di giubilo intimò Cappella Reale nella Baſilica di San Paolo, a cantare il *Te Deum Laudamus*, con lo ſparo di tutte l'artiglierie. Predicò allora lo ſteſſo Padre:il quale ampiamente ſpiegando gl'inſtituti e prerogatiue della Religion Teatina,trattò del medeſimo Scapolare delle Romite diſtribuito a'fedeli a onore della immaculata Concezione.

9 Ma di ciò il Signor Vicerè non contento:e deſiderando che la diuozione al ſanto Abitino ſi ſpargeſſe con più feruore per ogni luogo:e in particolare ciò che da'Padri ſi faceua priuatamente,che poteſse anche nell'auuenire farſi da eſſi con autorità della sãta Sede Appoſtolica nelle pubbliche Chieſe;eſſendo andato in Roma Ambaſciadore di Vbbidienza a nome del noſtro Cattolico Rè delle Spagne Carlo II. diè memoriale alla Santità di Noſtro Signore Clemente X. per mezzo di Monſignor'Aleſſandro Creſcenzio, Patriarca d'Aleſſandria, ſuo Maeſtro di Camera:e con Breue ſpedito a 30.di Gennaio dell'anno 1671. ottenne benignamente, che'Padri Cherici Regolari poteſſero benedire e diſtribuire a tutti i fedeli dell'vno e dell'altro ſeſſo i piccoli Scapolari turchini della Concezione: concedẽdo però prima nel medeſimo Breue alle dette Madri Romite,delle quali è lo Scapolare,tutti i Priuilegj,Grazie,Prerogatiue,e Indulgenze, che godon le Monache della Concezione nella Città di Toledo: e di poter recitare i Giouedì,e Sabati non impediti,gli Vficj del ſantiſſimo Sacramento, e della Concezione.Onde ritornato il Signor Vicerè da quella ſolenniſſima ambaſceria al Gouerno di Napoli: fatta che fù la Canonizzazione de'cinque Santi, e con iſpezial Decreto fatto e confermato di nuouo dalla ſacra Congregazione de' Riti, di San Gaetano nel primo luogo;eccitò gli animi di tutta queſta Città a ratificar di nuouo l'elezione e inſtanza, che in altri tempi haueuano fatta, di chiederlo per lor Protettore.Il che preſtamente fù fatto con tal conſentimento,feruore,e allegrezza di tutti,ch'in tutte le Piazze de'Caualieri,nell'Ottine del Popolo,e nel Capitolo de'Signori Canonici, con ſingolar marauiglia mai non vi fù la diſcrepanza d'vn Voto.Onde dato anche l'aſſenſo dall'Eminentiſſimo Sig.Cardinale Arciueſcouo, Innico Caracciolo,fù San Gaetano dalla ſacra Congregazione e dal Papa con giubilo vniuerſale dichiarato Protettore di Napoli,al modo che dall'an-

no

no 1624.era ſtato dichiarato il B.Andrea della ſteſſa Religione.

10 Fatto adunque vn vago ſtendardo con la gran Signora dipinta,che daua a San Gaetano lo Scapolare della ſua immaculata Concezione, il qual poi ſi tenne ſpiegato nell'aria della piazza della Baſilica di San Paolo,ſi diè principio alle allegrezze e ſolennità della feſta con noue Mercoledì celebrati con ricchi apparati, e con quattro Cori di muſica,e con Prediche di quel medeſimo Padre,che predicò la prima volta dopo la Cappella Reale di San Gaetano: il qual ſempre nel fine de' ſuoi ſermoni trattaua, con molto applauſo del popolo, di queſto ſanto Abitino,e della immaculata Concezione in varie maniere atteſtata e profeſſata dalla Religion Teatina. E fatta poi la ſolenne Proceſſione per la Città,con vn'altra Salua Reale di tutte l'artiglierie; la Domenica tra l'ottaua della feſta di S.Gaetano,il Signor Vicerè tenne vn'altra Cappella Reale nella ſteſſa Baſilica di San Paolo:in cui celebrò ſolennemēte la Meſsa il P.D.Gregorio Reyna,Preuoſto di quella Caſa:dopo la qual, volle S.E. che ſi faceſse la ſolenne Benedizione de gli Abitini.Onde ſeduto il P.Preuoſto all'altare,lo ſteſso Padre che predicato haueua in tutti i giorni della Nouena, leſse dal Presbitero la facultà conceduta alla Religion Teatina dal ſantiſſimo Padre Clemente X.ciò che dal ſanto Scapolare ſi dinotaua: e che per eſsere incorporati alla Religione di San Gaetano,e fatti partecipi de'ſuoi beni,biſognaua diuotamente riceuerlo, e portarlo infino alla morte: aſtenerſi in tutti i Mercoledì dalla carne ſe non erano infermi,ſecondo l'vſo della Religion Teatina, e il cottidiano inſtituto delle Romite;o confeſsarſi e comunicarſi in quella ſettimana, o fare almeno la comunione ſpirituale:confeſsarſi e comunicarſi nella feſta del ſantiſſimo Sacramento e della immaculata Concezione e Purificazione della sātiſſima Vergine:e recitare ognindì alcuna diuozione alla gran Signora;e ſpeſſo pronūziar con diuoto affetto quelle parole:*Sia lodato il ſantiſſimo Sacramento, e benedetta la Purità e immaculata Concezione di Maria Vergine.*Ciò letto che fù,benedì gli abitini il P. Preuoſto: e diè prima il ſuo all'Eccellentiſſimo Signor Vicerè: il qual più fiate con molta edificazione di tutti lo ſtrinſe al petto e alla bocca con grandiſſima tenerezza:e poi ſi diè a tutto il ſuo Real Conſiglio Collaterale,e nel medeſimo tempo a tutti i Signori Eletti della Città,e a tutti i Caualieri di titolo,venuti quella mattina ad aſſiſtere nella Baſilica di San Paolo: nè può baſteuolmente ſpiegarſi l'ardentiſſima brama che ne moſtrauano tutti. E perciocchè la Chieſa di S. Maria de gli Angioli era tutta dentro e fuori ſolennemente apparata di belliſſime dipinture, di vaghe macchine, e di ricche tapezzerie, celebrandoſi in eſsa con nobiliſſime inſcrizioni ed eruditi componimenti la medeſi-

ma

Digitized by Google

ma feſta di San Gaetano;nel dì dell'Aſsunzione della ſantiſſima Vergine,celebrò il P. D. Vincenzo del Giudice Preuoſto di quella Caſa: il qual ſolennemente ancor'eſso, aſſiſtendo l'Eccellentiſſimo Signor Vicerè con molti cori di muſica, benedì gli Abitini della immaculata Concezione:e dato il ſuo primieramente all'Eccellentiſſima Signora Vicereina, diſtribuì tutti gli altri a vn gran numero di Signore di Napoli,che in quel dì concorſero alla feſta di quella Chieſa.

11 Haueuano molti de' Padri Teatini portato addoſso queſto ſanto Abitino per lo ſpazio di venti e trent'anni:perciocchè nel 1648.l'haueua preſo con molto affetto e diuozione tutto il Nouiziato della Caſa de' Santi Apoſtoli:ma parue ora conueniente, ch'eſsendoſi diſpenſato pubblicamẽte a gli altri fedeli;così ancor'eſſi tutti i Padri Teatini lo riceueſsero con qualche ſolennità. E toccando per ragioneuolezza la funzione al P. D. Pietro Paolo Nobilione, or Conſultore, e già Preuoſto Generale di tutto l'Ordine (il qual cooperando al feruore del Signor Vicerè haueua dato principio al ſanto Eremo delle Monache,e al Ritiramento de' Padri) fù a gloria della ſantiſſima Vergine,e della ſua immaculata Concezione, queſta ſolenne Benedizione intimata per gli noue di Settembre. Nel qual dì, non potendo ritrouarſi preſente il Signor Vicerè per alcune ſue graui occupazioni, venne ad aſſiſterui l'Eccellentiſſima Signora Vicereina,con vn gran numero di Signore.E fatta che fù la benedizione all'altare, preſe il P. D.Pietro Paolo, che celebraua, il primo di tutti lo Scapolare dalle mani del P.Ordinario,D.Giouan Damiano:e poi accoſtandoſi a due a due proceſſionalmente all'altare,il riceuerono tutti gli altri, Sacerdoti,Cherici,e Laici,Profeſſi,e Nouizj con molta diuozione;e con tanta edificazione di tutti, che ognindì ſecolari e religioſi lo bramano,e vengono o mandano a ricercarlo con grandiſſime inſtanze.

12 Cõ ſegnalato però affetto l'hãno richieſto alcune Madri Domenicane di S. Maria della Sapiẽza fondate dalla Venerabil Madre Maria Carafa,Sorella del noſtro ſantiſſimo Pontefice Paolo Quarto.E di bel nuouo le Madri Franceſcane della ſantiſſima Trinità,alle quali fù dato nella feſta della immaculata Concezione a gli otto di Dicembre da vn Padre Teatino,che faceua loro le prediche dell'Auuento. Le Signore anche del Ritiro fondato dalla Principeſſa di Mondragone, ſeguendo lo ſpirito della lor Fondatrice, che fù allieua e figliuola della Religion Theatina , il dì della Purificazione della ſantiſſima Vergine di queſto anno l'hebbero benedetto , e diuotiſſimamente il riceuerono, facendo tutte l'Oblazione di lor medeſime alla Madonna di Purità con tali parole:*Santiſſima Vergine Maria; Immaculata Madre dell'altiſſimo Dio, ſourana Imperadrice di tutte le creature,*

e be-

e benigniſſima Auuocata de' peccatori; io N. N. in queſto ſolenne dì, conſecrato alla voſtra glorioſa Purificazione, dinanzi alla ſantiſſima Trinità, Padre, Figliuolo e Spirito ſanto, e di tutta la Corte del Paradiſo, maſſimamente di San Michele Arcangiolo, Principe della celeſte Milizia, di San Pietro Apoſtolo Principe della Chieſa, del diletto Diſcepolo San Giouanni, del voſtro ſpoſo San Giuſeppe, de' voſtri Genitori S. Gioachino e S. Anna, del Santo Padre Gaetano, e del Santo Angiolo mio Cuſtode: pentita con vero dolore delle mie colpe, v' inuoco e adoro, come Madre e gran Signora di Purità: e mi dedico in queſto ſacro Ritiro, a onor voſtro, per ſerua e ſchiaua del voſtro dolciſſimo Figliuolo Gieſù: a cui offeriſco e dono il mio Amore, e tutto il Cuor mio: acciocchè rimanga purificata col voſtro aiuto da tutti gli affetti e ſozzure delle coſe terrene. E deſideroſa di viuere e di morire ſotto il manto della voſtra Protezione, riceuo oggi il ſanto Scapolare delle Teatine Romite, a onore della voſtra Immaculata Concezione: acciochè in tal modo aggregata e unita a tutta la Religion Teatina, ſia fatta partecipe di tutti i meriti de' Padri e fratelli, e delle Vergini e Monache di tutto l'Ordine de' PP. Cherici Regolari; e viua e moia in grazia del voſtro Figliuolo Gieſù, e debba cantare in tutta l'eternità: Sia lodato il ſantiſſimo Sacramento, e benedetta la Purità e immaculata Concezione di Maria Vergine. Amen. Alla ſteſsa maniera l'han riceuuto le Signore del Tempio delle Scorziate, e altri Moniſterj e Conſeruatorj. E in vn libro Spagnuolo intitolato, *la Pobreza enriquecida en el Hoſpital de los Pobres mendigos de baxo del titulo di S. Pedro y S. Genaro*, compoſto in Napoli, dal Signor Dottor Giuſeppe Pandolfi Eletto del Popolo, al foglio 83. ſi legge vna concluſione, che tradotta nel noſtro Italiano è di queſta maniera: *A 23. di Nouembre del 1671. Congregati i Signori Gouernatori del Real' Oſpitale de' Poueri mendici di baſſo del titolo di San Pietro e di San Gennaro nella ſolita camera dell' Vdienza ſi propoſe dal Signor Dottor Giuſeppe Pandolfi, Eletto del fedeliſſimo Popolo, e vno de' detti Gouernatori, come la pietà e diuozione dell' Eccellentiſſimo Signor D. Pietro Antonio Ramon Folch de Cardona, già d'Aragona, Duca di Segorbe e di Cardona, Vicerè di queſto Regno di Napoli, hauendo fondata queſta ſant' Opera così grata a Dio, e a gli huomini: doue infino a oggi ſi ſuſtentano ottocento cinquanta poueri: e hauendola arricchita così di beni temporali, come anche di virtù, d'vn teſoro d'indulgenze, e di molte prerogatiue ottenute da Sua Santità con Breui e Bolle. Il medeſimo Eccellentiſſimo Signor deſidera che tutti i poueri preſenti e futuri di qualunque ſorte, ſtato, e condizione, che ſtanno e che ſtaranno in queſta ſanta opera, riceuano anch' eſſi la diuozione dello Scapolare benedetto della immaculata Concezione: nel qual ſia impreſſa la ſantiſſima Vergin noſtra Signora con le inſegne della ſua ſempre immaculatiſſima Concezione, e col Bambin Gieſù nelle ſue braccia, nella medeſima forma, che ſi vede la ſua ſtatua fatta dalla Reuerenda Madre Orſola Benincaſa nella ſua Chieſa di baſſo al Monte di San Martino. La quale ſtatua ogni anno ſi venera con*

molto

molto oſsequio da queſta fedeliſſima Città, e particolarmēte dal fedeliſſimo Popolo e Piazza, per hauerſi eletta la detta Gran Signora per particolar Protettrice, e Auuocata, in tutte le ſue neceſſità e pericoli. E ancora nel medeſimo Scapolare ſia il ritratto di S. Gaetano, che ſtia inginocchiato a' piedi della Vergine, pregādo per noi altri. Il che s'è conceduto a tutta la Religione de' Teatini, a inſtanza del medeſimo Eccellentiſſimo Signor, per la Santità di Papa Clemēte X. E dopo con molta pompa e apparato con Cappella Reale nella Chieſa di San Paolo Maggiore riceuuto dal detto Eccellentiſſimo Signore, dalla fedeliſſima Città, da tutto il Baronaggio, e anche da tutti i Miniſtri e Tribunali. Col quale Scapolare ſta comunicata la partecipazion di tutta la Religion Teatina a chi lo riceue. Inteſa la detta propoſizione da' detti Signori Gouernatori, tutti han votato ſenza alcuna difficultà, che ſi diano grazie a S. E. dal medeſimo Signor' Eletto del Popolo della memoria che tiene del continuo in fauorir queſta ſanta e Real Caſa così di Ricchezze vmane, come ancora diuine: e che in detta conformità da oggi auanti tutti i poueri riceuuti in queſto Reale Oſpizio: così le Monache, e le fanciulle del Collegio, come tutte le Donne e fanciulle del Conſeruatoio grande, i poueri accaſati, gli huomini ſciolti, i fanciulli, e tutti quei che da oggi auanti ſi riceueranno, confeſſati e comunicati vadano con ripartimento in più d'vna volta, con modeſtia e diuozione a vna delle Chieſe de' Reuerendi Padri Teatini a riceuere il detto ſanto Scapolare, pregando i molto Reuerendi Padri Superiori, che gliel benedicano e diano con le ſolite cerimonie d'vna tal funzione. E per le perſone che non poſſono andare in dette Chieſe, come ſon le Monache, o altri che terranno legitimo impedimento, o a coloro che non ſi permette l'vſcire da quell'Oſpizio, che ſi compiacciano i detti molto Reuerendi Padri Superiori di mandare alcuno di loro al detto Oſpizio a dare il detto ſanto Scapolare, acciocche il riceuano tutti: e che ſi compiacciano ancora darlo a tutti i Signori Gouernatori preſenti e futuri. E a' Miniſtri del detto Real'Oſpizio, che terrāno la diuozion di riceuerlo. E che in queſta conformità ſi ſupplichi a S. E. d'interporre i ſuoi fauori co' detti molto Reuerendi Padri, acciòchè faccian la detta carità di diſpenſare a' ſudetti vna tanto ſanta diuozione. Imperocchè hauendola impetrato S. E. è douere che ſi dia a tutti del detto Oſpizio, come fondato e ſtituito da S. E.

In queſta medeſima conformità S. E. il domandò a' detti Padri Teatini, i quali con molta carità hanno già incominciato a concedere il detto ſanto Scapolare a' poueri del detto Real'Oſpizio, e tutta via proſeguono a darlo.

Giuſeppe Pandolfi.	)	
Giuſeppe Caſtaldo.	)	
Giuſeppe d'Ambroſio.	)	Gouernatori.
Flaminio Spiezie.	)	
Marco Antonio Tizano.	)	

Digitized by Google

Allo ſteſſo modo, in molte altre Città del Regno, s'è dato il ſanto Abitino con la maggior ſolennità e pompa che ſi poteua, nel celebrarſi la feſta di San Gaetano, con parati, muſiche, giouchi di fuoco, o Salue Reali di tutte le artiglierie. E lo ſteſſo s'ode che ſi vada facendo in molte altre Prouincie, a onore della immaculata Concezione della Santiſſima Vergine, nel modo che affermaua la noſtra Madre, che doueua eſſere in tutto il Criſtianeſimo.

SIA LODATO IL SANTISSIMO SACRAMENTO: E BENEDETTA LA PVRITÀ, E IMMACVLATA CONCEZIONE DELLA SANTISSIMA VERGINE.

Digitized by Google

Laboratorio
Restauro
Pandimiglio
ROMA

1969

Digitized by Google